ANTONII DE PADILLA Y MENEſes in quædam Imperatorum Reſcripta & nonnulla Iuriſconſultorum Reſponſa

Commentaria.

Acceſsit Index Rerum omnium locupletiſsimus.



Cum Priuilegio.

SALMANTICAE

Excudebat Mathias Gaſtius impenſis honeſti viri Ioannis Moreni bibliopolæ

Anno. 1563

¶ Eſta taſſado a cinco blancas el pliego.

BIBLIOTECA NAZIONALE NAPOLI

INDEX TITVLORVM, ac legũm omnium qui in hoc volumine interpretantur.

TItulus de iuris & facti ignor. C.	Pagina	1
De diuerſis reſcrip. & prag. ſanct. C.	Pag.	75
L. Tranſigere. C. de tranſaction.	Pag.	99
Titulus de ſeruit. & aqua. C.	Pag.	128
L. 2. Rem maioris. C. de reſcind. vend.	Pag.	190
Auth. res quæ. C. commu. de legat.	Pag.	217
L. Naturalis. de præſcript. verbis. ff.	Pag.	239

Eiuſdem legis.

§. Et ſiquidem.	Pag.	246
§. At cùm do.	Pag.	250
§. Quod ſi faciam.	Pag.	255
§. Sed ſi facio.	Pag.	258
§. Si ergo.	Pag.	261
TItulus. de legatis ſecundo.	Pag.	263

Et in eo interpretantur.

L. 1. In arbitrium.	Pag.	264
L. 2. Quoties plures.	Pag.	274
L. Cùm quidam. 24.	Pag.	276
L. Si tamen.	Pag.	283
L. Is cuius in ſeruo. 26.	Pag.	284
L. Si illud aut illud. 27.	Pag.	286
L. Vnum ex familia.	Pag.	287

Eiuſdem legis.

§. Si de falcidia.	Pag.	291
§. Sed ſi vno.	Pag.	296
§. Si duos.	Pag.	297

El Rey.

POr quanto por parte de vos Don Antonio de Padilla y Meneſes collegial del collegio q̃ el Arçobiſpo de Toledo fundo en la ciudad de Salamanca nos ha ſido fecha relaciõ q̃ teniades vn libro ſobre ciertas leyes de la primera parte del Codigo y la authẽtica Reſq;.cõia de legatis, y leyes principales d̃l titulo Digeſtis de legatis ſecũdo,y la ley Naturalis. de præſcriptis verbis,el qual era muy vtil y proue-choſo, y nos ſuplicaſtes os dieſſemos licẽcia y facultad para q̃ le pudieſſedes imprimir y vender,mãdando que por el tiempo que nueſtra Merced y voluntad fueſſe otra ninguna perſona lo pudieſſe imprimir ni vender ſo graues penas,ò como la nueſtra Merced fueſſe. Lo qual viſto por los del nueſtro cõſejo juntamente con el dicho libro que de ſuſo ſe hara mencion que por ſu mandado fue viſto y examinado,fue acordado que deuiamos mãdar dar eſta nueſtra cedula en la dicha razon. Por la qual por hazer bien y merced a vos el dicho Don Antonio de Padilla, vos damos licencia y facultad para que por tiempo de diez años primeros ſiguientes contados deſde el dia de la fecha deſta nueſtra cedula en adelante vos, o quien vueſtro poder houiere podays imprimir è vender el dicho libro, ſiẽdo primeramẽte taſſado el molde del por los del nueſtro conſejo,e poniendoſe el traſlado deſta nueſtra cedula con la taſſacion al principio del dicho libro,y no en otra manera,y con que no ſe pueda vender ni venda ſin que primero ſe trayga al nueſtro conſejo, juntamente con el original que en el ſe vio,que va rubricado,y firmado al fin de Rodrigo de Medina nueſtro Secretario de camara, de los que reſiden en el nueſtro conſejo, para que ſe vea ſi la dicha impreſsion eſta conforme al original. Y mandamos que durante el tiempo de los diez años, ninguna otra perſona lo pueda imprimir ni vender, ſin el dicho vueſtro poder, ſo pena que pierda la impreſsion que aſsi hiziere, y mas incurra en pena de diez mill marauedis: los quales ſe repartan,la tercia parte

para la perſona que lo acuſare, y la otra tercera parte para el juez que lo ſentenciare, y la otra tercera parte para nueſtra camara. Y por eſta nueſtra cedula mandamos a todas y qualeſquier nueſtras juſticias, a cada vno en ſu juriſdiction, que guarden y cumplan y executen lo en ella contenido: y contra el tenor y forma della no vayan, ni paſſen, ni conſientan yr, ni paſſar en ninguna manera, ſo pena de la nueſtra Merced y de diez mill marauedis para la nueſtra camara a cada vno que lo contrario hiziere. Fecha en Alcala a diez y ſiete dias del mes de Mayo, de mill y quinientos y ſeſenta y dos años.

Yo el Rey.

Por mandado de ſu Mageſtad
Franciſco de Eraſo.

AD ILLVSTRISſimum Dominum Fernandum Aluarez de Toledo, y Ayala, Oropeſæ comitem atq; iterum Deleitoſæ Antonij de Padilla, y Meneſes Epiſtolã.

SCIO (Illuſtriſſime Fernande) non defuturos, qui vitio mihi uerſuri ſint, quòd tuam ipſe prꝍſtantiã perexiguo hoc munuſculo auſus ſim interpellare. Sed hi fortaſſe non nouerunt, quanta animi tui modeſtia ſit, quanta ad omnes literarum ſtudioſos humanitas, quanta in omnes neceſſarios familiareſq́; tuos caritas. Quꝍ omnia cùm iam mihi ab ineunte ꝍtate ſatis perſpecta notaq́; ſint, non dubitaui patrono te publicas facere primitias has laborum lucubrationumq́; mearum: quas (ſeptennium iam ferme agitur) dum Hiſpaniꝍ, ac aliarum interdum prouinciarum florentiſſimam iuuentutem, Salmanticam (quꝍ hodie doctrinꝍ domus habita eſt) confluentẽ inſtruimus, libentiſſimo animo ſuſcepimus. Quas ſpero te pro tua in omnes qui literas amant benignitate, proq́; antiqua illa animi tui in vniuerſam familiam noſtram propenſione non omnino ingratas habiturum: rurſum ipſas nominis tui authoritatem prꝍſeferentes, bonis omnibus, ac doctis placituras. Patebat hìc quidem mihi lata dicendi materies, vt exterꝍ quoq; gentes (ſi ad quas fortè qualiacunque hꝍc ſcripta noſtra deferri contigerit) certò cognoſcerent non adulari me, non ad promerendum ampliſſimum tuum fauorem mentiri: ſed auctiſſima aliqua ac laudatiſſima, ingenij ac eloquentiꝍ culpa deterere ac imminuere. Nanq; apud nos ignorauit nemo, excellẽtiam ac magnitudinem illuſtriſſimꝍ Toletorum familiꝍ (cuius tu primas es legitimumq́; caput) quꝍ ab Imperatoribus Conſtantinopolitanis in vrbem Toletum (quꝍ hac ratione familiꝍ veſtrꝍ nomen dedit) deriuata, multis prꝍclaris facinoribus, domi militiꝍq́; geſtis, clariſſima apud nos habetur, cuius gloria cotidie te vno ſuperſtite coaleſcit. Huius rei fortiſſi-

mum argumentum eſt, quòd Franciſcus Pachecus Villenæ Marchio, Scalonæq; dux clariſsimus cùm vxorē ducere ſtatuiſſet, magno conſilio, non aliunde quàm è domo familiaq; tua ducendam curauit. Duxit igitur ille Illuſtriſsimam Ioannam filiam tuam, atq; Illuſtriſsimæ Beatricis coniugis tuæ, quæ (quod fama pertulit ad nos) veſtram amborum & in Deum religionem, & in omnes mortales beneuolentiam multis argumentis adoleſcens adhuc teſtata eſt. Tibi igitur (Princeps Illuſtriſſime) commentaria hac noſtra, in quadam Iuriſconſultorum reſponſa, & nonnulla Imperatorum reſcripta, non ſum veritus conſecrare, multorum exempla ſequutus, qui ſummis principibus vigilias ſuas dedicarunt. Neq; enim alij de juris rationibus ſcripta opportunius oblaturum me, animum induxi, quàm tibi, qui iuris es cultor eximius, boni æquiq; in oēs obſeruantiſsimus. Quòd ſi labores hos noſtros tibi nō diſplicuiſſe cognouero, eodē ductu (auſpice Chriſto Ieſu) operā hanc ad calcē vſq; perducemus.

Ex celeberrimo Archiepiſcopi collegio idibus Nouembribus.

1562.

Ad Lectorem.

QVanquam materiæ ipſius quam agimus propoſitum (optime Lector) me tibi iure quidem ſuo redderet excuſatum, quòd quibuſdam dictionibus vſus in his commentarijs ſim, quæ nouitate ſua emunctiſsimas nares poſſunt offendere, huius tamen culpæ (ſi modò ea culpa eſt) veniam hîc precari volui, illud admonens, nullam artem humanam eſſe, cui non concedere debeat vel cenſor dictionis acerrimus ius atq; poteſtatem vtendi ſuis vocabulis. Nam ſi nemo vnquam grammaticos reprehendit, ꝙ gerundium ac ſupinum dicant, ꝙ ſeptimum caſum effectiuum vocent, neque Mathematicos, ſeſquialteram dicentes & ſuperbipartientem, neque Theologos, quòd quibuſdam notis relationes ſignificantibus paſsim vtantur, cur etiam nobis dicere non liceat ſuitas, maioratus, vinculata bona, & ſi qua his ſimilia ſunt, cùm aptiores his voces minimè ſint ad res de quibus agitur explicandas? Nam quod veriſsimè ſcripſit optimus poëta, ornari res ipſa negat contenta doceri.

Sunt & in hoc opuſculo erratula quædam, quæ vel diligentiſsimi typographi diligentia vitari non licuit, ſed illa leuia ſunt, quæq; diligentem Lectorem minimè remorabuntur.

ANTONII DE PADILLA Y MENESES in titulum de iuris & facti ignorantia commentaria.

RVBRICA.

1 *Differentiam ſolere conſtitui inter ignorãtiam, errorem, ac titubationem.*

2 *Sed quoad præſens propoſitũ nil inter hæc intereſſe.*

Summa rerum.l.1.

1 *Exceptiones peremptorias non niſi ante ſententiam opponi poſſe.*

2 *Et quæ ſit ratio huius regulæ communis.*

3 *Singularis caſus huius.l.in quo regulæ illi locus non ſit fauore militum.*

4 *Pertinere.l.huius beneficium, etiam ad aduerſariũ ipſius militis.*

5 *Procedit etiam in facti non iuris ſolùm omiſſa allegatione.*

6 *Procedere etiã priuilegiũ huꝰ legis ĩ milite actore.*

7 *Ad clericum an pertineat hæc diſpoſitio, & an par ſit cauſa militis & clerici.*

8 *Clericus iniurius an teneatur canere palynodiam.*

9 *Clericus torqueri poteſt, licèt miles non poſſit*

10 *Doctori legum an competat beneficium huius legis, & an aduocato.*

11 *An tex.hic habeat locum ſolùm in militibus equeſtribus.*

12 *Et an habeat locum in militibus noſtri temporis.*

13 *Exceptio quæ non excluditur per ſententiam, excluditur per executionem.*

14 *Pro executione ſententiæ an oporteat præcedere citationem.*

15 *Quando executio fit in ipſamet re petita, non requiritur citatio.*

16 *Quando petitur executio propter deſertam appellationem, an requiratur citatio.*

17 *Et quid ſi executio petatur contra hæredem condemnati.*

18 *An citatio requiratur cùm non exequitur iudex cauſæ, ſed eius ſucceſſor.*

19 *Et quid in pignorum adiudicatione.*

20 *Et quid ſi executio petatur non ex ſententia, ſed ex inſtrumento guarentigio.*

21 *An ex inſtrumento publico competat executio ſi non habeat clauſulam guarentigiam.*

22 *In hac executione an requiratur obatio libelli.*

23 *Expeditur gl.1.*

24 *Expeditur gloſ.2.& an legis huius beneficium ad ruſticos pertineat.*

25 *Non competit hoc beneficium militi agenti per procuratorem, ſed neque ipſi militi cauſam alienam tractanti.*

26 *Expeditur gl.allegationes.*

27 *Expeditur gl.ipſo iure, & an hoc priuilegium cõpetat militi ipſo iure, an per in integrum reſtitutionem.*

28 *Verba præſentis temporis ſignificant actum fieri ipſo iure.*

29 *Expeditur glo.in parte uti.*

30 *Exceptio nullitatis poteſt opponi quandocunque.*

31 *Etiam reiecta exceptione nullitatis opponi poteſt illa, quæ próuenit ex defectu iuriſdictionis.*

32 *Sententia nulla non meretur nomen ſententiæ.*

33 *Exceptio ineptitudinis libelli opponitur etiam poſt rem iudicatam.*

34 *Sententia lata ſuper libello inepto, eſt nulla.*

35 *Et quid hodie ſit iure noſtro.*

36 *Exceptiones quæ ſententiam non perimunt, ſed reſtringunt opponi etiam poſt rem iudicatam.*

37 *Exceptio impenſarum opponitur poſt rem iudicatam.*

38 *Item exceptio compenſationis.*

39 *Lex regia.4.tit.8.lib.3.ordinament.*

40 *Exceptio confecti inuentarij an poſt rem iudicatam opponatur.*

41 *Exceptio pretij non ſoluti an opponatur poſt rem iudicatam.*

42 *Exceptio diuiſionis & epiſtolæ diui Adriani an opponi poßint in executione.*

43 *Exceptio ordinis & authenticæ præſente.an opponi poßit poſt rem iudicatam.*

44 *Exceptio cedendarum actionum an poſsit opponi poſt rem iudicatam.*
45 *Exceptio orta poſt rem iudicatam, uel in ipſa ſen tentia renouata,opponi poteſt poſt ſententiam.*
46 *Exceptio odioſa poteſt opponi poſt rē iudicatam.*
47 *Exceptio excommunicationis opponitur poſt rē iudicatam.*
48 *Idem eſſe in exceptione exterminationis.*
49 *Et in exceptione uſurarij contractus.*
50 *Remouente lege à perſona potentiam contrahendi,exceptio poteſt opponi poſt ſententiam,ut in muliere contrahente ſine licentia mariti.*
51 *Sententia lata à iudice excommunicato eſt ipſo iure nulla.*
51 *Et an idem ſit etiam in iudice ordinario? & quid in tutore excommunicato.*
53 *Et an idem ſit in tabellione excommunicato.*
54 *Et in procuratore.*
55 *Et in aduocato.*
56 *Exceptio excommunicationis an opponatur coram iudice ſeculari.*
57 *Quando non dubitatur de uiribus excommunicationis,opponitur coram ſeculari.*
58 *An tex.hic habeat locū in exceptionibus dilatorijs.*
59 *Appellatione exceptionis propriè peremptoriam contineri.*

EXorditur Barto. legem primā huius tituli,pręfatus eū eſſe fortem & vtilem.Gloſſa rubricæ continuat titulū hunc ad præcendentes duobus modis, & poteſt vterq; ſuſtineri,nec eſt qui reprobet alterutrū. Eſt autē hic præmittendum, differentiā ſolere conſtitui inter ignorantiā, neſcientiā,errorem, ac titubationem. gl. ordina.in rub. ff.de iuri & fact. igno. quæ in vltima parte ſubdit quo ad hunc tractatū pertinet,nil inter hęc oīa intereſſe, cū omnia hæc tā ad factū quàm ad ius cōmuniter referantur.

L. 1. Quamuis.

NOtabilis eſt textus hic ſecundùm Bar. col.1. Atq; ſingularē eū eſſe affirmant Paulus & Iaſ. Pro cuius intelligentia vulga
1 rē regulam pręmitti oportet, exceptiones
peremptorias nō niſi ante ſententiā opponi in iudicio poſſe.l.præſcriptionē.C.de excep.l.peremptorias.C.ſentē.reſcin.nō poſſ. Poſt ſententiā autē opponi eas, iura illa cū alijs negāt omnino. Cuius regulæ ratio eſt ex Bal.in præſenti nō inſubtilis, qm̄ ex ſententia videtur ortū nouū ius ei,in cuius fauorē ea lata eſt.l.ſi fundus.§. ſi pluris.ff.de pig. l.nepoti.ff.de fund.inſtruct. qui id probat in ratione dubitādi,& ad hoc ius nouum
2 exceptiones nō videntur pertinere.Ex quo
infertur eleganter, ꝙ ſi lata ſententia ſuper aliquo cōtractu formiter(quod aiunt)quo caſu naſcuntur duæ actiones iudicati. vt in l.miles.§.iudicati.ff.de re iudi.l.actori.C.de rebus credit. itē vtilis ex ipſo contractu.ex doctrina Bart.cōmuniter recepta in. l. Iulianus.nu.28.ff.de condict.indebit. et agatur non actione iudicati,ſed vtili ex contractu,tunc adhuc obijci poſſe quālibet exceptionem peremptoriam.quod gl. ſingularis determinat.in.l. duobus. in gloſ. fin.ff. except.rei iudic.quam ibi ſequitur Bart.dicens eā eſſe notabilem Dynus & Alberic⁹,
3 addentes gl.illius deciſionē alibi non repe
riri.Pau.de Caſtr.ſi. col.dicens fatuum eſſe hoc caſu litigatorē, qui nō actione iudicati agat,ſed vtili ex contractu.Zaſius ibi.nu.9. Paul.de Caſt.in.l.4.§.prætor ait.nu.2. in fine.ff.de re iud.Ripa.in.l.intra dies.co.2.eodē tit.itē Bart. in præ.nu.8.Alberi.nu.5. Iaſ. col.2.in fin.quæ cùm ita ſe habeant, ponit modò text.hic mirabilem caſum,in quo fauore militum hoc receptū eſt, vt exceptio etiā peremptoria poſsit opponi poſt latam ſententiā, ante tamen executionem factā. In quo nimio fauore Imperator Antoninus proſequutus eſt cauſam eorū, qui propter ſimplicitatē armatę militiæ iura ignorare præſumuntur.l.fi.in prin. C.de iure delibe.in prin.Inſt.de milit.teſt.in authē. quibus mod. natu. efficiant. legit.§. quiſquis.
4 coll.7.Pertinet autē hęc pulchra diſpoſitio
etiā ad aduerſariū,cū quo miles ipſe litigat. Ita enim voluit Bar.in.l.admonendi. col.2. nu.6.ff.de iure iur.ex regula textus.in.l.petendæ.C.de temp.in integr. reſt. pet.in.l.fi. C.de fruct.& lit.expenſ. Atque illam Bart. opinionem ſequuntur ibi Paulus & Alex. & hos referens Iaſ. in repe. nume. 70. Pur-
5 purat.nume.35. Secundò textum hunc in
telligę non ſolùm procedere in allegatione exceptionis quæ in facto conſiſtit, ſed etiam

etiam in allegatione iuris. vt ſi in cauſa quã
agebat miles, non fuerit allegata lex, quæ
militis cauſam in fauoré ipſius decidebat.
Poterit nanq; lex illa allegari lata ſententia
cui ſatisfactũ nó fuit. ita enim legé hãc in-
terpretãtur in præ. Fulgo. nu. 2. Iaſ. n. 5. quo-
rũ opinioné iuuat tex. optim' in l. minor vi
ginti quinq; annis omiſſam allegationem.
ff. de minor. Quod iudicio quidé meo nó
procederet in ſententia, quę à principe lata
fuit. argumé. text. in l. minor aũt. §. ſi autem
6 princeps. ff. de minor. Tertiò intellige tex.
hũc procedere nó tãtũ in milite reo, quo ca
ſu textus hic agere videtur in illis verbis, de
fenſionibus tuis, & iterũ ibi, ſi nódũ ſatisfe-
ciſti. atq; iterũ ibi, ex ſẽtẽtia cóueniri cœpe
ris. ſed & etiã in milite actore. Ità Bar. nu. 10
improbãs ſẽtẽtiã. gl. in parte ageres aliter
ſentientis. Mouetur Bar. cótra Accurſiũ tri
bus rationib'. Primò ex verbo ageres, quod
eſt in textu, qđ actori cóuenit. Secundò ex
verbo. allegationes cópetentes, quod etiam
videtur actori conuenire. Tertiò, qm̃ hæc
pręrogatiua nó tã quòd reus hic miles ſit, q̃
propter generalé militiæ fauoré cóceſſa vi-
deri poteſt, vnde ad actorem quoq; milité
debet pertinere. Adijcit quartã rationé Ci-
nus ex Petro: qm̃ cũ beneficiũ hoc principis
ſit, quàm latiſsimè interpretari id oportet. l.
beneficiũ. de cóſt. prin. l. ex facto. ff. de vulg.
& pup. Neq; obſtat huic ſẽtẽtiæ (Bartolus
inquit) verbum illud textus, defenſionibus
tuis: nã & actor dicitur in ſua aduerſus exce
ptioné replicatione ſe defendere. l. 2. ff. de
excep. Cui tu adde, interdũ in iure noſtro
ipſam actoris allegationé defenſioné dici. l.
conſentaneũ. ibi, vel auditis defenſionibus
tuis. quo. & quã. iudex. l. diffamari. ibi, ſi de-
fenſionibus ſuis conſideret. de ingenu. ma-
numiſ. His rationibus placuerat iã hęc ſen-
tentia etiã Petro ac Cyno. 1. quęſ. quã etiã ſe
quuntur Faber in breuiario, in ſecunda ad-
ditione. Ex quo conſtare poſſet, hanc fuiſſe
cómuné opinioné antiquiorũ, quam Bald.
etiã eſt ſequut'. col. 2. Sali. & Iaſ. nu. 20. Atq;
hanc eſſe opinioné doctorũ omnium affir-
mat Fulgo. nu. 8. qui tamé cótra oẽs cóten-
dit melioré eſſe ſententiam glo. Tu cómu-
nem ſequere, atq; ei da exemplum ex lege.
ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact.
7 Sed an ad clericũ quoq; huius legis diſpo
ſitio pertineat. Et ad hũc etiã pertinere vide
tur, cũ & hic miles ſit cæleſtis militiæ. Et ſo-
let argumẽtũ ſumi in iure de vno milite ad
alterius militiæ militem. c. degradatio. §. 1.
de pœni. lib. 6. & eſt gl. in. l. ſicut proponis.
alia in. l. ſtipendia. C. de execut. rei iudicat.
alia in. §. 1. in gl. adiuuãtur. Inſt. de mili. teſt.
& ſcribit Panor. in. c. 1. n. 8. de cleri. ęgro. hos
milites pari ſemper paſſu ambulare, vbi ſpe
ciali diſcrimine diſtincti nó fuerint. Quare
priuilegium militis, qđ ille ex iure habet ne
conueniri poſsit vltra q̃ facere poſsit. l. mi-
les. in prin. cũ alijs. ff. de re iudic. ad militem
etiã cæleſtis militiæ extẽditur, quãuis exor-
bitãs illud ſit, ac deuiũ à regulis cómunib'.
gl. in illa. l. miles. in parte facere poteſt. & tã-
etſi gl. illius opinioni cótradicãt Oldral. &
Alber. ibi, neq; ſeruari eã ex facto Paulus de
Caſt. affirmet, vera tñ eſt & cómunis, & ſe-
quũtur eã Bar. nu. 3. qui eã ſignari mãdat, có
munéq; eſſe teſtãtur, eã ſequuti Alex. nu. 3.
Iaſ. nu. 11. Ripa. nu. 5. Et idé quoq; voluit gl.
iuris Canonici. in. c. ſtudeant. in. gl. Et ſui. 50
diſtin. Et harũ gl. opinionem præter ordina
rios doctores vtrobiq; teſtantur eſſe cómu
nem eã ſequuti, Lopius in repet. rub. de do-
nat. inter vir. & vxor. §. 37. nu. 16. Gometius
prin. de act. inſt. nu. 65. Guillel. Maynerius
in. l. in omnibus cauſis id obſeruatur. nu. 13.
ff. de reg. iur. Bello. in rub. inſt. de teſta. nu. 4
Epiſcopus Ciuitatenſis, vir me hercle & mo *Didacus Couarru-uias.*
rũ ſanctimonia, & vtriuſq; iuris cognitione
pręclarus, lib. 2. vari. reſo. c. 1. nu. 9. atq; iuxta
earũ opinioné iudicauit ólim capella Tho
loſana deciſ. 245. Quare Ioannes Faber in
præſen. col. 1. Fulg. col. 2. textũ hunc exiſti-
mant habere locũ etiã in clerico litiganti.
Et hanc opinioné dicit communem Alex.
in. l. Centurio. nu. 15. iuncto. nu. 4. ff. de vul.
& pupillar. Atq; communem eſſe innuit
Felin. in. c. quoniam. nume. 6. de ſymon.
quoniã turpe ſit clerico velle ſcire leges vel
diſceptationes ciuiles. l. repetita. C. de epiſc.

& cler.cùm diuinis officijs ſolùm eos inter
ros eſſe oporteat.l. omnes.C.de Epiſcop. &
cleric. maximè cùm iure canonum leges
audire ſint illi prohibiti.c. ſuper ſpecula.
de magiſtr. horum enim officium pro-
prium ac peculiare eſſe videtur horarum
canonicarum fidelis atque deuota recita-
tio.c.1.c.Dolentes. de celebratione miſſar.
Quæ omnia non me mouent, quin exiſti-
mem textum huncin clerico minimè ha-
bere locum, ſequutus Bartolum in præſen.
nume.15.& ante eum tenuerunt hanc opi-
nionem Azo, Odofredus, & hos referens
Albericus.col.1. quam & Cynus ſequitur
5.quæſt.quam conſtat eſſe communem ex
Fulgoſio.col.2.Iaſone.col.3. qui eandem ſe
quũtur. Quam etiam approbant Matheſa.
ſing.61.Alexander in.l.miles.in prin. num.
fi.de re iudic.Imo.in.l. ſi verò.§.de viro. nu.
23.ff.ſoluto matrimo. Ang. in. §. appellan-
tur.col.4.de excep.Inſt. Felinus in.c. cùm
ex officij.nume.2.de præſcrip. Euerard. in
centum locis.loco.22.fin. col. Cuius rei ra-
tio eſt: quoniam cùm hoc priuilegium ſit
conceſſum militibus propter præſumptã
legum ignorantiam, ad clericos pertinere
non debet, in quibus ignorantia admitten
da non eſt.c.ſi in laicis.38.diſtinct.Cui ſimi
le & illud eſt, quòd cùm milites alicuius hę
redes, etiam non confecto inuentario, mi-
nimè teneãtur vltra vires hereditarias.l.fi.
in prin.C.de iur.delibe.quoniam id pri-
uilegium fundatũ eſt in præſumpta legum
ignorantia, ad clericos minimè pertinet.
ex tex.in authen. de hęred.& falci.§.penul.
in verbo.ſacerdotali, collat.1. Atque ex hac
æquiparatione vtriuſque militis inferri ſo-
let deciſio quæſtionis cuiuſdam quæ in
iudicijs frequens eſt, præmiſſo, quòd
quinque verba iniuria ſunt, quæ ſi quiſpiã
alteri obiecerit, tenebitur recantare.l.2.tit.
9.libro.8.ordinamẽ.quòd ſi nobilis ſit iniu
riator, quem in hoc caſtellano principatu
fidalgum vocamus, non tenetur canere pa
lynodiam, ſed pœna pecuniaria plectẽdus
erit.l.131.ſtili. An idem in clerico iniuriõ di-
cendum ſit vt minimè teneatur recanta-
re. Et Ioannes quidẽ Bernardus Epiſcopus Bernardus
integerrimus Calagurritanus in practica Diez de
criminali.c.60. malè dici clericũ etiã cogẽ Luco.
dũ recantare exiſtimat, nec ꝗ hoc caſu æqua
erit militis ac clerici cõditio. Pro quo facit

9 Et illud diſcrimẽ inter hos, ꝙ cũ miles
minimè torturæ exponi poſsit.l. milites.l.
diuo Marco.C.de quæſt. quibus conuenit
lex regia.4.titu.2.lib.4.ordinamen. Etiam
ſi in contrarium eſſet conſuetudo. Bartol.
per text.ibi.in.l.omnes.nume.2.de Decu-
rio.lib.10.Iaſ.in præſenti.nu.7.idem in.l.
de quibus.nu.66.ff.de legibus. Roman. ſin
gul.494.milites. Carrerius teſtatus eam eſ-
ſe communem.in.l.2.num.180.C.quor.ap
pella.non recipi.atque alij quos diligenter
congeſsit Petrus Dueñas Salmã.regul.190.
ampliat.4. Tametſi id priuilegium in Frã-
cia non ſeruari teſtetur illius regni incola,
Andreas Tiraquell.de nobilita.c.20.num.
134.& in tractatu de pœni. temperan. cau-
ſa.31.nume.16. Sed neque apud Lombar-
dos ſeruari affirmat Salicetus in.l.decurio-
nes.1.ex quibus cauſ. infam. irreg. Sed ne-
que Romę ſeruari id priuilegium affirmat
Paulus Grillandus in tract. de quæſtio. &
tortura.quæſt.6.nume.2. Clericus tamen
regulari iure torqueri poteſt.c.1.de depo-
ſit. hoc adhibito temperamento, vt vltra
indicia ordinaria ac communia quæ vt pri
uatus quiſpiam torqueatur, requiruntur,
vtputa vnius teſtis vel ſimilia, clericus ſit
de delicto illo de quo accuſatur infamat⁹.
quod videtur innuere textus in illo.c.1.ibi,
audiuimus. & fuit hic ſingularis intelle-
ctus Abbatis antiqui ibi, quem refert al-
ter Abbas.nume.6. atque communem eſ-
ſe affirmat Cardinalis ibi.nu.4. atq; idẽ ſe-
quuntur Barba. ibi col.4. Felin. in.c. de
hoc.nume.2.de ſymo. Hippolytus ſingul.
55. Boërius deciſ.163. Chaſſenæus in cõſuet.
Burgun.rub.1.§.5.nu.6. Bernar.in practica.
c.117.col.2. Iacobus Septimancenſis, teſta-
tus communem traditionem Abbatis de
inſtitu.cathol.c.62.nu.27. quamuis id im-
probet Panor.ibi.& Alciatus in.c.1.de offi.
ordina.nu.43.

Verùm

Verùm hæc nil me mouent, quin libenter
exiſtimé(quod olim iã publicè docui)pœ-
næ legis ordinaméti clericũ non eſſe obno
xiũ:quoniá imprimis lex ordinaméti (meo
quidem iudicio)iniuſta eſſe videtur,cùm ſi
vera ſit iniuria quam obieci, ſi inde cogor
recantare,iam mentiri videor, quod quàm
graue ſit homini iuſto, ex eo patet, quòd
nec pro hac temporali vita licet mentiri. c.
ne quis arbitretur.22.quæſt.2.ſi igitur eſt in
iuſta lex,non erit ab eccleſiaſtico iudice ad
mittenda.c.erit autem lex.4. diſtinct.Præ-
terea habent iam iura canonica ſua de hac
re ſtabilimenta,quibus ſtatuunt, quænam
pœna ſit imponenda clerico maledico .c.
clericus maledicus.46.diſtinct.c.1. de male
di.illis igitur pœnis clerici à ſuis prælatis ca
ſtigentur.nil. eſt enim cur pœnas extraor-
dinarias ex alienis tribunalibus exquirant.
Quòd ſi hæc omnia ceſſarent, militis cæle-
ſtis tanta eſt & authoritas & dignitas,vt in-
dignum ſit nobili hoc priuilegium compe
tere clerico denegari, cùm nó ſolùm huius
dignitas illius ſuperet dignitaté,verũ regalé
quoq; peruincat.c.duo ſunt quippe.96.di-
ſtinct.Et quanta differentia eſt inter ſolem
& lunam,tanta eſt aut certè maior inter im
perium ac ſacerdotium.c. ſolitæ. de maio-
rit.& obedient. Quare priuilegium legis
ſtili exiſtimo etiam clerico concedendum.
Et quadriennio iam acto, ex quo hanc opi-
nioné pluribus auditoribus tradiderã,inue
ni eã tenere doctorem Perez Salmáticéſem
in.l. fin.titu.1.libro.1. ordinamenti.fin.col.

10 Sed an doctori & aduocato dari opor-
teat legis huius ſingulare beneficium. Et vi
detur,quoniam & hi militare videntur .l.
aduocati.de aduoc.diuer.iudi. Sed contra
verè determinant Cynus. Sali. Fulg.& Iaſſ.
num. 7. Quoniam cùm textus hic propter
ignorantiam hoc militibus permittat,non
fuit rationi conſentaneum idem in iuris ad
uocatis atq; doctoribus ſtatuere,ne illis for
tè accidat quod Scæuola olim Seruo Sulpi
tio obiecit,improbãs illi viro Patricio igno
rantiam iuris in quo verſaretur.His proxi-
mè accedit,quòd beneficium in integrum
reſtitutionis,quod ſolet ex iure competere
minoribus, aut etiam ex clauſula generali
maioribus, doctorib⁹ denegatur hoc ipſo,
quòd doctores iuris ſint,quoniá nó deceat
eos in integrum reſtitutioné petentes pro-
priá imperitiam profiteri.gl.ordinaria.in.l.
Profeſſio tua.in.gl.1.de mune.& hono.li.10
Cui videtur & altera cóſentire.in.l.t. in.gl.
docuerit. C.qui & aduer. quos. quarũ opi-
nionem ſequuntur ibi Bar.nu.3.Bal.num.3.
Fulg.nu.5.Sal.nu.6.Paulus de Caſtro,& alij
ibi.Et prçterea Bart. in.l.ſed et reprobari. in
primo. nu.3. ff.de excuſ.tut.Iaſſo in. l. eam
quá.nu.15. C.de fideicómiſ.Bolog.in authé.
habita. nu.201.ne fili.pro pat. Euerardus in
topi. c.22.in fine. Tiraquellus de nobilita-
te.c.20.n.41.Mauriti⁹ de reſtitutione.c.223.
Curtius ſenior. in. l. ſi ex falſis.nu.27.C.de
tranſact.teſtantur gl.illius opinionem eſſe
cómuniter approbatá,eá ſequuti Ioãnes ab
Anania.in rub.de magiſ.nu.12. Maynerius
in.l.conſenſui.§.non capitur.nu.5.ff.de reg.
iur. Imò verò ſi in caſu hui⁹ legis miles hic
dediſſet operá iuri ciuili per aliquod tépo-
ris ſpatium, nó haberet in eo locum textus
hic,qui ad militarem legũ ignorantiam re
ſpexit.ꝙ Bald. in . prç. animaduertit. col.3.
verſ.quid ſi miles.Iaſſ.col.2 .ad finem . qui
idem dicendum eſſe exiſtimauit, poſtquã
miles potuit conſulere peritiores.

11 Sed an ſolũ militibus equitibus hoc pri-
uilegiũ cócedatur,an verò & peditibus. Et
his etã cópetere exiſtimo ex tex.in.l.2. verſ.
quantos.ibi,ſiue pedites ſiue equites. C. de
off.præfec.Africç.qué in hoc notat Philip.
Decius in rub.C.de teſt.milit.nu.5.Et ratio
illa præſumptæ ignorãtiæ in his magis mi-
litare ſolet,quàm in equitibus,qui(vt vide-
mus)prudétiores eſſe ſolent, & ad nauales
etiã milites priuilegium huius legis exten-
di oportet. l. t.§. at in nauarchos. ff.de bo-
nor.poſſ.ex teſta.milit.

12 Sed an militib⁹ noſtri téporis cópetat legis
hui⁹ beneficiũ. Et in his nó habere locũ ple
riq; oẽs exiſtimarũt: qm̃ in eis pleraq; iuris
ſolénia quç ad militiam ſunt neceſſaria de-
ſiderãtur.Neq; enim in numerum militaré

redacti ſunt nomina ſua profitentes, neq; exercitijs occupantur militaribus. Quare Bar.nu.14.exiſtimat hoc priuilegiũ ac cętera priuilegia militaria his non competere. Et ante Bar.hæc fuit ſententia Cyni.in.6.q. Et communem eſſe affirmat Iaſſ.nu.7.atq; idem tenuit idem Bar.in.l. militem. C. de procurat.idem in.l. filiusfamiliâs.§. veterani.ff.de procurat.idem in.l.fi.ĵ.de iuriſ.om. iudic.idẽ in tractatu de quæſt.col. fin.Quã opinionem tenet allegans multos Alexã.in l.Centurio.nu.23.ff.de vul.& pupill. Ripa. ibi nu.9.teſtatus hãc eſſe magis cõmunem opinionem.& eam tenet Panor.in.c.Raynutius. nu. 16.de teſtam. vbi Auguſtinus Beroius eam ſequutus.nu. 516. teſtatur eſſe communem. Fundarũt hi omnes cauſam ſuam in hoc, quòd priuilegia hæc militib9 conceſſa veteranis non competũt. l. ſi poſt miſsionem.l.ad veterani. ff. ad legem falci. quaſi exercitium militare requiratur vt hoc illis competat priuilegium. Exiſtimo ſanè ipſe etiam hodie hoc idem priuilegiũ militibus noſtri tẽporis cõpetere, ſi exercitijs militaribus occupẽtur. Atq; ita allegãs alios reſoluit Philippus Decius in rub. 1.de teſtam.milit.nu.5.Neque erit impedimento, quòd in his deſiderentur illę ſex ſolennitates,quas oportet milites explere,vt priuilegijs militaribus perfruantur,quas accuratè enumerauit gloſſ.ordinaria in l.penul. ff.ex qui.cauſ.maior. quæ in pleriſq; probata eſt.l.regia.14.tit.21. par.2. Non enim curatur hodie de illa antiqua cęremonia qđ ſcripſere præter alios Bald.in l.1.nume.21. C.qui bonis cedere poſſ. Paulus de Caſt.in l.ſcriniarios.nu.6.C.de teſtament. milit.& ita his etiam competere militaria priuilegia videntur inſinuare pleriq; omnes ſcribentes in præſenti. Et eſſe communem opinionẽ eam ſequutus, affirmat Gregorius Lopius in.l.23.tit.21.par.2.in gl.1. Sũt qui dicant huiuſmodi priuilegia competere etiã militibus, qui regi in domo ſua regia miniſtrant,quoniam & hi militare dicantur.l.1. c.de comiti. & archiat.l.1.de ſilentiarijs in rub.& in.l.1. de priuileg. eorum qui in ſacro pala.militant.lib.12.

13 Secundò principaliter collige ex textu hoc ibi,ſi nondũ ſatisfeciſti quod ea exceptio quæ non excluditur per ſententiã excluditur per executionem.Adde quòd nõ ſolùm excluderetur hæc exceptio per executionẽ ipſam, ſed etiã per petitionẽ termini ad ſoluendũ, argumento eſt textus egregius in.l.ad ſolutionem.C.de re iudica. vbi remedium etiam appellationis, quod iure communi eſt innixum, tollitur ſi petatur terminus ad ſoluendam condemnationẽ. Si igitur ibi tollitur ius commune,tolletur multò facilius hoc militare priuilegium, quod ab hac lege proficiſcitur.vulg.l. eius militis.§.militia miſſus.ff.de milit.teſta.

14 Tertiò collige ex textu ibi, cœperis ex ex ſententia conueniri quod cum ille dicatur conueniri qui citatur ad iudicium.§.fi. Inſt.de pœna.temer. litigant.hic eſſe textũ manifeſtè probantẽ in executione ſentẽtię requiri partis, contra quam illa mandatur executioni citationẽ.atque ita colligit Bal. in præ.fi. col.Et idem videtur probare tex. in.l.meminerint. C. vnde vi. & tenet hanc ſententiam Cynus in. l. ab executore. 1. q. quor.appell.non recipiant.verioremq; videri ſcribit Imola,eam ſequutus in. l.à diuo Pio.§.in venditione.nu.13.ff.de re iudic. Contrarium tamen tenuit gl.ordinaria in l.1.in gl.magna prope finẽ ſup.de iudi. vbi gl.inquit ſententiam mandari executioni ſine cauſæ cognitione, manifeſtè his verbis inſinuans,neque partis citationẽ requiri: quæ enim cauſæ cognitionem nullam deſiderãt,ſine partis citatione geri poſſunt. gl.fi.in.l.ſi deſerta.C.ſi propter publ. pẽſit. quare dominus Innocentius in.c. ex ratione.de appell.cenſet neceſſariam hic minimè eſſe citationem. Eſt igitur res hæc perplexa: quare quibuſdam regulis complecti eam oportet.

15 Eſto igitur regula firmiſsima, & quaſi murus quidam aheneus, quòd ſi quidem executio facienda ſit in re ipſa contenta in ipſamet ſententia in actionibus perſonalibus ad ſpeciem extantẽ, vel in realibus ad ipſam

ipſam rem petitam, tunc non eſſe pro executione ſententiæ neceſſariam partis citationem,ſed poterit hoc caſu iudex decernere mandatum executorium, in alijs autem caſibus ſemper erit neceſſaria citatio. Propoſitio hæc deducitur ex textu in.l.qui reſtituere.ff.de rei ven. vbi præſcribens iuriſconſultus modum executionis,nunquàm in ea meminit citationis partis contra quā fit executio. Atq; ita ex illo tex.deduxit hāc ſententiam Bart.in.l.à diuo Pio.§. in venditione.col.2.ff.de re iudic. quo in loco Alexāder nu.31. in fine.Iaſſon. nu.9. teſtantur Bart. opinionē eſſe cōmunē. Eā ſequuti, idē affirmant Bal.in pręc.col.fi.Bart.in illa l. meminerint.nu.6.idem in extrauang. ad reprimendum.in parte executionem.quomodo proce.contr.rebell.in cri.læ. maieſt. Et cōmunem eſſe teſtantur pręterea Feli. nu. 9. Decius nu.17.in.c.ex ratione.de appella.Sequuntur eandem opinionem Bal.in.l. tale pactum.§.qui prouocauit. 10. quæſt. ff.de pact.Imola in.l.ſi filio. nu.4. ff. ſoluto matri.idem in.l. ab executione.col. 3. ff.de appellat. Maranta.de ordine iudic.6.part.capit.de executione ſententiæ.nu.18. Atq; ita oportet intelligere legem. 3. tit.27.in ver.fi. par.3.vbi quodāmodo videtur probari hęc opinio.

16 Limitabis tu tamen regulam hanc,vt nō procedat quoties mandatur executioni ſententia propter deſertam appellationem interpoſitam,quo caſu oportebit ſemper partē citari,vt videat an aliquid opponere velit quare ſententia non ſit mādanda executioni. Limitationem hanc probat textus egregius in.l. ſi contra maiorem. C. de appellat. vbi dicitur iudicē tunc demū mandaturum ſententiā ſuam executioni propter deſertam appellationē,quādo animaduerterit tēpus appellationi præfixum pręterlapſum fuiſſe:hoc autem animaduertere iudex non poterit, niſi demum parte citata. l.fi. C. ſi per vim vel alio modo. atque ita ex tex.in illa.l.ſi contra. colligit ibi Baldus. idem ex eodem textu notauit Bartolus in l.vnica.nu.9. ff.nil nou. appell.pendet.atq; idem ſequuntur Angel.in.l.1. nu.30.C. de iudi.Cardinalis in clem. ſicut.de appellat.2 q.nu.4.Alexander in.l.à diuo Pio.§. in venditione.nu.32.de re iud.Decius conſ.97.nu. 2. Maranta.vbi eum paulò antè citaui. nu. 16.Mattheus de Afflictis in conſtitu.vtriuſque Siciliæ.lib.2.rub.17.nu.13.vt non dubitem communem eſſe hanc traditionem.

17 Secundò limitabis regulam hanc, vt nō procedat in executione ſententiæ quā fieri oportet aduerſus hæredem condemnati. Licèt enim ius exequendi tranſeat contra hæredem.l.ex contractu.ff.de re.iud.l. Poſtulante.vbi id notarunt Bar.Ange. Imola, & Alexan.ff.ad Trebell.oportet tamē ſemper pręmittere citationem tanquam aduerſum perſonam nouam.ita enim voluit eleganter vt cætera omnia Innocentius in.l. quia v.de iudic.cuius opinionem ſequūtur Angel.in.l.1. C.de iud.nu.29.idē in.l.oratione.ff.de ferijs.nu.3.Alexāder in præalleg.§. in venditione.nu.34.idem in illa.l.poſtulāte.col.penul.verſ.item pro eo.Felin.in.c.ex ratione.de appellat. nu.10. atq; hanc traditionem in vſu forenſi eſſe receptam affirmat Fernandus Menchaca vir & vſu negotiorum & iuris peritia illuſtris.de ſucceſſ. creatione.§.6.nu.48. quam etiam ſequitur Rolandus à Valle conſilio.20.nu.15. *Fernandus Mēchaca.*

18 Tertiò limitabis regulam ſuperiorē non procedere,quoties nō ipſe idem iudex qui ſententiam protulit,mandat eam executioni, ſed eius ſucceſſor,tunc enim oportebit ſemper pręmittere citationem.argumento eſt tex.optimus in.l.edictum.verſ.planè.ff. de iudicijs.Ex quo textu limitationē hanc poſuit Baldus in.l.ordo.col.2.nu.12.verſ.nota ex hac lege. C.de execut.rei iudic.ſequūtur idem Ange. de Peruſ.in illa.l.1.num.31. Alexan.in illo.§.in venditione.nu.35.atque communem eſſe Philippus Decius affirmat in illo.c.ex ratione.nu.17. verſ. prædicta concluſio.

19 Quartò limitabis ſuperiorem regulam nō procedere quoad adiudicationē pignorum:nam quotieſcunq; pignora capiūtur propter condemnationem alicuius quantitatis

titatis, licet non requiratur citatio pro facienda captura, requiritur tamen pro adiudicatione facienda creditori vel alteri in publica ſubhaſtatione, ac ſi apertiùs quidẽ dicamus citationem requiri *para el remate de las prendas*, ita enim dicit practicari in Neapolitano conſiſtorio Matthæus de Afflictis deciſ. 358. & ita etiam ſeruant apud nos iudices ciuitatum.

20 Quintò limitabis ſuperiorem regulam
vt non procedat, quando petitur executio
non ex ſententia, ſed ex virtute inſtrumẽti
guarẽtigij, ꝙ ex natura ſua paratam habet
executionẽ. l. fi. tit. 8. lib. 3. ordinamẽt. tunc
enim ſemper requiritur citatio partis con
tra quam petitur executio. Bald. eleganter
in. l. ab executore. nu. 6. ver. Sed quid dices
de executore. quor. appel. non recipiant.
Iaſſ. in præſenti. nu. 5. & ante eum Salicet. 4
col. idẽ Salicet. in dicta. l. ab executore. nu. 9
In hoc tamẽ regno obtinuit praxis, vt nul
la prorſus pręcedẽte citatiõe ſi iudici oſtẽ
datur inſtrumentum publicum ac guaren
tigium, ſtatim decernit iudex ſuo miniſtro
executori mandatum executorium, vt ille
protinus exequatur cõtenta in illo inſtru-
mento, & niſi dentur fideiuſſores ſecurita
tis capiatur perſona obligata. Et hanc pra-
cticam affirmat communem eſſe Roderi-
21 cus Xuarez. in. l. poſt rem iudicatam. in. 12. limitatione legis fori. co. 1. de re iudic. Atq; ita receptum eſſe affirmat Præſul Ciuitatenſis. lib. 2. variar. reſolut. c. 11. num. 2. qui & illud admonet. nu. 3. non ex omnibus inſtrumentis publicis competere hanc executionem, ſed ſolùm ex illis, quę clauſulam illam guarentigiã habent, atque ita receptũ eſſe affirmat. Quod ego verius eſſe exiſtimo cum eo & Roderico quem ipſe allegat. Tametſi vir doctiſsimus ciuis meus

Antonius Gometius.

atq; olim præceptor, Antonius Gometius in. l. 64. Tauri. nu. 4. credat indiſtinctè quibuſcunq; publicis inſtrumentis competere hanc executionẽ hodie, atq; ita practicari. Sed prior opinio & vſu receptior, & iure verior eſt: quoniam regulariter inſtrumenta publica hoc ſolo quòd publica ſunt, nõ habent executionem paratam. l. minor viginti quinq; annis cui fideicõmiſſum. ff. de minor. l. 2. C. de execu. rei iud. l. ſi cũ dotem. §. eo autẽ tẽpore. ff. ſolut. matri. Sed an in hac ſententiæ executione opus ſit ei, in cuius fauorem lata eſt, iterum iudicem per libellum interpellare. Et gloſ. in. l. qui de inofficio. in gloſ. exercere ibi. Vel dic ꝗ licet. ff. de inofficio. teſt. ſatis videtur inſinuare libellum minimè eſſe neceſſarium, ſed ſtatim committendam eſſe executioni ſentẽtiam. Idem quoque videtur præſenſiſſe gloſ. in. l. minor viginti quinque annis. gl. reſtitui. ff. de minor. Verùm in cõtrarium inducitur tex. in. l. intra dies. ff. de re iudic. in verb. agi. cùm id verbum, iudicialem ordinem importet. l. licet. §. ſi plures. iuncta gloſ. agatur. ff. de procurat. Ad idẽ ſolent eodem argumento induci. tex. in. l. 1. ff. de edendo. & in. l. 1. C. quando ex facto tutoris. idem probat tex. in. l. item veniunt. §. idem recte. ibi, poſt ſuſceptum iudicium. ff. de petitione hæredita. nam cùm iudiciũ ſuſcipitur, litem oportet cõteſtari. l. 1. C. de iudic. iuncta glo. 1. l. 1. authẽ. offeratur. C. de lit. conteſt. Rapha. autẽ Cumanus in illa. l. intra dies. exiſtimat libellum hìc minimè eſſe neceſſarium. Idem Imol. ibi. nu. 4. Alexan. col. 2. Iaſſ. nu. 6. & ſeruari hanc opinionem de conſuetudine affirmat Zaſi. ibi. fi. col. quam opinionem & Baldo quidem referunt: illam enim ex illo retulit atque veram eſſe contẽdit Rodericus Xuarez in. l. poſt rem iudicatã. 2. notab. nu. 9. ff. de re iudic. Et reuera fuit huius opinionis Bal. in. l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. Sequuntur eandem opinionem Anto. in. c. 1. de lit. conteſtatione. Marianus ibi. nu. 41. Felin. num. 7. qui poſt Marian. affirmat hanc eſſe cõmunem opinionem, quam ſequitur Gregor. in. l. 1. tit. 27. part. 3. qui hanc opinionem tenendam eſſe cenſet, maximè attenta. l. 5. tit. 8. lib. 3. ordi. Tu verò in hac controuerſia eam opinionem ſequere, quæ diſtinguit inter actionẽ iudicati, & officium iudicis. Nam ſi actione iudicati agatur, oportebit libellũ iudici porrigere. iuxta tex. in authẽ.

offera-

offeratur.Si verò intẽdatur iudicis officiũ, minimè oportebit libellum dare,ſed erit ſatis qualiquali petitione agere.l.à diuo Pio. §.Si ſuper rebus. de re iudica.Ita articulum hunc reſoluit Bart.in illa.l.intra dies.vbi Cumanus.col.2.Imol.nu.4.Iaſſ. col. 1. Ripa.nu.3.teſtantur hanc eſſe cõmunem opinionem,eam ſequuti. quam etiam ſequuntur Bar.in.l.2.C.de executione rei iudi.idẽ Bald.& Salice.ibi.ex quo nu.2. conſtat hãc eſſe communem opinionem.Iaſ.in.l.1. nu. 15.C.de iudicijs.Lanfr.in tracta.de interlocutionibus & appel.nu.62.& teſtatur eam eſſe communem opinionem Vincentius de Hercula.eam ſequutus in.d.l.à diuo Pio. §.ſententiam Romæ.nu.10.

23 Glo.1.in parte ageres,intelligit tex. hũc in milite reo tantùm procedere, ſed & in actore intelligi eum oportere in tertia ampliatione tex.ſupra admonuimus.

24 Glo.2.in parte armatę militiæ,primò reddit rationem huius diſpoſitionis: quoniam milites non oportet ſcire leges, ſed armis exercitari.In.2.parte. quærit glo. nunquid hæc diſpoſitio ad ruſticos pertineat. Et reſpondet pertinere, ſi modò illi non potuerint conſulere peritiores: nam omnibus,quibus propria & naturalis prudentia ſatis eſſe non poteſt,vt inſtructi pro rerum gerendarum adminiſtratione videantur, ſuccurritur etiam in lucro.l. in bonorum. ff.de bonorum poſſe.Glo.huius ſententiã ſequuntur Faber & Fulgoſius.nu.4. qui dicit, quòd dd. non videtur rectè percepiſſe mentem huius glo.Bart.verò nu.9.non ſolùm opinionem glo.reprobat, ſed & communiter reprobari eã affirmat.Idẽ affirmat Bal. col.pen. verſi. quæro vltimò.qui ex eo dicit glo.ab omnibus reprehendi, quoniã loquitur ſine lege.Idẽ affirmant Salicet. & Iaſ.vterq;.nu.7.atq; communem eſſe hanc opinionem cõtra glo. affirmat Gregorius in.l.ſ.tit.1.par.1.glo.pen. Quorum omniũ præcipua aduerſus glo.ratio eſt,quòd cùm priuilegium hæc.l. contineat, nihil eſt cur eam extẽdamus.l.ſi verò.§.de viro.ff.ſolut. matri.l.quod verò. ff.de legibus. præterea inquiunt illi, ruſtico nõ ſubuenitur niſi in caſibus à iure expreſsis.l.fi.§.eod. Tertia illa ratio induci poſſet,quòd tex. hic cùm in militibus agit, publicam continet vtilitatem, quæ hoc caſu in ruſticis conſiderari vix poſſet, quæ me ratio mouet magis ꝙ communis.Si tamen inquit Barto. nume.
10.ruſticus haberet iuſtam cauſam ignorã-
25 tiæ, reſtitui ille poſſet ex clauſula generali.
Eſt autem vſq; adeo perſonale hoc militare priuilegium, vt non competat militibus agentibus cauſas ſuas per procuratorem. quod text. hic videtur inſinuare ibi, cauſam tuam ageres. Idque notarunt in præſenti Faber.col.2.Iaſ.num.3.Sed nec ipſi militi cauſam alienam tractanti id priuilegiũ concederetur.quod text. tacitè nobis inſinuat ibi,cauſam tuam.idq; notarũt in pręſenti Cinus.7.quæſtione.Faber. & Salicet. Fulgoſius & Iaſſ.col.2. & eſt cõmunis opinio.

26 Glo.parua in parte, allegationes, exponit tex.id eſt exceptiones perẽptorias,quaſi glo.innuat ſecus eſſe in dilatorijs, in quib' ex ſententia glo.tex.hic locum habere non debet.quod an verum ſit,in fine gloſ. magnæ iterum explicabo.

27 Glo.in parte,ipſo iure.intelligit priuilegium hoc militare cõpetere militibus ipſo iure. Tametſi alij (quòd glo. refert) exiſtimauerint neceſſariam hoc caſu eſſe in integrum reſtitutionem.Sententiam glo.tenet Bart.nume.7.dicens hoc intereſſe inter milites & cæteros: nam milites ipſo quidẽ iure reſtituuntur,minores verò ac maiores ex clauſula generali reſtituuntur, petita in integrum reſtitutione.Et hæc opinio gloſ. communis eſt.ex Iaſ.nu. 9. Cuius rei ratio eſt, quòd cũ tex.hic vtatur verb. præſentis temporis,ibi,permitto, videtur ipſo quidẽ
28 iure facta conceſsio.
Gloſ.ordinaria in.l.in criminali,in parte habeatur.C.de iuriſd. omni.iudi. alia in.l.1.in parte afficerẽtur, ne liceat potentioribus.alia in.l.ſicut. in parte minimè.C.de teſta.milit.alia in.l. ſi quis in tantam.in glo. magna.verſ.quartò quæro. C.vnde vi. quarum opinionem citatis pluribus

ribus affirmat eſſe communem Andre. Tiraquel. in. l. ſi vnquam. in parte reuertatur. nu.17. & nu.20. de reuoc. donatio. vtilitas eſt maxima: nam cùm militi dixerimus hoc priuilegium ipſo iure competere, perpetua erit hæc prerogatiua. in principio de perpet. & tempor. actio. inſti. l. omnes. l. ſicut in rem. de præſcriptione. 30. vel. 40. annorum. His verò, quibus reſtitutio conceditur, neceſſe eſt eam intra quadrienniũ impetrare. l. fi. C. de tem. in integ. reſtit. c. 1. de in integrum reſtitutione. lib. 6. Glo. ex ſententia, expoſitiua eſt, nihil prorſus continens difficultatis.

29 Gloſ. magna in parte vti. in principio iterum contendit tex. hũc. in reo milite ſolùm procedere: quod etſi quibuſdã poſt glo. placuerit eſſe tñ ab omni veritatis ſpecie alieniſsimum ſupra probaui. Deinde gloſ. enumerat caſus aliquot, in quibus etiam poſt rem iudicatam poſſunt opponi exceptiones peremptoriæ. Pro expeditione horum caſuum Bart. conſtituit regulam trimembrem, omnia fermè cõplectentem, quam nos diſtinctis quibuſdam aſſertionum articulis rectè explicabimus.

30 Prima igitur conſtat ex Bart. propoſitio exceptio nullitatis ſententiæ, vndecunque illa proueniat, ſemper poteſt opponi, etiã poſtquam ſententia tranſiuit in rem iudicatam. Hæc regula colligitur ex gl. noſtra. verſi. alius. ratio eſt, quoniam hęc exceptio non eſt propriè exceptio, cùm non ſupponat validitatem actus contra quem opponitur. pro quo facit optimè text. in. l. ſcire oportet. §. fi. de excuſatio. tut. vbi quando datio tutoris eſt nulla, etiam poſt tranſacta tempora excuſationi præſtituta, dicet tutor iure ſe non datum fuiſſe tutorem. quare licèt. l. aliqua. omnes exceptiones reijciat ſemper tamen videbitur admittere velle eas, quæ nullitatẽ ſententiæ continent. q́d prodeſt pro intelligẽtia tex. in. l. 4. tit. 8. lib. 3. ordi. vbi excluſis omnibus exceptionibꝰ quibuſdã duntaxat admiſsis, non exiſtimo excluſam exceptionem nullitatis. & ita ac ſi vidiſſet. l. regiam determinat Bar. in. l. 1. §. parui refert. ff. q́d vi aut clam. idem Bartol.
31 in. l. diuus. nu. 1. ff. de teſtamẽ. milit. Tu ade, quòd etiã ſi lex vlteriùs progreſſa nullitatis quoq; exceptionem excludat, non videtur excluſiſſe illam, quæ prouenit ex defectu iuriſdictionis. glo. ordi. in cle. vnica in parte, non obſtante. in fine. de ſequeſt. poſſ. & fruct. quam præter ordinarios ibi ſequũtur Bal. in. l. exceptionẽ. fi. col. de probatio. C. Abb. in. c. licet de euitanda. nu. 11. de electione. Angel. in rub. de exceptio. Inſti. nu. 11. Felinus in rub. num. 2. de foro comp. Roma. ſing. 262. Hippolyt. in. l. fi. nu. 50. ff. de iur. omni iudi. idem ſing. 10. Felin. & Deci. vterq; nu. 11. in. c. paſtoralis. de exceptio. idẽ Felin. in. c. ex parte. in. 2. nu. 16. Deci. ibi. col. pen. ad fi. de officio de leg. Curtiꝰ in. l. 2. nu. 34. ff. de iur. omni. iudi. & in. l. 2. nu. 30. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit. Ripa. in. l. 4. §. cõdemnatum. nu. 23. de re iudi. Bernar. reg. 251. atq; eius glo. opinionem communem eſſe teſtantur Corne. conſ. 144. vol. 1. & cõſ. 203. col. penul. lib. 2. Socin. conſ. 83. col. fi. in principio. lib. 4. Quare etiam ſi iure regio de nullitate ſententiæ intra ſexaginta dies agendum ſit. l. 2. tit. 15. lib. 3. ordi. ſi nullitas allegetur ex defectu iuriſdictionis, poſt illũ terminũ agi poterit. Epiſco. Ciuit. in pract.
32 c. 25. num. 4. Præterea cùm ſententia nulla ſententiæ nomen minimè mereatur, quando exceptiones proponuntur, ſententiam ipſam tanquam nullam infringentes, ante ſententiam propoſitæ eſſe videntur. vulga-
33 ta. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. Ex hac regula Bart. infertur, exceptionem ineptitudinis libelli poſſe opponi etiam poſt ſententiam lapſam iam in rem iudicatam. ita enim probat text. egregius in. c. cũ dilecti. de emptione & vẽdi. vbi emptor deceptus vltra dimidiam, petebat rem ſibi reſtitui, & ita fuit pronuntiatum. Fuit deinde reuocata ſententia, quæ tamen tranſierat in rẽ iudicatam, quoniam libellus ineptè conceptus fuit, debuit enim concipi pro re reſtituenda, vel iuſto pretio ſupplendo. Iuxta tex. in. l. 2. C. de reſcin. vendi. & text. in d. c. cùm dilecti. notat ibi in hoc Anchar. nu. 5.

Item

Item Ioannes Imol.nu.10. qui refert An-
charanum dicentem ſæpiùs audiuiſſe Bal-
dum in ſcholis expendentem illum textú
in hanc propoſitionem, quam firmarunt
etiam expreſsiùs Bal.ipſe in.l.edita.nu.44.
in repet.de eden.& in authen.ſi quis litigá
tium.2.notabili.de epiſ.audient.idem in.l.
1.col.penul.C.vt quæ deſunt aduocat.tam
etſi contrarium idem Bal.in peius ſenten-
tiam ſuam mutás firmauerit in.l.exceptio
nem.col.3.de probat.& in.l.licet.fi.col.de
procurat. C. Verú fallitur ille ex eo, quòd
34 etiam ſi iudex admiſerit ineptum libellú
(quod minimè facere eum vnquam opor
tebit)& ſuper eo ſententiam tulerit,ſenten
tia erit propter ineptitudinem libelli ipſo
iure nulla.gloſ.vnica in princi. de obligat.
Inſt. in parte ſecundum, prope finem.ibi,
per competentes actiones quam præter
ordinarios.ibi.ſequuntur Bald.in.l.actori.
nu.3.C.de reb.cred.dicens nó eſſe eam ali-
bi in mundo.idem Bald.in.l.ius pluribus
1.lectione.nu.2.ff.de iuſt.& iur.vbi tamen
hoc reſtringit ad ineptitudiné expreſſam
in libello.Iaſ.in præſen.nu.14.Soci.reg.368
in paruis.Iacobinus.in.l.1.nu.4.ff.de inter
rogat.act.Iaſ.eleganter, vbi multa iura dili
genter expendit pro gl.illa.in.l.vinú.nu.
36.ff.ſi cer.pet.idem Iaſ.in.l.fi.nu.8.ff.de li-
be.& poſthum.& glo.illam ad hoc cómu-
niter allegari per doctores affirmat Barba.
in.c.examinata.nu.29.de iud.vbi adducit
ille præterea textú pro gl.in.l.fideiuſſor
ff.de neg.geſt.& in.l.niſi.ff.de tut.& ratio.
diſtrahen.& vera eſt gl.illa,etiam ſi agatur
iudicio ſummario.Purpuratus.in.l.edita.
nu.109.de eden.reprehendens Corneú có-
trarium tenentem.& ſolet pro glo.illa alle
gari præterea textus in.l.ſi libertus patro-
num.ff.de in ius.voc.quem pro gl.illa cóſi
derauit Iaſ.in.l.eleganter.§.ſi quis poſt.nu.
7.ff.de condict.indebit.eam ipſe ſequutus.
& eam etiam ſequitur idem Iaſ.in.l.1.nu.5.
ff.de off.aſſeſ.Et eam ipſe ſequor tanquá
veram & communem, licèt ſuſpectá eius
traditionem fecerit vir & diligentia & iu-
ris arte clariſsimus, Arius Pinelus.in.l.2.de

Arius Pinelus.

reſcin.vendit.3.part.c.3.nu.25.

35 Hęc tamen omnia ceſſare iam vidétur,
cùm ineptitudo libelli non vitiet iudi-
cium,ſed comperta veritate, atq; comper-
to quid actor intenderit,ſententia proferé
da eſt.l.11.tit.1.lib.3.ordi.

36 Secunda regula gl.ac Bartoli eſt, quòd
exceptiones quæ non infirmant ſententiá,
ſed effectum earum reſtringunt, execu-
tionem ipſam duntaxat infringentes, poſ-
ſunt opponi etiam poſt rem iudicatam in
ipſa executione ſententiæ.tex.eſt.in.l.Nen
ſenius.§.fi.ff.de re iudicat.l.ſi fideiuſſores.
§.idem reſpondit.ff.de fideiuſ.l.ex diuer-
ſo.§.fi.ff.ſolut.matrimo.vbi exceptio ne
quis conueniatur vltra quàm facere poſ-
ſit,etiam poſt ſententiam opponi poteſt in
ipſa executione.

37 Ex quo primùm illud infertur, quòd
exceptio expenſarum quæ rem vendican-
ti obijci poteſt.in.l.domum.C.de rei ven.
§.ex diuerſo.de rer.diuiſi.poteſt opponi
etiam in ipſa executione ſententiæ, cú per
hanc exceptionem valor ſententiæ non in
fringatur,ſed reſtringatur duntaxat.Ita de
terminat Bar.eleganter.in.l.in fundo.nu.
16.ff.de rei ven.idem in.l.Paulus.ff.de dot.
except.

38 Secundò infertur,exceptionem cópen-
ſationis opponi poſſe etiam poſt rem iudi-
catam in executione ſententiæ.l.2.C.de
comp.l.ſi cum militi.§.1.ff.de comp.atque
ſe ita pridie iudicaſſe affirmat Imola.in.c.
cùm Ioannes Eremita.nu.15.de fide inſtr.
admonens tamen hoc caſu intra breuem
terminum oportere probari exceptionem
compenſationis.Rolandus à Valla conſi.
28.nume.3.

39 Tertiò infertur,quòd etiam ſi lex regia.
4.tit.8.lib.3.ordinament.prohibeat vllam
opponi exceptioné cótra ſententiá quæ iá
tranſijt in rem iudicatam,adhuc tamé poſ
ſe obijci exceptionem ſententiæ limitato
riam.Bar.in.l.ſi filius.ff.quod cum eo.Iaſ.
in præ.col.5.

40 Quartò infertur hinc eſſe terminandá
quæſtionem perdifficilem, qua quæſitum
eſt,

eſt, an exceptio inuentarij confecti ſi hæres conueniatur in ſolidum, poſsit opponi in ipſa executione ſententię, poſt rem iudicatam. Nam ſunt qui dicant ante ipſam ſentẽtiam huiuſmodi exceptionẽ præmitti oportere, neque in executione opponi eam poſſe. Ita enim arbitrati ſunt Ioannes de Imola. in.l.rei iudicatæ.§.ſi in iudicio. num. 6. ff. de ſolut.mat. Zaſius in.l.Nenſenius.§.fi.nu. fin. ff. de re iudic. idem lib 2. ſingula. reſponſor.c.1.num. 12. Et eſſe eam opinionem cõmunem affirmat Albericus in.l.fi.nu. 18. C. de iure delib. nam ex ſuperioribus conſtat, hanc propoſitionem falſam quidem eſſe: nam cùm exceptio illa non perimat ſententiam, ſed eam intra certos limites contineat poterit in ipſa executione deduci, atq; ita Bartolus cenſuit nominatim. in.l.cùm fidei commiſſum.nu.1. ff. de confeſſ. Baldus in præſen.col.2. verſi. ex hoc nota quandam regulam. Paulus de Caſtro. col.2. verſ. item ſequitur ex prædictis. licèt dicat ſe ſemper ſuper hoc dubitaſſe, innuit tamen eſſe hãc opinionem communem. communemq́ue eam eſſe expreſsim teſtatur Iaſ. eam ſequutus.nu.17.& communem eſſe affirmat Zaſius in illa.cùm fideicommiſſum. nu.9. ſequuntur eam de eius veritate optimè diſputantes Paulus & Corneus.in.l.fi.§. donec. de iure deliber. Gregorius.in.l.8. titu.7. partit. 6. in gloſſ. *quanto montaren*. Et communem eſſe affirmat Bartholomæus Socinus eam ſequutus. conſi.242.col.3.nume.6. vol.1. & eam ſequor.

41 Quintò infertur ex hac regula, quòd exceptio pretij non ſoluti, de quo agit text. in l.Iulianus.§.offerri.de acti.empt. poterit obijci per venditorem in ipſa executione ſententiæ, cùm exceptio hæc peremptoria licèt ſit, non tam perimat ſententiã, q̃ intra rationis modum reſtringat. Quamuis contrarium in hoc tenuerit Bart.in.l. ſi duo patroni.§.ſi quis iurauerit.in primo.col.fin. verſi. iuxta hoc quæro ff. de iureiur. cui conſenſit Bald. ibi, col.2. verſ. conſueuit quæri. nu.2. in fine, dicens veriorem videri opinionem hanc, quam etiam ſequuntur Angel. ibi, col.1.nu.1. Paulus de Caſtro in præſenti.fin. col. dicens veriorem eſſe Barto. opinionem in hoc, verùm ex ſupradicta regula conſtat falſam eſſe. Et ita contra Bart. tenent Bal. in præſen. idẽ Bal. in authẽ præſente.§. de fideiuſſ. idem in.l.ex prædijs.C. de euict. Salicet. & Fulg. in dicto.§.ſi quis iurauerit. vbi idẽ tenet Paulus de Caſt.nu.8. qui dicit ſemper ſe tenuiſſe in hoc contra Bartolũ, immemor ſui ipſius, qui in præſenti Bartolo conſenſerat. Idem ſequuntur contra Bartol. ibi Romanus.nu.12. Aretinus.fi.col. teſtantur hãc eſſe communem opinionem contra Bart. Alexan. ibi.nu.4. Iaſ.nu.5. eam ſequuti aſſerit præterea hanc eſſe opinionem communem contra Bart. Decius conſ.119.col.2. Pro qua vltra rationem ſuperius ex regula, quã tractamus notatam allegari ſolet text. in.l. fundus qui Lucij Titij. ff. de reſcin. vendi. qui id minimè probat, licèt eum ibi in hoc notet Bal. in.2.notabili. Tertiò aduerſum Bartolum ea ratio notari ſolet, quoniã ſententia non videntur excluſæ exceptiones ex natura contractus prouenientes, ſicuti nec iuramẽtum illas excludit. l. eum qui. §.fi. ff. de iureiuran. Quarta aduerſum Bart. ratio eſt, quòd cùm venditor conuentus ad rei traditionem poſsit rei venditæ incũbere quaſi iure pignoris pretio non ſoluto. l.Iulianus.§.offerri.ſup.alleg. poteſt iure pignoris ſe defendere, cùm de cauſa pignoris non fuerit actum in hoc iudicio, ex textu eleganti.in.l.ex ſextãte.§. Latinus largus. ff. de excep.rei iud. nam & exceptio rei nõ traditæ poteſt contra executionem opponi. Bald.in.l.ex prædijs.C. de euict. Rodericus in.l.poſt rem iudicatam.in declaratione legis regiæ.§.ſed pro euidentia. nu.38. de re iudicata.

42 Sexto loco ex ſuperioribus infertur, exceptionem diuiſionis competentem fideiuſſoribus ac alijs ex epiſtola diui Adriani, iuxta textum in.l.fi.cum ſimilibus.C. de cõſtitu.pecu. opponi poſſe etiam poſt rem iudicatam in ipſa executione ſententiæ, quæ opinio Iacobi Butricarij eſt.in.l.fin.C. de fideiuſſ. vbi inquit ille, ſi auderet loqui, libẽter

ter ſe hanc opinionem probaturum, ſecũdùm quàm dicit fuiſſe in Francia iudicatũ Boerius. deciſ.59. nu.9. tametſi contrariũ videatur tenere Bart.in.l.ſi dubitet.in principio.nu.4.ff. de fideiuſſ. dicẽs poſt Dynũ & Speculatorem, quos allegat, hanc exceptionem diuiſionis nõ poſſe opponi poſt ſententiã, niſi ſit appellatũ. Sequuntur eandẽ opinionẽ Faber.in.§.ſi plures. n.6. de fideiuſſ.Inſti. Chriſtophorus ibi. 2. col. atq; eſſe cõmunem affirmat Ange.ibi. num.7. quæ videtur probari ex tex. elegãti. in.l.fideiuſſor.verſ.vt autẽ.ibi, ante condẽnationẽ ex ordine poſtulari ſolet.C.de fideiuſſ. vbi expreſsim iubet lex hanc diuiſionis exceptionẽ ante latam ſententiã proponi. & ex hoc tex.teſtatur hanc opinionem veriorẽ eſſe Ioannes de Imo. eam ſequutus in.c.peruenit.nu.27.de fideiuſſ. Mihi verò opinio Butricarij placet magis. Cui non obſtat tex.in verſ.vt autẽ.q̃m reſpondet illi gl.fi.ibidẽ ſupplendũ eſſe ad verba illius tex. aduerbiũ, maximè, quaſi innuat gl.in hoc opinionẽ illã Iacobi Butricarij, à qua tamen ſtatim incõſtans recedere videtur. Sed quoniã his ſuppletionibus interdum verba textuũ magis violantur quàm interpretentur, reſpõdeo textũ illum non præcipere, vt huiuſmodi exceptio ſententiæ atq; condemnationi præmittatur, ſed inquit id fieri ſolere. Hæc autẽ opinio, quam aduerſum cõmunẽ hîc ipſe ſuſtineo, iure noſtro probabilior adhuc eſſe videtur, quo iure etiã citra beneficiũ epiſtolæ iure cõmuni competit fideiuſſoribus beneficiũ diuiſionis, quare etiã nõ oppoſita exceptione obligatio inter eos diuiditur.l.8.tit. 12.par.5.vbi id Gregorius expendit.gl.ma-

Lex partit.

43 gna.col.1. Beneficiũ autẽ ordinis, atq; beneficiũ authenticæ.præſente.de fideiuſſ. exceptionẽ continent merè dilatoriã, quare opponi illa non poteſt poſt rẽ iudicatã, ſed neq; poſt litẽ cõteſtatam, vt de primo eſt textus in.l.ſi maritus.§.præſcriptiones.ff.de adult. atq; vtrumq; tenuit Cynus, allegans Iacobũ de Rauenis in authẽ.præſente.8.q.C.de fideiuſſ.idẽ Cynus allegans Petrum in l.exceptionẽ.7.q.C.de probat.Bald. ibi.nu. 10.in fine. Paulus de Caſt.in.l.ſi.in prin.nu. 9.ff.ſi cer. pet.vbi idẽ ſequitur Iaſ.nu.1.idẽ Iaſ.in.l.naturaliter.§.nil.cõmune.n.138.ff.de ac.poſ.dicens habuiſſe ſe iã de facto. idẽ in l.decẽ ſtipulatus.nu.9.ff.de verb. obligat. Nebuſant.in tract.de pignor. 8.parte.mẽ-

44 bro.1.nu.34. Exceptio aũt cedendarũ actionũ, quæ vulgo dicitur, *carta de laſto*, etiã poſt latã ſententiã in ipſa ſententiæ executione opponi poteſt.l.alterius.§.fi.ff.de tut. & ration. diſtrahen. vbi hoc notat Bal. Aretin⁹ in.l.ex duob⁹.col.pe.ff. de duobus reis. Purpurat.in.l.1.nu.68.C.de tranſact.

45 Tertia conſtat ex Barto.in præſenti regula in materia exceptionum peremptoriarũ in hunc modum. Quãdo exceptio oritur poſt rẽ iudicatã, vel in ipſa ſententia renouatur, tũc poteſt huiuſmodi exceptio obijci etiã poſt ſẽtẽtiã. Exemplũ in exceptione ſenatuſconſulti. Velleiani, quę etiam ſi per mulierem non fuerit oppoſita in iudicio, poteſt opponi poſt rem iudicatam.l.4.§. ſi ex conuentione.ff. de re iudica. Deinde colligit Bar. regulam generalem, exceptiones peremptorias non niſi ante rem iudicatam opponi poſſe, præter quàm in caſi-

46 bus quibuſdã hîc enumeratis, quos iã ſuperiùs percurrimus. Ex quibus vnus eſt à nobis prætermiſſus, ꝙ quando exceptio eſt odioſa, etiã poſt rẽ iudicatã opponi poteſt. l. tametſi. ff. ad Macedo. vbi exceptio Macedoniani, quæ quidẽ odio conſtat creditorũ filijsfamiliãs pecunias mutuantiũ etiã poſt condemnationem opponi poteſt.

47 Ex hac regula tria inferuntur. Primùm exceptionem excommunicationis etiam poſt latam ſententiam opponi poſſe.c.1.de except.lib.6.quanquam reuera hæc exceptio non omnino ſit odioſa, ſed potiùs fauotabilis atque (vt verbo pontificum vtar) medicinalis.c.1.de ſenten.excõmu.in.6.

48 Secundò infertur, quòd exceptio exterminationis capitis à republica (quod bannũ noſtri vocãt) cũ mero odio cõſtet eius, contra quẽ proponitur, poſſe opponi etiã poſt rẽ iudicatã. Bar.in.l.eleganter.§. ſi quis

poſt.nu.6.ff.de condict.indebit.vbi Alexã.
num.5.Iaſ.nu.6.teſtantur eã eſſe cõmunem
opinionem eam ſequuti licèt contrariũ ve-
lit ipſe Bar.bene lectus in.l.vranius.num.12
49 ff.de fideiuſſ. Tertiò infertur, exceptioné
vſurarij contractus etiam poſt latam ſen-
tentiam opponi poſſe,cùm odij pleniſsima
ſit hæc exceptio.Ita etiam voluit Iaſ. in præ
ſenti.nu.21.bene notans Ancharanũ & Ale
xandrũ,quòd contrariũ cõſuluerint,qui &
hoc argumento vtitur cõtra eos. Quòd cũ
id hìc permittatur fauore militum, & fauo
re animæ multò magis permitti debet,quæ
rebus omnibus eſt præferenda. l.ſancimus.
C.de ſacroſan.eccl.Poſtremò iuuatur opti-
mè hæc opinio lege regia.4.tit.8.lib.3.ordi-
namenti, vbi exceptio vſurarij opponi po-
teſt inſtrumento guarentigio ,at illud vim
ſententiæ obtinet,licèt inſtrumenti guaren
tigij executionem obiecta vſurarum exce-
ptione minimè retardari ſcripſerint Ange-
lus.nume.4.Imola.col.2.verſ.& per prædi-
dicta dicit hìc Angelus notabiliter in.l. 4.§.
condemnatum.ff.de re iudic.Barbat. conſ.
18.col.pen.vol.1. contrarium meliùs tenen
te Andrea Tiraquel. de retract. conuen.§.
1.gloſ.2.nu.36. & huius vt vides opinio lege
50 noſtra probata eſt. Colligitur præterea ex
dicta lege, tametſi regula notabilis in hac
materia,quòd quando lex remouet poten-
tiam à perſona contrahentis,tunc exceptio
vel defenſio poteſt opponi etiam poſt ré iu
dicatam. ita enim ex illa. l. colligit elegan-
ter Bal.in.l.fi.nu.7.ad Macedo.C.in verſi.et
ſcias in iſta materia.Quare ſi mulier(quam
leges huius regni prohibent contrahere ſi-
ne licentia mariti.l.55.Tauri. contractũ fe-
ciſſet ſine mariti ſui authoritate,poterit etiã
lata ſententia allegare hanc exceptionem,
quòd ſine marito ſuo contraxerit. Quod
nominatim notauit Rodericus Xuarez in
l.fin.tit.*de las deudas*.lib.3. foro legum in fine.
51 Deinde collige tu ex gloſ.in illis verbis,
quoniam iudex erat incompetens vel ex-
excommunicatus.quòd ſententia lata à iu-
dice excommunicato, eſt ipſo iure nulla.
Quod probat textus vulgar. in.c.ad probã-
dum de ſenten.& re iudic. quod accipi de-
bet de publicè excommunicato, quod ex
eodem textu conſtat. Verùm textus ille in
iudice delegato agit, cuius iuriſdictio faci-
liùs expirat,quàm ordinaria.l.1.§. qui man-
datum.ff.de officio eius cui mand.eſt iuriſ.
52 l.iudicium ſoluitur.ff. de iudi.Sed an in iu-
dice ordinario idem probandum ſit. Et
palatium auditorum Rotæ olim conclu-
ſit non habere locum textum illum in iudi
ce ordinario,cuius iuriſdictio firmior ſit.de
ciſ.antiqua.nu.24. ſub rub. de officio ordi.
& de ſent.excõmu.Lex tamé ſtili.177. verſi.
ſaluo. idé determinat in iudice ordinario.
Et hoc rationé habet,cùm ab omnibus acti
bus legitimis excõmunicatus repellatur. c.
licet.de ſent.excõmu.in.6.& à iure dicendo
debet repelli.nam & agere in iudicio nomi
natim eſt prohibitus.c.intelleximus.de iud.
Idé exiſtimat Bal.in præſenti col.penul.verſ.
vnũ tamé. in tutore excõmunicato,vt non
poſsit ille authoritaté præſtare in rebus pu-
pilli. Sed & in tutore occultè excõicato
idé exiſtimat Feli.in.c. ad probandũ. nu.4.
de re iud.Me Baldi opinio delectat magis.
53 Atq; idé in tabellione dicédũ,vt ſi publicè
excõmunicatus ſit,nõ valeant inſtrumenta
ab eo confecta.Secùs ſi occultè ſit ille excõ
municatus.gl.ordina. in.c. decernimus. de
ſent.excõ.in.6.in gl.fi.in verſ.alij. vt Hoſtié
ſis.cuius opinioné ſequuntur oés ibi.& eſſe
cõmuné approbatã affirmat Ripa.lib.3. re-
54 ſpon.c.9.nu.1.Sed neq; procurator in iudi-
cio excõmunicatus eſſe poteſt.c.poſt ceſsio
né.de probat,ibi excõmunicatus erat cùm
55 procurationis officiũ aſſumpſit. Sed neque
aduocationis officium exercere, vſq;adeò
vt ſalarium etiã inde perceptũ teneatur re-
ſtituere.Hoſtienſis in.c.pia. de excep.in. 6.
Dominicus allegãs Ioannem And. in illo
c.decernimus.nu.5. Collige tu vlteriùs ex
glo.hac,quòd exceptio excommunicatio-
nis poteſt etiã in foro ſeculari opponi.qua-
56 re gl.hanc multùm commendat Iaſſ. poſt
alios.nu.29.atque idem voluit gl. in. c. pia.
in glo.opponit.de excep.lib. 6.alia.in.c.præ
ceptum.in gl.dignitatis.32.q.5.quarum opi
nionem

nionem ſequuntur infiniti propè autho-
res allegati per Tiraquell. de vtr. retract. §. 1.
gl. 9. nu. 275. probat hanc ſententiam text.
in c. poſtulaſti. de homicid. vbi coram rege
Franciæ fuit oppoſita exceptio excommu-
nicationis, at ille ſecularis iudex erat. & in
hanc ſententiam notant textum illũ Ana-
57 nia. vbi col. 1. Felin. nu. 3. Et hoc verum eſt,
quoniam non dubitatur hîc de viribus ex-
cõmunicationis, nam tunc ad iudicem qui
dem eccleſiaſticum oporteret remittere ex-
ceptionem huius criminis, ſecùs tamen ſi
quæſtio ſolùm facti ſit: vt ſi quęratur an ali
quis ſit excommunicatus vel non. Hęc fuit
enim elegans diſtinctio Bartoli in hac ma-
teria. in l. 2. col. 2. ff. de iuri. om. iudic. quo in
loco Curtius. nu. 48. teſtatur eam eſſe com-
muniter approbatam. communem ac con-
ſuetudine receptam affirmat eſſe Oroſcius
ibi. nu. 17. & idem quoque tenuit Bartolus
in l. Titia. col. 2. verſi. ſed dubitatur. ff. ſolut.
mat. vbi Alexan. nu. 7. poſt Roman. num. 5.
teſtatur hanc eſſe cõmunem opinionẽ idẽ
Bart. in l. omni nouatione ceſſante. col. 1.
verſ. ego dico ſic. C. de ſacroſanct. eccl. Pau
lus de Caſt. ibi. nu. 2. teſtatur eſſe cõmunem
opinionẽ Alcia. ibi. col. 1. idemq; tenuit idẽ
Bart. in l. quoties. C. de iudi. col. 1. verſ. tamẽ
ego conſueui. vbi Alexan. nu. 4. Iaſ. nu. 6. te-
ſtantur hanc eſſe cõmunem opinionẽ, quã
etiã Bald. probauit in authen. ei qui iurat.
n. 41. C. de bon. aut. iud. poſſ. teſtatur hanc
opinionẽ eſſe cõmunem, eam ſequutus Pa
nor. in c. cùm ſit generale. nu. 17. de for. cõ-
pet. vbi idem ſequitur Felin. col. 3. verſi. in
quibus collige. atq; ante Bart. fuit hæc opi-
nio Archidiaconi in. c. bene quidem. nu. 8.
96. diſtinctione. quã eſſe cõmunẽ teſtatur
Decius in c. decernimus. nu. 27. de iudi. vbi
eã optimè defendit Ripa eã ſequutus. nu. 17
& cõmunem eſſe affirmat idẽ Ripa. libro
reſponſ. 2. c. 35. nu. 25. atq; eam etiam ſequi-
tur Feli. in c. fi. co. penul. verſ. nihilominus
dicas. de exceptio. atq; cõmunem eſſe hãc
opinionẽ teſtatur Alciat. in c. 1. num. 77. de
offi. ordina. Bernar. Diaz de Luco. reg. 459.
Epiſcopus Ciuitatenſis in epito. de ſponſal.
2. part. c. 8. §. 12. num. 5. quin & ex Theologis
affirmãt hãc opinionẽ cõmunem eſſe eam
ſequuti Angelus in parte, iudicare. §. 9. Syl-
ueſter in parte, iudex. quæſt. 6. quæ probari
videtur ex text. in. c. poſt miſerabilem. de
vſur. quẽ ibi in hoc expendunt Abbas. 1. no
tabili. Anania. co. 3. verſi. vltimò iſte textus.
Quæ omnia loca nõ otioſè allegaui, ſed vt
verè cõſtare poſſet hanc eſſe cõmunem opi
nionem cũ Bart. Quanuis Cumanus, Ioan-
nes de Imo. & quidã alij in d. l. Titia. indi-
ſtinctè contra Bar. aſſeuerent, ſiue facti quę
ſtio vertatur, ſiue iuris ad eccleſiaſticũ ſem-
per iudicẽ pertinere. & horum opinionem
cõmunẽ eſſe cõtra Bart. teſtatur Franciſcus
de Aretio. in l. omni nouatiõe ceſſante. col.
2. nu. 3. C. de ſacroſanct. eccl. Sed Bar. opinio
& vera eſt & cõmunis, vt vides. atq; eam ex
cõſuetudine ſeruari in mũdo affirmat Bal.
in l. filiũ eũ diffinim⁹. nu. 13. ff. de ijs qui ſunt
58 ſui vel alien. iur. Ex vltima parte gl. tu colli-
ge text. hunc minimè habere locũ in exce-
ptionibus dilatorijs. atq; ita tenere docto-
res affirmat Iaſ. in pręſenti nu. 30. qui aduer-
ſus cõmunẽ opinionẽ nititur. Ego crederẽ
dilatorias poſt rẽ iudicatã opponi nõ poſſe,
poſt litẽ verò cõteſtatã à milite opponi poſ-
ſe libenter defenderẽ, vt & hoc caſu priuile
giũ militis verſetur cõtra regulas cõmunes
59 ĩ. Vltimò tu notabis, appellatione exceptio-
nis propriè eã exceptionẽ cõtineri, quę po-
teſt opponi poſt litę conteſtatã. v. peremp-
toriã, & propriiſsimè eã dici, quæ rei iudica
tę poteſt opponi, de qua loquitur text. hic,
quod Iaſ. optimè obſeruauit in l. 4. §. Cato.
ſuper. 3. quæſtionẽ Bart. ff. de verb. obligat.

¶ *Summa rerum. l. Cũ ignorantia.*

1 *Filio repudianti maternam hæreditatem nõ licet pœnitere.*
2 *Quod tamen licet illi in paterna hæreditate.*
3 *Filio abſtinenti ſupereſſe reliquias quaſdam ſuitatis.*
4 *Suitas quædam ſemiplena, quædam plena, quædam pleniſsima.*
5 *Filio cui pater dedit cohæredẽ extraneum an liceat abſtenſionem reuocare.*
6 *In his quæ aguntur extra teſtamentum, nil obeſſe ſuo dationem cohæredis extranei.*

7 *Filius habens ſubſtitutum an poßit abſtenſionem re uocare.*

8 *Qui ſe abſtinuit à maioratu patris, an poßit abſtẽſionem reuocare.*

9 *Facultatem reuocandæ abſtenſionis an filius tranſmittat ad hæredem.*

10 *Filius emancipatus an iam iure nouiori reuocet abſtenſionem.*

11 *An per illa uerba, nolo eſſe hæres, inducatur repudiatio.*

12 *Declaratur tex. in. l. filij matrem. §. 1. ff. ad Tertull.*

13 *Idem textus iterum explicatur, ne huic noſtro diſſideat.*

14 *Legitimatus poſt mortem patris, an auferat hæreditatem legitimis.*

L. Cum ignorantia.

NOn diuiditur text. hic propter
ſui breuitatem. Sũmatim hoc
continet, Filius qui repudiauit
hęreditatẽ maternã, non poteſt
iterũ illã adire. Quare textus illi generales
in. l. ſicut. j. de repu. hæred. & in. l. 1.. de rep.
bono. poſſeſſ. quibus cõuenit. l. 18. tit. 6. par.
6. qui diſponũt non admitti pœnitentiam
hæredis poſt repudiationẽ, ſunt intelligẽdi
etiã in materna hæreditate. Verũ cõtra tex.
hunc vrget tex. in. l. ſi quis ſuus. ff. de iure de
liber. in. l. fi. j. de repudian. hære. quibus con
uenit. l. fi. tit. 6. par. 6. vbi filio repudiãti licet
quidẽ abſtẽſionẽ ſuam intra triẽniũ reuo
2 care. Gl. in præſenti mouet hãc difficultatẽ
quæ eã ſoluit, dicens textum illum agere in
paterna hæreditate, hunc in materna, & eſt
verus ac cõmunis omnibus intellectus. Ra
tio differẽtiæ eſt manifeſtiſsima: quoniam
cũ filius excluditur à bonis paternis, quaſi à
proprijs bonis excluſus videtur. l. 1. §. largiùs
ff. de ſucceſ. edict. quare mirũ videri non de
bet, ſi intra breue tempus permittatur illi re
3 uocare abſtenſionẽ ſuã. Pręterea in filio abſtinente ſe à paterna hæreditate adhuc ſuperfuerunt reliquiæ quædam ſuitatis, quæ
& filio abſtinenti adeſt. l. cùm quaſi. §. ſed ſi
ſuus. ff. de fideicõ. liber. l. 2. §. ſed ſi ſunt ſui. ff.
ad Tertul. l. ſciendum. ff. de manu. teſt. l. 1. §.
qui ſunt in poteſtate. ff. ſi quis omi. cauſ. te
4 ſtament. quam Bald. ſuitatem ſemiplenam
vocat, plenã eam appellans, quæ eſt in filio,
qui neque ſe immiſcuit neque ſe abſtinuit,
pleniſsimam in filio immiſcẽte ſe. Ita enim
hæc ille diſtinxit in. l. quidam elogio. num.
5 18. de iure deliberã. Et procedit quidem textus in dicta. l. fin. etiam ſi filio ſuo datus
fuerit cohæres extraneus, quo caſu ceſſare
ſolent iura atque priuilegia ſui hæredis. l.
apud Iulianum. §. idem Iulianus. ff. ad Trebellian. l. ſi filius. ff. de liber. & poſthum. gl.
ordinaria atque in mille locis receptiſsima
in. l. Papinianus. §. quarta. in gloſ. ad ſubſtitutum. ff. de inof. teſta. adhuc tamen durabit hoc caſu facultas reuocandæ abſtenſionis competẽs filio. ex illa. l. fi. quod videtur
probare tex. egregius. in. l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acqui. hę. vbi in verſ. cæterũ.
probatur dato etiam cohęrede extraneo ſu
pereſſe filio ius reuocandæ abſtenſionis. Ex
quo tex. hoc ibi notarunt Bart. nu. 7. & cæteri poſt eũ vſq; ad Iaſonem. Ex quo. nu. 4.
conſtare poteſt hãc eſſe cõmunẽ opinionẽ,
licèt, contrariã nõnulli tenuerint, atq; com
munem eſſe falſò exiſtimauerit Guill. May
nerius in. l. nemo poteſt mutare. nu. 114. ff.
de reg. iu. Sed ſuperior opinio verior eſt, qm̃
6 in his quæ extra teſtamentũ agũtur, nil aufert ſuo hæredi datio cohæredis extranei. l.
ſi fratris. C. de iure deliber. vbi tranſmiſsio
quæ fit hæreditatis non aditæ ex potentia
ſuitatis, iuxta text. in. l. apud hoſtes. C. de
ſuis & legi. liber. non ceſſat, etiam dato cohærede extraneo. Et idem probat text. optimus in. l. 1. §. ibidem. verſi. quod ſi ante. ff. de
collat. bonor. Et hanc opinionem ſequor.
Quam etiam tenet Guillelmus Benedictus. in. c. Raynuntius. in parte, mortuo
itaq; teſtatore. 2. nu. 130. de teſtamen. Licèt
gloſ. reſeruetur. in dicta. l. fin. velit textum
illum minimè habere locum dato cohærede extraneo. Sed eam tẽperari oportet, vt ſo
lũ habeat locũ, ſi filiũ pœniteat antequã co
hæres adierit. Quod ſatis aptè inſinuãt oẽs,
7 quos ſupra citaui. Sed & eadem ratione ha
bebit locũ tex. ille, etiã ſi filius habuiſſet ſub
ſtitutũ, quod Fulgo. & Paulus ibi cenſuerũt. nu. 5. Mẽcha. §. 21. nu. 187. Sed verius eſt
tex. illius deciſionẽ dato ſubſtituto vulgari
non

non procedere, quòd hæc datio ſubſtituti vulgaris omnino ſuitatem ſubſtulit. dicta l.ſi filius hæres. & ita dictam .l. finalem interpretatur ibi gl.reſeruetur. quam ibi Bal. Angel. Alexan. Corneus & Iaſ. ſequuntur. Et voluit idem Barto.in l.quandiu. t.ff. de acqui.hær.in fine.idẽ in l.ſi quis ſuus.nu.2. ff.de iure delibe. & teſtatur hanc opinionẽ eſſe communem eam ſequutus Guillel. Be
8 nedict⁹.vbi ſupra cũ allegaui.nu.139. Vnde illud in praxi apud nos inferri poteſt, quòd ſi filius inſtitutus à patre ſuo in aliquo maioratu eum repudiet, non poterit reuocare repudiationem beneficio illius.l. fin. quoniam ſemper in maioratus ſucceſsionibus ſolet dari ſubſtitutus. ita enim tenuit Gregorius in.l.fin.titu. 6.par.6.in glo.penul. & mihi placet, iuuaturq; hæc opinio ex tex.in l.quod ſi minor.§.Scæuola.ff.de minor. Sũt tamẽ vix certi caſus, in quibus datio ſubſtituti vulgaris non tollit iura ſui hæredis, in quibus opinio Fulgoſij & Pauli poſſet procedere: quod Alexan.notauit.in d.illa.l.fin.
9 nume. 6. Sed ad hæredem filij abſtinentis an tranſeat facultas illa reuocandæ abſtenſionis. Et videtur quidem & ad hæredẽ pertinere ex text.eleganti.in.l.ſi quis filium.§. 1.ff.de acqui.hære.ibi, quia & patri eius idẽ tribueretur. atque ita tenuerunt Fulgo. in l.qui ſe patris.n.8. C.vnde liber.per illũ tex. qui tamen facit nil. Idem ſequuntur Romanus.ibi,nu.30.Decius.nu.21.& eam opinionem pluribus defendit Gozadinus, ibi nu.117.Sed veri⁹ eſt beneficiũ illius legis ad hæredẽ nõ tranſire, cũ in eo non inueniãtur veſtigia illa ſuitatis quę aderant in filio, cui⁹ prętextu cõcedit ibi lex hãc abſtenſionis reuocationẽ.atq; huius opinionis ſunt Ange. in.l.ventre.in repet.de ac.hær.& eſſe cõmunem opinionẽ,eã ſequutus affirmat Areti. ibi.12.col.quam Alex.& Iaſ. ſequũtur in.d. l.fi.Idẽ voluit etiã Barto.in.l.ex militari. §.1. nu.3.ff.de teſtamẽt.milit.Alexan.nu.18.Iaſ. nu.44.in dicta.l.qui ſe patris. vbi Gozadinus.nu.112.Sapia.nu.54. teſtantur eã opinionẽ cõmũnem eſſe,& verior eſt:neque enim hęreditas repudiata vnquam tranſmitti potuit.l. vnica ibi, ſi non recuſauit. ꝟ. de ijs qui ante aper.tabul.& in.l.ſi quis filiũ.§. 1.il le pater non repudiauerat hæreditatẽ ſui parentis, & ideo tranſmiſit illã ex potẽtia ſui hęredis ad filiũ cũ ſua qualitate. Atq; ideo ab hac opinione nõ eſſe recedendum neq; iudicando neq; cõſulendo affirmat Alexã. in.l.ſi filius qui patri.nu.23.ff.de acqui.hær.
10 Solet præterea dubitari,an text.ille ſit accipiendus hodie etiam in filio emancipato, ſublata iam differentia emancipationis ac patriæ poteſtatis.quod gl.in.l.proxima tractat,vbi videbimus. Verùm hęc ſolutio gl. noſtræ vt hic textus loquatur in materna hæreditate,ille in paterna, confunditur expreſsim per textum in.l. filij matrem. §.1. ff. ad Tertullian. vbi filius matris hæreditatẽ repudiauit, atque ſubinde repudiationis ipſum pœnituit,& Paulus reſpondit admittendam pœnitentiam hic eſſe, vt ſaltem intra annum ille poſsit ſuam abſtẽſionem reuocare.gloſ. in præſenti mouet hanc difficultatem,& primò reſpondet illi, quod in.l. filij matrem.filius dixit ſe nolle adire, quare verba illa non inducunt repudiationem, niſi poſtea annus labatur: at in præſenti fuit expreſsim repudiata hæreditas, quod textus hic ſatis ſignificat, ibi, hæreditati matris tuæ renuntiaſti. Hunc gloſſ. intellectum probat in præſenti Bartolus. idem Barto.in.l.fi.t.quæſt.C.de repud. hæredit. idem Bart.in.l.ſi quis ſuus.num.5. ff.de iur. delibe.Paulus de Caſtro.ibi.nume.5.Ange. in.l.qui ſe patris.nu. 3. vnde liber. in repet.
11 Atque hanc opinionem, quòd per illa verba minimè inducatur perfecta repudiatio hæreditatis, tenuit in illa .l. qui ſe patris.Iacobus Butricarius, quem refert atque in effectu ſequitur Baldus ibi.col.2.qui ſubdit hanc opinionem ſeruari in palatijs. quod idem ſaltem de palatij Bononienſis conſuetudine affirmat ibi Cynus. 1. oppoſitio. Albericus nume. 2. & teſtantur hanc oppinionem communem eſſe Curtius ibi.nu.27.Fabius à Coromboni. nu.64 Sebaſtianus Sapia.n.16. Verũ hic intellect⁹ ex eo malè habet,ꝙ frequẽtiùs ea apud om

nes increbuerit opinio, quod per verba illa
nolo eſſe hæres, inducatur repudiatio pro-
pter textum in illa.l.filij matrem. ibi. ante-
quam conſanguineus vel agnatus adierit,
nam niſi ex illis verbis eſſet ibi inducta re-
pudiatio, non admitterentur ſequentes in
gradu.l.1.§.quibus.ff.de ſucceſſor. edict.l.ſi
filius.§.cùm filius. ibi, quod ſine dubio. ff.
de boni. libert. & tenuit hanc opinionem
glo.à paucißimis expenſa.in.l.2.in glo.1.C.
de repud.hære.Barto.ſibi in hac difficulta-
te præter morem malè conſtans in præalle.
l.filij matrem.Petrus, Cynus.Bald. ac Fulg.
nume.2.in præſenti. Iacobus de Raue. Pe-
trus Cynus & Alber. in illa.l. qui ſe patris.
Alexan.ibi, nume. 7. Iaſ.nume. 41. Et vide-
tur communis ex Philippo Decio ibi, nu.
17.dum dicit in ea reſidere Iaſonem ac mo-
dernos, & communem eſſe conſtat ex Pau
lo de mõte Pico.ibi.nu. 41. & cõmunẽ eſſe
teſtatur Claudius. in. l. ſed ſi alio.in princi-
pio.ff.ad trebel.mihi verò prior opinio pla
cet magis.pro qua facit optimè textus in.l.
nonnunquam.ff.de collat. bon. vbi is qui
dixit ſe nolle conferre, non videtur poſſeſ-
ſionem bonorum repudiaſſe ſi poſt cautio
nem de conferendo offerre velit. præterea
eſt textus pulcher in.l. Titius.ff.de actioni.
empt.ſtatim in princi.iuncta glo.noluiſſet.
vbi ex eo quod quis dixerit nolle legatum
ad ſe pertinere niſi hæredem quoq; legati
petitione liberauerit, nõ cenſetur repudia-
12 re legatum.Neq; me hinc dimouere pote-
rit text.in.l.filij matrem.§.1.nam ilico reſpõ
det Salice.in illa.l.qui ſe patris.num.10.ver.
ba illa ſi agnatus.&c.enuntiatiua eſſe legis
non diſpoſitiua, non igitur quicquam pro
bant. vulg.l. ex hac ſcriptura. ff. de dona-
tione. Secundus intellectus ad illum textũ
eſt Philippi Decij.ibi.num. 17. dicẽtis quòd
ibi agitur in caſu claro quando conſtabat
expreſsim iam repudiaſſe filium. Et quęſtio
formatur à iuris conſulto per illa verba, fi-
lium noluiſſe adire. Tertius intellectus ad
illum text.eſt cuiuſdam Fabij à Corombo
ni.nu. 73.in dicta.l. qui ſe patris.qui corrũ-
pens textum illum, reſpondet in quibuſdã
exemplaribus legi loco particulæ ante di-
ctionem quam. Hanc lectionem ſi admit-
tas, omnia ſunt planißima, ſed illa neuti-
quam eſt admittenda, interim magis mihi
placet intellectus Salice. Secũdo modo tol
lit gloſſ. hanc difficultatem, dicens quòd
hic iam præterierat annus, ex quo poterat
filius reuocare ſuam abſtenſionem ex bene
ficio legis.filij matrem. Et ideò dicit impera
tor in præſenti ſera prece, & hic intellectus
placet Iacobo de Rauen.quod ex Cyno cõ
ſtat.1.col.prope finem. Eumq́ue ex nouio-
ribus probauit Beroius in.c.Raynuntius de
teſtamen.num.361.Tertiò ſoluit glo. quòd
hic iam alius adiuerat. in. l. filij matrem.
nemo adiuerat, quare admittitur renuntia
tio intra annum.Hæc ſolutio diuinat licèt
eam communiter teneri affirmet Iaſſ.col.2.
Quartum addit intellectum Iaſ.ex Bald.in
præſenti quod hic fuit facta renuntiatio
in iudicio.in.l.filij matrem, extra iudicium
quare hic nõ licet reuocare repudiationẽ.
argumento tex.in.l. pacta nouißima.C. de
pact.ſed hæc iudicio meo nec Bald. opinio
eſt pro intelligentia huius text. nec ſi eſ-
ſet propter maximam diuinationem ſuſti-
neri vnquam poſſet. Præterea quo caſu fi-
13 lio abſtinenti licet reuocare abſtenſionem,
licebit etiam ſi repudiatio ſit facta in iudi-
cio.vt in caſu.l. fi. de repu.hæ.qđ Fulgo. in
præſen.bene notat.nume.6. atque Guillel.
Benedictus alios allegans, huius immemor
in verbo, mortuo.2.num.132.Quintus igi-
tur ad hanc difficultatem intellectus eſt
Fulgoſij in pręſen.exiſtimantis textũ hunc
agere in hæreditate delata ex teſtamento
l. filij matrem. in hęreditate delata ab inte-
ſtato.Differẽtię ratio hæc eſt, quoniam hæ
reditas materna legitimo iure defertur filijs
per verba illa ſenatus cõſulti Orficiani, quę
ſunt extẽſiua ſi nemo filiorum volet ſuſci-
pere hęreditatem, & ex virtute horum ver-
borum. nil mirum eſt ſi dicamus admitti
re integra pœnitentiam ſaltem ad annum,
ſecus eſt in hæreditate teſtamentaria, in qua
defertur hæreditas ex expreſſa teſtantis vo
lũtate, in qua huiuſmodi extẽſio nõ admit

titur, & hic intellectus mihi placet, licèt quoad hũc tex. etiam diuinet in vltimis verbis. notat gl. tria hic facere contra hunc renuntiantẽ, vt renuntiationẽ hæreditatis reuocare nõ poſsit, qa maior erat & quia ius ignorauit, & quia de lucro certat. Vltimò hoc in loco Bald. poſt quoſdam antiquos doctores repetit illam veterem quæſtionẽ an legitimatus poſt mortẽ patris ſui quod fieri poteſt. authẽ itẽ ſi quis. C. de natur. lib. auferat hæreditatem hęredibus legitimis. Et Bald. in præſen. ſi. col. verſ. & iſta verba ſunt
14 notatu digna, determinat quòd ſi legitimatio fiat ante aditam hæreditatem à legitimis ad legitimatum ſucceſsionem pertinere, ſi verò poſt aditam hęreditatem ad ipſos qui iam adiuerant. idem Fulgo. nume. 7. qui pulchram cautionẽ adhibet legitimis contra legitimandum, atq; opinio horum communis videri poteſt ex Iaſ. col. 2. & idẽ tenet Iaſ. allegãs alios. in. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. num. t21. ff. de libe. & ibi alia allegant recentiores. quæ opinio probari videtur ex tex. eleganti. in. l. 1. verſ. filio. ff. ad Tertullian. vbi reſtituit princeps damnato ius adeundi quod ille amiſerat & erat iã alteri delatum. & exiſtimat quidem Paulus de Caſtro. in. l. cùm hæredes. in princi. ff. de acquiren. poſſ. idem in. l. 3. nu. 3. ff. de teſtamen. idẽ eſſe ſi fiat legitimatio adita iam hæreditate à legitimis ſi nondum poſſeſsionem rerum hæreditariarum apprehenderint.

¶ *Summa rerũ. l. Si emancipata.*

1 IVris ignorantia non prodeſt in lucro uel quaſi, & hæreditatem opulentam ac lucratiuam in dubio præſumi. & nume. 2.
2 Minori repudianti hæreditatem in dubio concedẽdam eſſe in integrum reſtitutionem.
4 Legati cauſam lucratiuam & ideo in illa nõ prodeſſe iuris ignorantiam.
5 Declaratur tex. in. l. ſi partem. uerſ. ſi per fundum ff. quemad. ſeruit. amittatur.
6 Declaratur tex. in. l. quæ fideicõmiſſum. ff. de leg. 2.
7 Qui amittit lucrum iam radicatum damnum uidetur pati.
8 Niſi ad eum lucrum reuertatur à quo proceſſerat.
9 Vel ad eum qui id dederat.
10 Beneficium reuocandæ abſtenſionis an emancipato etiam competat.
11 Emancipationis & patriæ poteſtatis differentia in quibus hodie eſt ſublata.
12 Filius emancipatus etiam hodie non tranſmittit ex potentia ſuitatis hæreditatem.
13 Filius uxoratus hodie non tranſmittit hæreditatem.
14 Sed neque illi pater pupillariter ſubſtituit.
15 An ſaltem intra annum emancipato liceat reuocare abſtenſionem.
16 Et an ſaltem liceat pro legitima.
17 Text. in. l. ſi. de repu. hære. non habet locum in tacita repudiatione.
18 Iuris ignorantia ita demum nocet ſi ignorãs potuit conſulere peritiores.
19 Et an eadem diſtinctio ſit adhibenda in expreſſa repudiatione.
20 Sed hanc diſtinctionem non admitti pro excuſando aliquo à delicto.
21 An mulier teneatur conſulere peritiores longè diſtantes.
22 Propter bella, diſcordiam, aëris peſtilentiam, atque inſidias, caſtitatis excuſatur mulier quæ non conſuluit peritiores.
23 Quot peritos conſulere ſat ſit.
24 An in dubio præſumatur peritorum copia uel inopia.
25 Satis erit ab uno conſilium petiſſe ſi ille ſit præſtantiſsimus.
26 Vel publicè pro dirimendis quæſtionibus deputatus.
27 Malos doctores nec plures conſuluiſſe ſat eſt.
28 Fauorabiliorem eſſe in hac parte cauſam ruſticorum quàm mulierum. & declaratur text. in. l. quicunque. C. qui admit.
29 In cauſa damni euitandi nemini nocet iuris error.
30 Filius in legitima parentis agit cauſam damni euitandi.
31 Filius legitima non priuatur quod non confecerit inuentarium.
32 Legitimam filijs in uita parentum non eſſe debitã, ſed quaſi debitam.
33 Filio pro maleficio condemnato patrem non teneri pro eo ſoluere condemnationem.
34 Sed ſtatutum ualere quod contrarium diſponat & quomodo id ſtatutum accipiendum.
35 Filius non acceptat legitimam ſolum ex bonis paternis.
36 Sed unicum caſum eſſe in quo filio id facere liceat.
37 Bona patris non eſſe filio obligata pro legitima.
38 Excluſus ab uno capite ſucceſsionis an à cæteris quibus potuit admitti excluſus uideatur.
39 Facultas prætoriæ ſucceſsionis anno finitur.
40 Ius adeundi de iure ciuili quanto tempore præſcribatur.

41 *Ius immiſcendi competens ſuis hæredibus quanto tempore præſcribatur.*
42 *Filia excluſa ex teſtamento lapſu. 30. annorum, an habeat alios triginta ad adeundum ab inteſtato.*
43 *Iudici an liceat abbreuiare tempora iure data ad adeundam hæreditatem.*
44 *Et an teſtator illa poßit abbreuiare.*

NOn diuiditur text. hic, quoniã
vnico contextu circunſcribi-
tur. Hoc continet in ſumma,
1 Ignorantia iuris non prodeſt
in lucro vel quaſi. Idem probat tex. in. l. iu-
ris ignorantiam .j. qui admit. l. 1. l. iuris
ignorantia. ff. de iur. & fact. ignoran. Titu-
lus enim hæreditarius licèt onera plerunq;
contineat. l. ſi hæreditatem. ff. mãdat. l. mo-
re. ff. de acqui. hære. §. 1. de auc. tut. Inſtit. ori-
gine lucratiuus eſſe cẽſetur. l. 1. §. lucratiuas.
de imponen. lucra. deſcrip. lib. 10. in authẽ.
de nupt. §. Si verò expectet. coll. 4. l. inter ſti
pulantem. §. Si rem. ff. de verb. oblig. quod
de ea ſolùm hæreditate accipi oportet, quæ
ſoluendo eſt: quæ enim non eſt ſoluendo,
non dicitur habere titulum lucratiuum. l.
ſi ſeruus legatus. §. Stichum. verſ. item ſi do-
mino . ff. de legatis. 1. Ex quo textu ita
colligunt Dynus in illo. §. ſi rem. Alex. ibi. 2
notabili. Iaſ. n. 2. Decius. in. l. in eo quod vel
is. nu. 3. ff. de regu. iur. ſoluendo autẽ ea hæ-
reditas eſſe dicitur, quæ inuenit emptorẽ. l.
2 penult. ff. de boni. libert. In dubio autem
ſemper præſumitur lucratiuus titulus hæ-
reditarius, vt qui à lucro originem ducat.
gloſ. ordinaria in . l. ſi duo ſint hæredes . in
gloſ. ſcire. ff. de acqui. hæredi. quam ibi in
hoc ſequuntur Imol. Roman. & poſterio-
res, atque alij non pauci, quos Andreas Ti-
raquell. allegauit. in. l. ſi vnquam. in gl. do-
natione largitus. nu. 174. ſecundùm priorẽ
3 impreſsionem. C. de reuo. donat. Quare cũ
minori non ſit facilè concedenda in in-
tegrum reſtitutio niſi læſionẽ ille probet. l.
nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iure iur. l. nõ
omnia. ff. de minor. minori tamen proban
ti renuntiaſſe ſe alicui hæreditati, ſtatim cõ
cedi reſtitutionem in integrum oportet tã
quam læſo, præſumitur enim lucrum repu-
diaſſe, quod glo. notabilis determinauit in
l. 1. in gl. impertiri. C. de in integr. reſti. quã
ibi ſequuntur Bal. Paulus & Alexan. nu. 3.
4 Item adde idem dicendum eſſe in cauſa le-
gati, cùm & illud ex lucratiua cauſa acqui-
ratur. tametſi glo. ordinaria in . l. non am-
plius. §. 1. in glo. legatarij. ff. de legat. 1. arbi-
tretur legatarium etiam ante agnitũ legatũ
in ea eſſe cauſa conſtituendum, ac ſi dam-
num patiatur: quoniam lex ipſa ſuo mini-
ſterio ſtatim operata fuerit acquiſitionem
in perſona legatarij . l . cùm pater. §. ſurdo.
ff. de gat. 2. l. à Titio. ff. de furt. l. 1. §. vtrum. ff.
ſi quid in frau. patro. quare ſtatim aduer-
ſum eum præſcriptio rei legatæ percurrit. l.
ſi partem. verſ. ſi per fundum. ff. quẽadmo.
ſeruit. amittãtur. Et videtur opinio gloſſ. il-
lius iure optimo probari ex textu eleganti
in. l. quæ fideicommiſſum. ff. de legat. 2. vbi
error iuris non præiudicat in legato quærẽ
do. quem text. ita induxit Bartol. in. l. Clo-
dius. fin. col. verſ. ſecundo caſu. ff. de acqui.
hæredi. atque gloſ. illius opinionẽ affirmat
eſſe cõmmuniter approbatam Decius in. l.
iuris ignorantiam. 2. lectio. nu. 4. de iur. &
facti ignoran. j. qui tamen contrarium te-
net. Et huius opinio mihi placet aduerſus
communem, ex eo quòd legatarius merũ
lucrum perſequatur. miniſterio etenim le-
gis duntaxat illud eſt acquiſitum, vt autẽ
damnum pati videatur, oportet acquiſitio-
nem facto aliquo hominis fuiſſe confirma-
5 tam. Neq; verſiculus ille. ſi per fundum. ob
ſtabit: quoniam agit ille textus de iuris ci-
uilis rigore, ex quo præſcribitur illi domi-
nio reuocabili, quæ præſcriptio ita gracilis
eſt, vt contra eam ex ignorantia legatarij fa
cillimè concedatur reſtitutio. quod text.
6 ipſe demonſtrat. Rurſus text. in. l. quæ fidei
commiſſum. exiſtimo à domino Barto-
lo (quod cum tanti viri venia dictum eſſe
velim) malè allegari in hoc. Nam ibi non
nocuit libertis legatarijs iuris error in le-
gato, non quidem quòd ex teſtamento
teſtatricis ibi deberetur illis, ſed quòd ex
cauſa fideicommiſsi ex teſtamento patro-
ni perſequebantur, quo caſu illi liberti cre-
ditores,

ditores,non legatarij dicendi ſunt,quod im
peratoris Antonini ad Atticam elegans re-
ſponſum nos docet in.l.1.C.de boni.aut.iu-
di. ab ipſo Bartolo in hoc expenſum . in.l.
vnum ex familia.in princi.nu.4.ff.de legat.
2.rurſum aliud Alexandri ad Antiochum.
in.l.C.qui manu.non poſſunt.Quare mirũ
videri non debet,ſi in re ſibi debita non no
ceat iuris error, cùm damnum hinc erran-
7 tibus poſſet imminere.Illud ego non nega
rem,lucrum iam radicatum ſi amittas,cen-
ſeri te damnum pati.gl.ordinaria.in.l.1.§. ſi
quis propter.in gloſ. per in integrum reſti-
tutionem.ff.de iti.actuq; priuat. quæ tenet,
quòd etiam ſi ex clauſula generali non de-
tur reſtitutio ad lucrum cum alterius iactu
ra.l.ſciendum.cum duabus ſequentibus.ff.
ex qui.cauſ.maior. bene tamen illa dabitur
ad conſequẽdum lucrum iam radicatum.
In eandem ſententiam ſolent allegari gloſ.
conſimiles.in.l.3.in.§.Labeo.in gloſſ.1.ff.de
acqui.poſſ.in.l.ſi cùm dotem.§.eo autem tẽ
pore.in gloſ.mutauerit.ff.ſolut.matri.in.l.
non amplius.§ 1.in glo.legatarij.ff.de legat.
1.Pro quibus ſolent allegari tex.in.l. liberto
octoginta.ff.de boni.liberto.in.l.2.§.fi.cũ le
ge ſequenti.ff.qui ſat.dare cogant.Et ibi no
tat Paulus de Caſtro.vltimo notabili. nu.3.
dicens,quòd lucrum, quod actor conſequi
tur actione pœnali, venit appellatione in-
tereſſe,& amittens illud, pati damnum cen
ſendus eſt,cùm fuerit radicatum . Ad idem
allegat ibi Paulus ipſe textum.in.l.2.§. meri
to.ff.ne quid in loco publico.vbi damnum
patitur,qui lucrum , ſeu commodum radi-
catum amittit.Idem probat tex. pulcher in
l.reprehendenda.C.de inſtitut.& ſubſtitut.
vbi amittens hęreditatem ſibi delatam, mo
dò lucrum amittere, modò damnum pati
dicitur: lucrum amittere, ſi nondum hæ-
reditas erat quæſita: damnum pati, ſi iam
quęſita fuerat.atq; ibi notat Iaſ.col.fi.teſta-
tus communem eſſe hanc reſolutionem,
quam etiam ſequuntur Alexan. nu. 6. Iaſ.
nu.8.in.l.fi.§.in computatione.C.de iure de
liber.Decius.in. l.iuris ignorantiam.2. lect.
nu.6.qui admit.Ripa.in.l.2.n.13. ff.de dam.
infect.Tiraquell. in.l.ſi vnquam.verb. do-
natione largitus.nu.156. C.de reuoc.donat.
& in legibus connubial. primò impreſ-
ſis poſt leges ipſas.gl. 3. nu. 49. Chaſſençus
in conſuet.Burgundiæ.rub.6.§.5. in fin.nu.
8 17.Quam tu tamen limitabis,vt non proce
dat,ſi lucrum illud iam quæſitum reuerta-
tur ad eũ,à quo proceſſerat, quo caſu amit-
tens illud, non dicitur damnum pati. gloſ.
notabilis.in.l.ſi ita ſtipulatio.in gloſ. fin.ibi.
ſed ibi proceſſerat pecunia ab ſtipulatore.
ff.de verb. obligat. quã ibi ordinariè notat
Iaſ. & Tiraquellus, quibus locis eum pau-
lo antè allegaui.
9 Secundò opinionem communem tu li-
mitabis non procedere, ſi quis priuetur lu-
cro iam quæſito ab eo qui id lucrum dede-
rat ſub modo aliquo vel conditione, quam
ille non ſeruauit. ita enim videtur voluiſſe
glo.in.l.libera.in gl.conſtat.C. de inuti. ſti-
pul.dum reſpondet ad textum.in.l. ea quę.
ff.de donat.inter vir. & vxorem . quam ſe-
quitur allegans alios epiſcopus Ciuitaten-
ſis in epitome de ſponſal.2.part.c.3.§.3.nu.8
10 Sed contra textũ hunc oppono ipſe textũ
in.l.fi.j. de repudi. hære. vbi filius excluſus
à paterna ſucceſsione, poteſt intra trienniũ
abſtenſionem reuocare, ſed in præſenti
poſtquam filia hęc vnius anni ſpatio exclu
ſa eſt, non admittitur ad paternam ſucceſ-
ſionem. Gl.1.in præſenti reſpondet huic dif
ficultati, dicens textum illum agere in filio
ſuo, hunc in emancipato. Vult igitur gl. cla
riſsimè textum in illa.l.fin. minimè habere
locum in filio emancipato. Verùm gloſ. in
dict.l.fin. in gl.paternam.contrarium cen-
ſet, imò ꝙ & in emancipato habeat locũ te-
xtus ille, cùm ſublata ſit iam hodie differẽ-
tia emancipationis atq; patriæ poteſtatis. l.
meminimus.C.de legiti. hæred. in authen.
de hęr.ab inteſt.venient.§.nullam verò. ibi,
ſiue per emancipationem.coll.9.Et hãc opi
nionem tenet Paulus in præſenti. cum glo.
in dicta.l.fin. quam communiter teneri af-
firmat Iaſ.in præſenti. Verùm enimuero gl.
noſtra rectiùs ſentit, vt etiã hodie minimè
competat beneficium legis illius filio emã-
cipato,

cipato,quod præter glo.tenet Barto.in prę-
ſenti.idem Bar.in dicta.l.fi.nu.2. dicés hanc
eſſe veritatem contra glo.ibi, vbi cæteri eá-
dem opinionem ſequuntur.& communé
eſſe affirmat Alexã. ibi. nu. 4. idem Barto.
in.l. nonnunquam. nume. 2. ff. de collat.
bon. atque expreſsiùs idem Barto. in.l. ſi
quis ſuus. nume.4.ff.de iur. de liber. atque
communem eſſe hanc opinionem teſtan-
tur Romanus.nu.8.Alexan. nu.4. in.l.pro
hærede.§.Papinianus.ff.de acq.hære.eam ſe
quuti, cómunemq; eſſe teſtantur Guillel.
Benedictus in.c.Raynútius. de teſta. in par
te,mortuo.2.n.135.Maynerius in.l.nemo po
teſt mutare.nu.110.ff.de regu.iur. Gregori⁹
in.l.fin.tit.6.part.6.in gl.2.qui eam ſequun-
tur.cui minimè refragatur textus. in dict.l.
nonnunquam.cui glo.in illa.l.fi. innitteba-
tur,quoniam ibi emácipatus non repudia-
uit, ſed conferre noluit, ſed hæc diſsimilia
11 ſunt.Neq; obſtat tex.in.l.meminimus.quo
niam regula illius textus ſolùm eſt accipien
da reſpectu ſucceſsionum quæ deferuntur
ab inteſtato,non verò quoad alias qualita-
tes,quæ hodie filijs ſuis adſunt,& adhuc de
ſiderantur in emancipatis. ita enim voluit
gloſ. ordinaria in authen. ex cauſa.in parte
irritum.C.de liber.præterit.vel ex hære.alia
in.l.ſi emancipati.in gloſ.venientem. C. de
collat.alia in.l. Gallus.§. Et quid ſi tantum.
in gloſ.emancipatus.ff.de liber. & poſthu.
quas doctores omnes in ſuis locis ſequun-
tur. & teſtátur præterea cómunem eſſe ea-
rum opinionem Corneus.in.l.ſi fratris.nu.
4.C.de iur.delibe.Iaſ.in.l. poſthumo nato.
nu.12.C.de bonor.poſſ.contra tabul.Ferná
dus Menchaca.cæteris diligentiùs. de ſuc-
ceſſ.creat.§.10.nume.596. Quare nec hodie
tranſmittet emancipatus hæreditatem nó
12 aditam ex potentia ſuitatis. Quãquam hoc
non audeat Barto.decidere in.l. ventre prę-
terito.nu.24.de acqui.hæred. atque contra
rium innuat ipſe Barto.in.l.cùm quidam.§.
ſuum hæredem.verſ. vltimò nota. ff. de ac-
qui. hæredit. idem Barto. in authen.ſi qua
mulier.num.5.de ſacro eccle. Ita enim vo-
luit Bal.in.l.ſi fratris. nu. 5. C.de iure delib.
dicens eam legem,qua cauetur filium emã
cipatum non tranſmittere hæreditatem nó
aditam,etiam hodie eſſe incorrectam.& ibi
hanc opinionem teſtantur eſſe communé
Alexan.& Corneus.vterq; num.4.eam ſe-
quuti.& eam tenet Ange.in.l.illud.num.2
ff.ſi pars hæredi.peta.& tenent eam Paulus
& cæteri in illo.§.Et quid ſi tantum. vbi te-
ſtátur eam eſſe communem Crotus.nu.98
Fortunius.nu.224. communem eſſe teſtan
tur,eam ſequuti Alexan.in.l.ſi emancipati.
nu.10.C.de collat.idem in.l.ſub códitione.
ff.de liber.& poſthum.Aretinus in.l. vétre.
nu.9.ff.de acqu.hęr.Iaſ.in.l.emácipata.col.
2.C.qui admit. idem in.l. ſi filius qui patri.
num.16.ff.de vulg.& pup.idé.in.l. filio pa-
ter.nu.18.ff.de legat.1.Iacobinus.in.l.fi.col.
2.C.de repu.hær.Decius conſilio.250. Qua
re cùm hodie filius per contractum matri-
13 monij ipſo iure ſit emácipatus.l.47. Tauri.
filius vxoratus nunquam tranſmittet hære
ditatem non aditam ex potentia ſuitatis.
Quod expreſsim adnotauit Antonius Go-
metius (cuius auditores & nos fuimus ali-
quando)1.tomo. variar.reſolut.c.9. nume.
14 24.in fine.Sed neque pupillariter ſubſtitue-
re poterit hodie pater filio emancipato.qđ
Bart.notauit in.l.2.nu.7.ff.de vulg. & pup.
quem ibi omnes ſequuntur.& teſtatur eius
traditionem in hoc eſſe cómuniter appro-
batam Diegus à Segura.in.l.cohæredi.§. cú
filiæ.num. 6.ff.de vulg. & pupil. Supereſt
igitur tex.in præallegata.l.fin.agere in filio
15 ſuo,hunc in emancipato. Sunt tamen qui
dicant, filio emancipato ſaltem intra annú
licere reuocare ſuam abſtenſionem,cùm et
id liceat in materna hæreditate. l. filij ma-
tré.§.1.ff.ad Tertullia. habet enim hæc opi-
nio ſuos authores Cynum, ac Raynerium
in dicta.l.fi.Alexan.ibi.col.2.Iaſ.nu.3.Bald.
in.l.2.col.fi.ſupra iſto titu. Atque horú opi
16 nio mihi non diſplicet. Sed an ſaltem pro
ſua legitima portione emancipato liceat
pœnitere ſi eam ſemel repudiaſſet, & cú pa
trono repudianti legitimam ſibi debitam à
liberto liceat repudiationé pœnitentia re-
uocare.l.ita tamé.§.ſi patronus.ff.ad Tertu.
vide-

videbitur multò fortiùs idem iuris filio eſſe concedendum, magis enim huic quàm patrono legitima debetur.l.ſi quis legatum.§.fi.ff.de falſis. Quare Ioannes de Imola in illo.§.ſi patronus.exiſtimat reuocare emancipatum poſſe repudiatam ſemel legitimã beneficio.l.fi.de repu.hæred.idem tenet idem Imola.in.l.quia poterat.nu.6.eo tit. Verùm Ange.ibi contrarium cenſet, cui aduerſum Imolam conſenſerunt Alexan. ibi. colum. penult.idem Alexand.in illo.§. ſi patronus. num.4.Idem Alexand.in dict.l.fin.num.4. Iacobinus ibi.nu.3. & horum contra Imolam opinio,cùm verior tum etiam communior eſt: quoniam tex.in dicta.l. fin.præciſè agit in ſuo, & oportet cùm ibi excludatur emancipatus, vt intelligamus eũ excluſum eſſe & à tota hæreditate reuocanda, & à parte legitimæ.vulg.l.quæ de tota.ff.de rei.vendic.Et tex.in.§.ſi patronus.non vrget: quoniam etiam ſi de portione legitimæ eũ accipiamus, non repudiauit ibi patronus, ſed ſuſpectam liberti hæreditatem ſibi eſſe di-

17 xit. Bartolus verò in præſenti aliter ſoluit difficultatem illius legis fin.dicens,quòd in illa.l.fi.adfuit expreſſa renuntiatio,in hac lege fuit tacita reſultans ex lapſu dierum legitimorum qui dantur ad adeundam hæreditatẽ,quo caſu magis præiudicat tacita quã expreſſa renuntiatio. quod probat tex.in.l.fi.C.de bon.quæ liber.iuncta.l.1. C. qui admit. nam cùm pater non poſſit expreſſa filij repudiatione ab hæreditate delata ipſo filio excludi, vt in dicta.l.fin. poteſt excludi per tacitam.Ex hoc intellectu Bart.tu ſubinde collige textum in illa.l. fin. ſolùm habere locũ in repudiatione expreſſa, nõ etiã in tacita.Et idem tenet Iaſ.in præſenti. Paulus, Alexan.& Iaſ.in illa.l.fin.Benedictus in parte,mortuo.2. nu.138. Tiraquellus poſt leges connubiales.glo.5.num. 73. & eſt communis opinio. Nec nouum in iure eſt, vt plus operetur tacita renuntiatio,quàm expreſſa. l.filiusfamiliãs.§.vetera ni.ff.de procurat.fortiorq; eſt interdum tacita, quàm expreſſa prohibito.l.vero procuratori.ff.de ſolut.

18 Secundo loco contra textum hunc oppono text. in. l. in bonorum. ff. de bonor. poſſeſſ.vbi ita demum iuris ignorantia præiudicat,ſi potuerit quis cõſulere peritiores, at verò in præſenti indiſtinctè ſtatuit Philippus imperator,iuris ignorantiam Marcellæ paternam hæreditatem perſequenti obfuturam.gl.2.tollit hanc difficultatem, dicens legem hanc iuxta legem contrariam eſſe declarandam, vt & hic eadem diſtinctio adhibeatur, an Marcella potuerit con-

19 ſulere peritiores,vel non.Sed an hæc diſtinctio locum habeat etiam in expreſſa hæreditatis repudiatione facta per errorem. tex. enim noſter de tacita repudiatione agit proueniente ex lapſu dierum legitimorum. Et videtur non admittendam propter textũ in.l.1.C.de repudian.bono.poſſeſſ. vbi non infringitur repudiatio ex eo, quòd ſine patroni aduocatione facta ſit.quare Paulus de Caſtro notat hoc in illo textu decidi,vt in expreſſa renuntiatione hæreditatis minimè admittatur illa diſtinctio, an potuerit conſulere peritiores.Bartolus verò in.l.Clodius. ff.de acqui.hæred. ſatis ſignificaſſe videtur diſtinctionem hanc etiam in expreſſa hæreditatis repudiatione admittendam eſſe. Et hanc opinionem teſtatur eſſe communem Alexan.in dicta.l.1.eam ſequutus, qui illi textui reſpondet, non hoc ſolo probari iuris errorem,quòd quis ſine conſilio aduocati hæreditatem repudiauerit, oportuit enim hanc erroris probationem alijs quoque adminiculis adiuuari.atque hanc opinionem etiam tenet Iaſ.in præallegata. l. iuris igno-

20 rantiam.num.6.& mihi placet. Illud autem eſt in confeſſo apud omnes, quòd in excuſando aliquem à delicto,ſemper obeſt illi iuris error,non admiſſa diſtinctione potuerit conſulere peritiores,vel non.l.fi.C.qui pet. tut.ex quo tex.ita colligit Bart.in illa.l.Clodius. col.1. cuius opinionem communem eſſe affirmat Decius in dicta.l.iuris ignoran-

21 tiam.2.lect. nu.10. Tenetur autem mulier conſulere peritiores,modò illi ſint in illa ciuitate,vbi illa degit.Bart. in dicta.l.in bonorum.idem Bartolus.in.l.idemq;. ff. pro ſocio.Et videtur eiuſdem ſententiæ eſſe idem

Bart.

Bart.dum agit de medico.in.l. ſi ab hoſtib°. §.1.nu.4.ff. ſoluto matri. quaſi innuat Bartolus non teneri hoc caſu mulierem foris quenquam conſulere.Contrarium apertiſſimè inſinuat idem Bartolus.in.l.cōtinuus. §.item qui inſulam.num.4.ff.de verb.obligat.vbi in hoc citat textum elegantem in l.diuus.ff. de tut.& curat. dati. ab his. vbi magiſtratus, quorum partes ſunt pupillis non habentibus tutores conſtituere, ſi illi deſint in ciuitate, ex qua pupilli oriundi ſunt, ad vicinas ciuitates ire oportet, vt inquirant honeſtiſsimos quoſque, qui pupillorum perſonas atque rem familiarem adminiſtrent. Et idem probat text. in. l. 1. §. ſi quando.ff.de magiſt.conuenien. Breuiſsimè huius controuerſiæ cōcordia fit, quòd ſi periti ſint in loco propinquo, teneantur quidē mulieres illos conſulere. Quemadmodum enim (quidam dicunt) mulieres ipſæ ſeſe conferunt in frequentes ciuitates indulgentiarum ac remiſsionum compendia factura, & ſicuti ruſtici pro lignis ferendis in nemora concedunt, ita tenentur etiam extra propriam patriam ire vt conſulant peritiores.ita enim hæc cōpoſuit Bald. in illa.l.iuris ignorātiā.col.1.verſ.tu dic.vbi addit præterea text.in.l.4.§. ſi tam vicinū. ff.de damn.infecto.idem Salicet.ibi. num.3 Paulus de Caſt.num.2.Roman.nu.1. Alex. col.1.Iaſ.col.2.Decius.2. lectione. nume. 6. idem ſequuntur Ripa.in.c.ſæpe'. nu. 92. de reſt.ſpoliat. Tiraquell.de retract.conuent. §.4.gloſ.7.num.20.& eſt dubio procul opi-

22 nio communis. Quam tu limitabis, vt non procedat, ſi bella hinc inde immineant, tūc enim propter iuſtum metum bellorū impunè licebit mulieri non conſulere peritiores etiam in loco propinquo præſentes. ita enim voluit Romanus ex quadam glo.ibi. in.l.ſi duo ſint hæredes.num.4.ff.de acqui. hæred.quoniam nemo accedere debeat ad locum ſibi non tutum.Clement. Paſtoralis.de re iudic. quod Franciſcus Curtius in additionibus ad Alexandrum in dicta.l.iuris ignorantiam.in additione.2. ſignata litera. b. intelligit verum eſſe, præterquam ſi ſaluus conductus (quod vocant) facilè à principe exorari poſſet, tunc enim exiſtimat ille etiam belli prætextu non excuſari mulierem quæ etiam extra ciuitatem non conſuluerit peritiores. Idemque eſt, ſi à iudice immunitas impetrari poſſet. quod Aretinus reſpondit conſilio. 16.num.4. Itē adde, quòd etiam ſi non ſint bella, ſi tamē ciuitates ſunt diſcordes, atque malè ſibi cōuenientes, non tenebitur mulier exire ſuā ciuitatem vt in altera conſulat peritiores. argumento textus optimi in.c.cùm R. canonicus.de offi.delegat. Item adde, quòd nec ad locum peſtilentem teneretur mulier pergere in hac ſpecie.c.ad ſupplicationem.de renuntiat.l.ſed ſciendum.ibi, ſed & ſalutis ac dignitatis ratio habēda erit. ff. ad Trebelli. Quòd ſi procuratori ſaltem locus ille eſſet tutus, eò teneretur mulier mittere procuratorem conſulturum peritiores. c. cùm olim.de teſtibus.ibi, vel procuratoribus earum.vbi Felin. col.1. dicit id non eſſe expreſſum alibi. Idem cenſeo ipſe, ſi mulieres ad illum locum vbi ſunt peritiores accedere non poſſunt ſine honeſtatis ſuæ periculo: nam ſi ad locum inhoneſtum neque viri ipſi accedere tenētur.l.ſi cùm dies. §.ſi arbiter.verſ.ſed ſi in aliquem.ff.de arbi. quanto magis mulieres id obſeruare decet, quas diligentiùs honeſtatis cauſam colere obſeruareq; oportet. c. mulieres. de iudi.

23 lib.6. Sed quot ſint periti conſulendi, quo mulier poſsit ſe propter conſilium excuſare? Et videtur ſatis eſſe, ſi vel vnum conſulat, cuius conſilio excuſari poſsit.argumēto textus optimi.in.l.regula.§.ſed iuris. ibi, ſi iuriſconſulti copiam haberet. ff. de iuris & facti ignorātia. Rurſus videtur plures eſſe peritos conſulendos. argumento eſt tex. notabilis in.l. ſi auiam.§. de ingen. manumiſſ.ibi, ſi cum prudentioribus tractatum habuiſſes, facilè cognoſceres. & in dicta.l. in bonorum.ibi, aut conſulendo prudētiores. Ad idē eſt textus, qui eadē inductione cōſtat in.l.2.§.ſi.ff.quis ordo in bono.poſſ. ſeruet.in.l.vtiq;.§.culpa. ff.de rei vendicat. in.l. ſemel.ibi, medicis denuntiantibus. de re milit.

re milit.lib.12.in.c. non omnis.37.diſtinct. ibi,qui habentes à quibus diſcerent, operá non dederunt.Horum textuum contrarietatem mirè componere videtur textus illuſtris in authen.de non alienan. aut permu. rebus eccleſ.§.quod autem.collat.1.Ex quo conſtat manifeſtè hîc eſſe diſtinguendum, vt ſi quidem copia ſit peritorum in ciuitate, duo ſaltem conſulendi ſint: ſi verò ſit inopia,vt quia vnus ſolus ſit peritus in ciuitate, vnum ſolummodò conſulere ſit ſatis in re etiã grauiſsima. Atq; ita ex illo textu colligit eleganter Bartolus in prooemio.ff. veteris.nume.9.vbi textum illum notabilem eſſe dicit idem Bartolus in.l.1.in prin. nu.5.ff.de ventre inſpiciendo, idem Barto. in.l.fi.ff.ad leg.Corne. de ſicarij. Hippolytus ibi.nu.60.Barto.in.l.1.§.fin.ff.de verbo. obligat.quo in loco Alexan.nu.4.Iaſ.nu.11 teſtantur hanc eſſe cõmunem diſtinctionem eam ſequuti. quam etiam probarunt Roman.in dicta.l.iuris ignorantiam. nu.3. Alexan.ibi.nu.3.Iaſ.nu.9.dicit eam opinionem communẽ eſſe Decius ibi.2. lect. nu. 21.atq; communẽ eſſe teſtatur idẽ Decius
24 in.c. propoſuiſti.num.10.de probat. Iam ſi quis dubitet, an præſumptio ſit quòd fuerit frequentia peritorum in aliquo loco? Dicendum eſt in loco aliquo celebri vel inſigni ciuitate ſemper præſumendum eſſe copiam eſſe peritorum.l. ſi duas.§. decet. ff. de excuſat.tuto.c.ſtatutum.§.1.de reſcrip. libro.6.

25 Oportet tamen ſuperiorem cõmunem diſtinctionem limitari, vt non procedat, ſi ab vno,qui homo præſtantiſsimus ſit,cõſilium petatur, tũc enim etiam in loco vbi eſt maxima celebritas peritorum, ſatis erit vel illum conſulere.argumẽto textus in. l. ſeptimo menſe.ff.de ſtatu.homi.vbi vnius Hippocratis authoritate probat Paulus ſeptimo menſe legitimum partum naſci poſſe.eſt autem locus ille Hippocratis in libello,quem vir eruditiſsimus ſcripſit,de ſeptimeſtri partu.Ad idem eſt textus in.l. ſi pater meus.ff.de ſolutio. vbi ſoli⁹ Ariſtotelis authoritate Iulianus rem penè incredibilem affirmat,quinque pueros eodem conceptu ab vna muliere naſci poſſe.eſt autem locus ille Ariſtotelis libro.7.de natura animalium.c.4.colum.2. Illud equidem ipſe habeo compertiſsimum, ſi quando vnius teſtimonium pro pluribus cedere poſsit, id maximè in Ariſtotelis authoritate recipiendum, qui diuino illi ſuo præceptori multorum diſcipulorum inſtar erat. Et ſcribit Hieronymus presbyter ille ſanctiſsimus ac religioſiſsimus ab eccleſia appellatus in regula ſanctimonialium. c. 11. videri Ariſtoteli infuſum quicquid naturaliter pectus humanum capere poſſet. atque ex dicta.l.ſeptimo menſe.hanc limitationem deduxit Decius in dicta.l. iuris ignorantiã. nume. 26. quæ iuuatur ex textu vulgar. in.l.ſed & reprobari.§.amplius.ibi, valde tamen diſciplinis inſtructos. ff. de excuſat. tuto.& ex textu . in.l.ad beſtias. ff. de pœnis. Oporteret autem præſtantiam huius hominis quàm optimè probari. Et ego exiſtimo non minùs quàm quindecim teſtiũ teſtimonio probandam eſſe. Mouet me textus elegans in.l.vnicuique.de proximi.ſacro.ſcri.libro.12.verb.niſi fortè.

Maxima Ariſtotelis ex beatiſſimo Hieronymo commendatio.

26 Secundò limitabis communem opinionem non procedere in eo, qui publica authoritate eſt deputatus pro dirimendis quæſtionibus alicuius artificij,tunc enim ab eo ſolùm ſufficeret conſilium petere.l.2. C. de ponderat. auri.lib.10. vbi hoc notauit Bartolus & Alexander ad ipſum. & ita ex eodem textu hanc limitationem colligunt Felinus in.c.propoſuiſti. nume. 7. de probatio. idem in.c. ſignificaſti. 2. nume. 5. de homicid. Decius in illa. l. iuris ignorantiam.nume.25.

27 Tertiò communem diſtinctionem tu limitabis non procedere, ſi mali doctores conſulantur,tunc enim nec plures conſuluiſſe ſatis erit, oportet enim conſulere peritiores. Quod ſatis apertè gloſſa inſinuauit in.l. quod ſi nolit. §. ſi plures. verb. adhibuit medicũ. ff. de ædilit.edict. atq; ita tenuit Ang. in.l.q luminibus.n.1. ff. de ſeruit. vrban. prædior. idẽ ſequitur Ful. & recẽ

tiores.in illa.l.iuris ignorantiam . vbi etiam
idem tenuere Iaſ.nu.9.Decius.2.lect.nume.
28 . quorum opinio elegans argumentum
habet ex textu in.l.vtiq;.§.culpa.ibi, minùs
idoneis hominibus cõmiſerit. ff.de rei védi.
Et vt ſcribit eleganter idé Ange.in.l . plagij.
C.ad.l.Flaui.de plagiar.col. 1.conſiliú aduo
cati imperiti licèt excuſet à dolo, nunquam
excuſare à quadã culpa temeritatis : quòd
ſi mulier iuriſconſultos adeat, vel vnũ præ-
ſtantiſsimũ, iure optimo excuſabitur, pro-
pter eorum malum conſilium . quod Bart.
in dicta.l.in bonorum. adſeuerat,& admit-
28 tũt omnes. Vltimò adde hìc notari oporte
re fauorabilioré eſſe in iure cauſam ruſtici,
quàm mulieris illi enim ſuccurrit lex,cõſer
uans illi tempus agnoſcendæ bonorũ poſ-
ſeſsionis, ſiue ille potuerit cõſulere peritio-
res,ſiue non.l. quicunq;.§.qui admitti.& ita
per eũ tex. hanc differentiam videtur conſti
tuere gl.ibi.in parte,aliam.Odofredus. nu.1
Fulg.Roman. & Aret.in illa.l.iuris ignoran
tiã.atq; idé Are.in illa.l.quicunq;.quoniam
ſemper leges voluerunt conſultum eſſe ru-
ſticitati.l.fi.C.de teſtam . Hæc tamen diffe-
rentia ex eo confundi videtur, quòd ſoleãt
regulariter in iure æquiparari mulier ac ru
ſticus.l.1.§.fi.ff.de eden.l.2.§.fi.ff. de iure fiſ.
quare Albericus,Salicet.Fulg.& Alexan.in
dicta.l.quicunq;.eum textum interpretan-
tur ſub eadem diſtinctione , ſi modò ruſti-
cus ipſe non potuit conſulere peritiores.&
idé ſequuntur ibi Iaſ.ac Decius.è quibus po
ſterior.2.lect.col.1.affirmat hanc eſſe cõmu
nem intelligentiã tex.illius.idé Bal.ac cęte-
ri in dicta.l.iuris ignorantiã.Et ad tex.in illa
l.quicunq;.reſpondent ipſi debere eũ intel-
ligi per tex.in.l.in bonorum.argu.legis . ſed
ſi poſteriores.ff.de legib. Secundò reſpõdet
Salice.in.d.l. quicunq;.col. 2. verſ. vel fortè
dicendum.quòd ſi ruſticus ſciat ſibi deferri
bonorũ poſſeſsioné,ſed ignorat intra quan
tum tẽpus liceat ei eã agnoſcere, tũc admit
tendam illam diſtinctioné,an potuerit con
ſulere peritiores.Sed hic intellectus Saliceti
potiùs caſus diuerſos conſtituit,quàm ratio
nem afferat differentiæ . Quare tertium
intellectum profert Iaſ.in.d.l.quicunq;.nu.
4.dicens,quòd ſi conſtet mulierem ac ruſti
cum potuiſſe conſulere peritiores, vtrique
pręiudiciũ afferet iuris ignorantia, ſi ſimus
in dubio, mulieri præiudicabit,ruſtico nõ,
quoniam non præſumetur illum potuiſſe
conſulere peritiores.Sed hic intellectus Iaſ-
ſonis ex eo malè habet , quoniã videtur ex
eo fauor non perſonæ impendi, ſed loco,
quod videtur refragari textui in dicta.l.qui
cunq; . Vnde quartum intellectum acco-
modat Philippus Decius.ibi.1. lect . num.3.
& in.2.num.14.dicens exiſtimare ſe nil cõ-
cedi ruſticitati , ſed ſolùm conſuetudinem
ibi reprobari, qua generaliter receptũ erat,
vt tempus curreret etiam ignoranti , quod
corrigit ibi imperator, & ita ruſtico ſubue-
niri iubet : intelligere tamen oportebit, ſi
modò potuerit conſulere peritiores.
29 Tertiò principaliter contra textum hunc 3.Opp.
oppono . In cauſa damni euitandi excuſa-
tur quis propter iuris errorem.l. error. verſ.
cæterum. l . iuris ignorantia. ff. de iuris &
fact.ignorant.niſi is error iuris naturalis ſit
qui nunquam excuſat.l. venia. C. de in ius
vocan.at verò filij dum agunt de perſequé-
da legitima ſuorum parentum, vidẽtur age
30 re cauſam damni euitandi, quoniam rem
ſibi iam debitam perſequuntur. l. fin. verſi.
penulti. C . de codicll . l. cùm in adoptiuis.
verſ.omnia igitur. ibi,naturalia debita per-
cipere.C.de adop.l.Papinianus.§.ſi quis im
pubes.ff.de inof.teſtam.l.& quia.ff. pro ſo-
cio.vſque adeò vt viuo quoq; parente dica-
tur legitima iam debita ipſis filijs.gloſ. ordi
na.in authen.de hæredi . & falcidi.§. ſi quis
verò non implens.in glo.auferri.colla.1.alia
in authen.de trien.& ſemiſſe.in prin. in par
te,debitum.coll.3.quare etiam ſi filius intra
annum non exequatur parentis ſui volun-
tatem, legitimã ſibi debitã non amittet, qđ
Iuſtinianus ſtatuit in illo.§.ſi quis verò non
implés.& tranſtulit Irnerius in authen.hoc
amplius.C.de fideicõmiſ.vbi gl.in parte,na
turale.in fi.neq;etiã ſi filius omiſerit inuẽta
rij cõfectioné amiſſurũ legitimã ſibi debitã
arbitratur.quã ibi ſequũtur Albe.n.10 Ang.
nu.4

num.4.& teſtatur glo. opinionem eſſe cõmunem eam ſequutus Fulg. ibi.nu.5. Corneus col.pen.& idẽ quoq; voluit gl. ſacramento.in.l.fi.§.penul.C.de iure deliber.vbi eam ſequuntur omnes. ex quibus Alexã. nu.8.Corneus in finalibus verbis.Iaſ.nu.2. teſtantur cõmunem eſſe gl. opinionẽ eam ſequuti.tametſi cõtrariũ cenſuerit Oldral. quem ibi retulit Albericus. verùm eãdem opinionem tenuit etiã gl. ordinaria in authen. ſed cùm teſtator. in parte, excedant ad.l.fal.alia in authen.de hære.& falcidi.§. ſi verò non fecerit. in parte,lucrari. coll.1. quarũ opinionẽ dicunt præterea eſſe cõmunem Calcane⁹ conſ.37.nu.6. Corneus cõſi. 180.col.7.vol.4.Guido papæ. deciſ.53.Porcellinus in tractatu de inuẽtario. c.5. fi.col. Corneus in illa.l.fin.de iure delib.§.ſi verò poſtquam.nu.2.Et hanc opinionẽ eſſe omniũ conſenſu receptã,teſtatur Epiſcopus Ciuitatenſis.in.c.ſi hæredes.de teſtamen. nu. 9.& cõmunem eſſe eam optimè defenſans teſtatur Menchaca lib. de ſucceſ.creat.§. 8. nu.15.quæ probari iure optimo videtur ex tex.in authen.de hære.& fal.§.pupillis.verſ. non autem excipimus.coll.1.vbi patronus non conficiens inuentariũ minimè amittit legitimam in bonis liberti ſibi debitam,igitur multò minus filius ſuam amittet. Poſtremò probata eſt hæc opinio lege regia.7

32 tit.11.part.6.Huic difficultati reſpondet gl. fi.in præſen.dicens legitimam non eſſe debitam ipſis filijs,ſed quaſi debitam,cũ lucri etiã hìc odor quidam inueniri poſsit. & in hoc allegat gl.tex.in.l.fi. §. penul. C. de curat.furio.ibi,quæ quaſi debita ad poſteritatẽ ſuã deuoluitur.ad idẽ eſt text.in.l. vnica. ibi,tanquã debita.C.de ijs qui ante aper.tabul.& gl.huius intellectũ ſequũtur in præ. Bar.qui multũ gl.notari mandat in hoc.q̃d idẽ iudicamus de quaſi lucro quod de lucro ipſo.atq; idẽ ſequuntur Bal.Sali. & Ful. & Iaſ.atq; huius etiã gl.meminit Bar.in.l.ſi quis legatũ.§.fi.ff.ad.l.Cornel. de falſis.idẽ Bart.in.l.fi.nu.2.ff.de libe.agnoſ.vbi in hoc allegat Bart.text.vulgarẽ & ordinarium in l.1.§.ſi impuberi.ff.de collat.bono. gloſſæ præterea opinionem teſtãtur eſſe communẽ Aret.in.l.Titia.in princi.nu.3.ff.de verb. oblig.Socinus.num.31.Iaſ.nu.160. in.l.1.ff. de vulg.& pupilla. teſtantur eſſe communem Iaſ.in.l.ſi poſt diuiſionem.nu.3.ꝟ.eo.& in.l.is poteſt.nu.19.ff.de acqu.hære. Segura in.l.3.§.fi.ff.de liber.& poſthum.nu. 115. Et ita non obſtat iam obiecta difficultas. Iam verò opinio gl.in authen.de hær. & falcid. verbo,auferri.& in authẽ.de trien.& ſemiſſe.in parte,debitũ, exiſtimantiũ legitimam verè eſſe debitã filijs in vita parentũ, eſt magis cõmuniter improbata, teſtibus Ioan. de Imola.in.l.cũ filius.in prin.nu.5.ff. de verb. oblig.Iaſ.in.d.l.is poteſt.nu.15.Cepola cõſi.

33 58.num.29.Vnde aliqua, quæ in praxi ſunt vtilia ſubſequuntur.Atq; illud primũ,ꝙ cũ legitima in vita parentum nõ ſit filijs ipſis debita,ſed quaſi debita.iuxta traditionẽ huius gloſ.filio pro maleficio commiſſo condemnato non teneri patrẽ ſatisfacere condẽnationi,etiã pro parte legitima, quæ ipſi filio obtingere poſſet. Quod Barto.ex ſuperioribus deduxit in præallegato. §. ſi impuberi.verſ. vltimò facit.Bal.in.l. omnimodo. §.imputari.col.3.verſ.an autẽ pater.C. de in of.teſta.Iaſ.allegans alios in.l.lex Cornelia. nu.6.ff.de vulg.& pupil.idem in glo.actionis autem.de peculio.nu.91. de act. inſt.idẽ in authen.nouiſsima.nu.7. C. de inof. teſt. innuens hanc opinionem eſſe cõmunem Ripa in.l.qui Romę.§.duo fratres.nu.10.ff. de ver.obli.Vnde exiſtimo ego grauiter errasse Martinũ Laud. qui in tractatu de crimine lęſę maieſtatis.verſ.24. ſcripſit filium cõmittentem crimen lęſę maieſtatis perdere legitimam à patre ſibi obuenturam, id enim ex ſuperioribus conſtat falſum eſſe. Quoniam licèt hoc crimen grauiſsimum ſit,quodque pleniſsimam inducat bonorũ confiſcationem.l.quiſquis.in princ.C.ad.l. Iul.maieſt.c.cũ ſecundùm leges.de hær.in.6 quibus & lex regia cõuenit.2.tit.2.par.7.nõ

34 tamẽ legitimã auferri patri oportebit, quã ille verè filio non debet, neque etiam confiſcatio ad bona futura delinquentis pertinet, ſed ad præſentia tantùm.l.eius qui.§.

1.ff.de teſtam.l.ſi mandauero tibi.§.is cuius.
ff.mandat.ſed neque valeret ſtatutum præ-
cipiens patrem teneri pro delicto filij, con-
trarium enim videtur eſſe naturali æqui-
tati.quod Baldus conſtanter affirmat in.l.ſi
filius.num.2. verſ. item aduerte. C. de bon.
proſcrip.idem in.l.ſi qua pœna. 2.lectione.
verſic. & per hoc patet.ff. de ijs qui ſunt ſui
vel alien. iur. Tametſi & verius ſit & rece-
ptius valere huiuſmodi ſtatutũ. gl. ordina-
ria in rub.de decret.decur. lib.10. quam ibi
doctores omnes ordinariè notant.& prçter-
ea Bal.in.l.1.C.ne fili.pro pat.nu.3.Alex.in.l.
lex Cornelia.nu.7.ff.de vul.& pup.teſtatus
cõmunem eſſe gl.opinionẽ.& cõmunẽ eſſe
præterea teſtantur Iaſ.in authẽ. nouiſsima.
nu.8.C.de inof.teſtam.epiſcopus Ciuitaten
ſis lib.2.variar.reſo.c.8.nu.7. videturq́; glo.
illius opinio probari ex tex.in.c.2.de delict.
puero.vbi valet conſuetudo, vt pater pro fi-
lio teneatur, valebit igitur ſtatutũ: qm̃ con-
ſuetudo ac ſtatutũ non differunt niſi ſicut
tacitũ ab expreſſo differre ſolet.§.ex nõ ſcri-
pto.de iure nat.gent.& ciui.l. de quibus. ff.
de leg.atq; ita eam decretalẽ pro gloſſa illa
expendunt ibi Anchar.nu.6. atque meliùs
Anania.nu.8. Eſt tamen huiuſmodi ſtatutũ
primò intelligendũ, vt pater ſolũ obligetur
ad pœnã pecuniariam, non etiam ad corpo
ralem.ita enim glo.illam interpretatur Bal.
in illa.l.1.ne filius pro pat.Iaſ.in.l. de quibus
nu.57.ff.de legib. atq; cõmunem eſſe hanc
intelligentiã ad gl.illã affirmat Gome.in il-
lo.§.actiones autẽ.de pecul.de act.nu.24.&
eſſe huiuſmodi ſtatutum Peruſij conſtat ex
Bar.q.3.& poſſet quidem ſtatuto hoc pater
obligari vltra legitimam filij ipſius, qđ Fran
ciſcus Tigrinus & eũ referens Bartho.Soci-
nus cenſuerunt.in.l.cùm filius.in princ.nu.
8.verſ.Et per has rationes.ff. de ver. obliga.
Eſt tamen huiuſmodi ſtatutum intelligen-
dum dè filijs legitimis tantùm. quod ſcri-
pſit Martinus Lau. nil prorſus allegans in
tract.de legiti.nu.142.& idem voluit Bal.in
l. generaliter.§.cùm autem.nu.5.C. de inſti.
& ſubſt.Imola in. l. ex facto. §. ſi quis roga-
tus.nume.17. ff.ad Trebellian. vbi idem ſe-
quuntur Alexan.nume.30.Ripa.nume.70.
ſed notante Barbatio in illo. §. cùm autem.
in his quæ ad Baldi ſcripta addidit. Et in na
turalibus procedere, poſſet ſtatutum, ſal-
tem in portione alimentorum, quam ſem-
per pater illis debet. c. cùm haberet. de eo
qui duxit in vxor.quam poll.per adult.

35 Secundò ex hac etiam gl.infertur, quòd
cùm legitima non ſit verè debita filio, ſed
quaſi debita, non poſſe ipſum filium à pa-
tre hæredem inſtitutum acceptare legiti-
mam, & repudiare reliquam hæreditatem.
Licèt enim hoc facere poſſet verus credi-
tor. l. vt debitum. C. de hæred.actio. filius
non poteſt, qui verus creditor ex hac gl.di-
ci nõ poteſt.& ita tenuit illationẽ hãc Bart.
in.l.gerit.nu.22.ff.de acqui.hære. idem Bar.
in.l. quia poterat. nu.5.ff.ad Trebe. quo in
loco Alex.num.12.verſ.ſed non recedo. te-
ſtatur hanc eſſe communem opinionem
eam ſequutus, atq; eam ſequuntur Bal.Ful.
ac cæteri.in.l.3. C.de impuber. & alij ſubſt.
vbi Alexan.iterum.num.2.teſtatur hanc eſ
ſe communem opinionem. atq; idem affir
mant ibi Decius.nu.5.Curtius iunior.nu.8.
Corraſius.nu.11. & eam ſequuntur præter-
ea Ange.de Peru.in authẽ.hoc amplius.nu.
4.C.de fideicommiſ.Franciſcus de Aretio.
in.l.1.nu.10.verſ.ſed tu aduerte.ff.de vulga.
& pupil.vbi Socinus.nu. 31. qui pluribus ar
ticulũ hunc diſputat.in.4.columna eius nu
meri, affirmat hanc eſſe communem opi-
nionẽ eã ſequutus, quam etiã dicit eſſe cõ-
munẽ Ripa ibi.nu. 159. verſi. non diſcedas.
cõmunem eſſe teſtantur Oroſcius in.l.ſi ar
rogator.nu.122.ff.de adoptionibus.Mẽcha.
§.20.nu. 212. Quæ ſententia vera eſt, ſiue ex
teſtamẽto deferatur filio hæreditas, ſiue ab
inteſtato.ſecũdũ Panor.in.c.Raynũtius.nu.
28.de teſtament.Guillelm. Benedict.ibi. in
verb.ſi abſque liberis moreretur.2.in mate
ria vulg.ſubſtitut. num. 48.tametſi Roma.
in.l.1.ff.de acquir.hæred.nume. 12. idem in
l.vnica. C. quando non pet.par.num.11.&
ante eum Bal.in.l.3.ff.de ac.hær.itẽ Ang.de
Aret.in.§.fi.Inſt.de hær.qual.& diff. Corra.
in illa.l.3.cõtrariũ cenſuerunt, aduerſus quos
fortiſsimum

fortiſsimum argumentum eſt, quòd cùm legitima etiam ſit relinquenda filio titulo inſtitutionis in authent. vt cùm de appe. cogn. §. aliud. coll. 8. quoniã honorabilior ille ſit. l. filiũ. §. ſed ſi portio. ff. de legat. præſt. non poteſt filius eã adire reliquũ repudiãs hæreditatis. l. 1. & 2. l. ſi ex aſſe. l. ſi ſolus. in prin. ff. de acqui. hære. l. quidam elogio. C. de iure delib. quòd ſi verus creditor eſſet filius, hoc ei iure optimo licet. ex tex. in dicta
36 l. vt debitum. Eſt tamen caſus, in quo liceret filio ſeparare legitimam à cætera hæreditate, ſi in illa haberet vulgarem ſubſtitutum, atq; ipſius portio eſſet valde grauata legatis, cùm & hoc patrono facere liceat. l. ſi libertus patrono. verſi. quid ergo. ff. de boni. libert. ex quo textu ita voluerunt Bar. in dicta. l. gerit. tit. 23. idem in. l. 1. ff. de vulg. & pup. nu. 27. vbi eum cæteri ſequuntur, et præterea Decius in. l. Ius noſtrum. verſ. tertiò ampliatur. ff. de reg. iu. Villalonga in. l. re coniuncti. folio. 50. col. 3. ff. de lega. 3. atq; communem eſſe hanc opinionem conſtat ex Epiſcopo Ciuitatẽſi in illo. c. Raynũtius §. 10. ſi. col. & ita quoq; Paulus reſpõdit cõſ.
37 222. vol. 2. Vltimò adde, quòd cũ pater non ſit filij ſui debitor reſpectu legitimæ, dicendũ eſt, bona ipſius patris nõ eſſe tacitè in fauorem ipſius filij obligata pro legitima illius. quod Alexan. obſeruauit. in. l. in quartam. num. 16. ff. ad. l. fal. Et tametſi illi cõtradicat Picus ibi. nu. 117. opinio Alex. ex ſuperioribus rectior eſt. atq; veriorem eſſe affirmat eam ſequutus Decius. conſ. 235. col. ſi. cõmunẽ eſſe ſcribit Nebuſantius in tract. de pignor. 4. membro. 2. partis principalis. n. 164. verſ. vigeſimuſquartus, eã ſequutus.
38 Quartò principaliter contra textum hũc ita oppono. Textus hic ſimpliciter excludit filiam hanc emancipatam à ſucceſſione paterna, quoniam annus elapſus fuerat, intra quem oportebat agnitã fuiſſe bonorum poſſeſsionem. Sed videtur quòd adhuc debeat admitti: licèt enim ſit excluſa ab edicto vnde liberi, admittenda videtur per caput vnde cognati, cũ ſoleat vnuſquiſq; in gradu ſibi ſuccedere. l. 1. §. ſed vidẽdum. ff. de ſucceſſ. edict. Odofredus in præſenti. num. 1. verſi. Vel eſto quòd iſte. quærit ex poſterioribus nemo vidit. Reſpondet ideo filiam hanc emancipatam ex inferioribus capitibus nõ admitti, quoniã habuerit fortè fratrem, qui cùm bonorum poſſeſſionẽ & ipſe ex primo capite vellet agnoſcere, excluſit ſororẽ volentem ex inferioribus capitibus admitti ex tex. eleganti in. §. admonẽdi. verſ. ex qua parte. Inſti. de hęre. quæ. ab inteſt. deferunt. Sed hic intellectus planiſsimè diuinat. Quis enim probare poſſet fuiſſe fratrem huic Marcellæ? Quare melius glo. noſtra in finalibus verbis cõfeſſa Marcellam hic iure optimo ex inferioribus capitibus ſucceſſuram. Et glo. intellectũ ſequuntur omnes, ex qua tu collige excluſum ab vno capite, ex alijs poſſe ſuccedere. Sed glo. tu accipe in caſu, in quo agit, cũ tacitè quis excluditur vt hìc Marcella ex lapſu dierũ legitimorũ: nanq; ſi expreſsim fuiſſet Marcella excluſa à primo gradu vnde liberi quoniã hæreditatem repudiaſſet, generaliter ab omnibus capitibus excluſa cenſeretur. gl. ſingularis in illo. §. nunc vidẽdum. in gloſ. ſuccedat. quam ſingularẽ eſſe ac ſemper allegari affirmat Paulus de Caſt. in præſenti fin. verbis. atq; eã ſequitur idẽ Paulus in. l. 3. nu. 3. ff. de acq. hære. vbi ſingularem illam dicit, nec eſſe alibi idẽ Paulus de Caſt. in. l. 1. nu. 6. C. qui admit. dicens iterũ eam eſſe ſingularem ac ſemper allegari. Et glo. opinionem tenet Bart. in. l. nec is. §. 1. ff. de acqui. hære. vbi Iaſ. nu. 17. dicit cõmunem eſſe Bar. opinionẽ, qui paulò antè glo. illã ſolennẽ eſſe prædixerat. atq; eam ſequũtur ibi Pau. Alex. & alij. Iaſ. in. l. ſi creditori. nu. 2. ff. de leg. 1. Guillel. Benedict. in. c. Raynuntius. de teſt. in parte, mortuo. 2. nu. 156. Tiraquell. poſt. ll. connubiales. gl. 5. nu. 78. cõmunẽ eſſe gl. opinionem teſtatur eam ſequutus epiſcopus Ciuitatẽſis in reg. poſſeſſor. de reg. iur. in. 6. 2. parte. §. 5. nu. 5. col. eius numeri. 2. Quare limitanda erit hoc caſu regula tex. in. l. 2. §. expectandi. ff. de bon. poſ. ſecun. tabel. vbi probatur paria eſſe aliquẽ excludi tempore vel renuntiatione.

39 Quinto loco contra textum hunc oppo. ipſe textum in l. licet. §. de iure deliberã. vbi etiam longi temporis ſpatio nõ poteſt quis excludi quo minus adire poſſit hæreditatem ſibi delatam, quare igitur in præſenti lapſus vnius anni excluſit Marcellam à perſequenda paterna hæreditate? Sed tu reſpõde textum hunc noſtrum agere de iure prætorio, cuius iuris remedia plerunque intra annum duntaxat viuunt, nam & ipſius prætoris intra annum erat imperium. in principio Inſtit. de perp. & tempor. action. quare cùm Marcella hęc emancipata iam à patre, ac proinde hoc tempore incognita à iure ciuili non poſſet ad paternam ſucceſsionem aſpirare niſi ex prætoris beneficio & intra annum, eius remedio vti eam oportuit. Sed tex. in l. licet. etiam longo tempore non excludit facultatem adeundæ hæreditatis

40 cuicunq; delatæ. Sed an & iure ciuili aliquo tempore quis excludatur ne adire poſſit hæreditatem ſibi delatam. Et tempore longiſſimo ius adeundi perire. 30. ad minus annis exiſtimat gloſ. longi. in illa. l. licet. vbi eius opinionem ſequuntur Ricardus, Petrus, & Cynus. Barto. & poſteriores communem, que eſſe glo. traditionem affirmat Bal. eam ſequutus. num. 5. communem eſſe teſtantur eam probantes Fulgo. Corneus, & Iaſ. & idem quoque voluit gloſ. in. l. 3. in gloſ. poteſt. ff. de acqui. hæred. vbi eam ſequitur Barto. & communem eſſe teſtantur Roman. num. 3. idem fatentur ibi Alexan. Aretinus, & Iaſ. atque præter hos teſtantur hanc opinionem communem eſſe hi præter alios, Corneus conſilio. 305. num. 6. volu. 3. Barth. Socinus cõſilio. 81. vol. 1. in finalibus verbis. Franciſ. Balbus de præſcript. 4. part. 4. part. principalis. q. 19. Rodericus Xuarez in. l. 1. titu. de hæreditatibus. num. 44. lib. 3. for. legum. Pariſius conſilio. 32. num. 16. vol. 3. Iaſ. in. l. fi. C. de repud. hæred. col. 2. verſ. Sextò limita. Decius in. l. 2. num. 3. C. qui admit. Bernar. Diaz regu. 21. Adeundi. quoniam licèt ius adeundi conſiſtat in facultate quare videbatur præſcribi illi minimè poſſe. l. viam publicam. ff. de via pub. illa facultas priuata eſt, non publica. de qua propriè loquitur tex. in illa. l. viam publicam. vt eã interpretatur Iaſ. poſt alios ibi in. l. 3. num. 15. ff. de acq.

41 hæred. Sed & ius immiſcendi competens ſuis hæredibus eodem tempore lõgiſsimo triginta annorum excluditur. tametſi gloſ. ordinaria in. l. vnica. C. quan. non petent. part. in gloſ. magna. verſ. vel pone ſecundo. velit perpetuò illud ius durare. quam dicit eſſe diligenter notandam Ange. ibi, & eam notat Alexan. num. 7. qui tamen poſt alios quos ibi allegat triginta annis & ſuis hoc ius perire exiſtimat. Et hanc opinionem teſtantur eſſe communem Iaſ. in dicta. l. licet. Alexan. in. l. 3. ff. de acqui. hæredita. col. 2. Socinus conſ. 63. col. 2. vol. 1. Curt. in illa. l. vnica. num. 28. tametſi. gl. opinionem communem eſſe incurius hic Iaſ. ibi dixerit. nu. 26. Et huic iuri adeundi hæreditatem ideo præſcribitur, quoniam à principio naſcitur ex eo ius quoddam deducibile in iudicium. quòd Aymon Craueta. obſeruauit de anti-

42 quit. tempor. folio paruo. 182. num. 37. Ex ſuperioribus fertur aliquando Bartolum conſuluiſſe filiam, cui triginta anni lapſi ſunt, vt iam non poſſit adire hæreditatem, poſſe petere, vt ab inteſtato decernantur ſibi alij triginta per caput. vnde liberi. totidemq; pro inferioribus capitibus. atque ita videtur voluiſſe ipſe conſilio. 129. num. 3. & ſequuntur eius opinionem Bal. Paul. Alexã. Corneus, & Iaſ. in dicta. l. licet. atq; alij multi, quos allegat Tiraquell. de retract. conuent. §. 2. gloſ. vnica. num. 20. & communẽ eſſe teſtantur Carolus Ruinus conſilio. 24. numẽ. 1. vol. 1. & conſi. 162. nume. 8. volu. 3. Marant. in. l. Is poteſt. num. 96. ff. de acquir. hære. Quanquam nonnulli hanc Bartoli deciſionem improbare contenderint, cauſantes illam gradus ſucceſsionẽ, qua vnuſquiſq; poteſt ſibi ſuccedere, de qua agit tex. in illo. §. nunc videndum. tantùm procedere in ſuis hæredibus, idque in ſucceſsionibus prætorijs duntaxat. ita enim voluit quidam Franciſcus Tigrinus, conſilio. 158. incipienti. Prędictæ rationes quantumcunque ſint decorę. num. 4. verſ. ſecunda ratio.

inter

inter conſilia Bartoli. cuius opinionem ſequuntur Fulgo. & Salicet. in illa. l. licet. atq; hanc contra Barto. opinionem ſeruari communiter affirmat Carolus Moli. ad Alexan. conſilio. 87. num. 7. volum. 2. Verùm Bartoli opinionem ipſe ſequor, quã etiam approbarunt Sapia. nu. 70. Iacobus de nigris. nu. 74. in. l. 1. C. qui admit.

43 Sed anni tempus datum ex hac lege ad agnoſcendam bonorum poſſeſsionem, vel triginta annorum tempus, quod ius ciuile impendit ad adeundam hæreditatem, an iudex abbreuiare poſsit, inſtantibus creditoribus? Et videtur hoc iudici non licere. ex tex. eleganti. in. l. 1. verſ. ſanè. ff. de ſucceſſ. edict. ibi, præcipitandi non ſunt. & videtur idem probare text. in. l. ſi quis inſtituatur. §. ſed ſi bonorum, ibi, erunt partes prætoris vt imitetur edictum ſuum. ff. de hære. inſtituen. atq; ita colligit Bartol. ibi, dicens feciſſe ſe ex hoc irritari multos proceſſus, in quibus iudices abbreuiauerant hæredibus hæc tempora. Idem tenuit Imola ibi. num. 1. idẽ Bartolus ipſe obſeruauit in. l. 1. §. ait prætor. nu. 8 ff. de iure delib. idem Bart. nu. 1. in. l. ſi diu. ff. ex qui. cauſ. in poſſ. eatur. Et probata videtur hæc Bart. doctrina ex tex. eleganti. in. l. 2. tit. 6. par. 6. ibi. *cien dias alomenos*. contrarium videtur probare tex. in. l. ſi curatoris. ibi, moderatum tẽpus ſtatuet. C. de iure delib. vbi hoc videtur iudici permiſſum. & ita tenet gloſ. in rub. C. de ſucceſſ. edict. Breuis tamen eſt huius controuerſiæ diffinitio. Nam iudici quidem licet abbreuiare hoc tẽpus in hoc, vt ſi intra tempus à ſe datum hæres nõ adierit hæreditatem, poſsit ipſe bonis ipſis hæreditarijs curatorem conſtituere, quem creditores poſsint conuenire: Sed abbreuiare hæc tempora iudici non licet, vt hæredem excludat à facultate adeundæ hæreditatis. Autor huius reſolutionis primus (quod ipſe ſciam) fuit Iacobus Butricarius, quem refert ac ſequitur Alexander in illa rub. de ſucceſ. edict. nu. 1. vbi hanc reſolutionem teſtantur eſſe communem Iaſ. & Decius, vterq; nu. 4. & communem eſſe affirmant Curtius ibi nu. 6. Sebaſtianus Sapia. nu. 3. Gregorius in l. partitæ. in gloſ. incipienti *alomenos*. quam etiam ſequuntur Ripa. in. l. 2. ff. de re iudica. num. 22. Franciſcus Marcus. deciſ. 26.

44 Teſtatori tamen liberum erit huiuſmodi tempora data ad adeundam hæreditatẽ abbreuiare, præfigereq; poteſt hæredi tempus intra quod adeat hæreditatem. l. ſi quis hæres ita ſcriptus. ff. de acqui. hæred. Ex quo tex. ita colligit Ange. ibi, dicens ita ſe ex facto Florentiæ conſultum reſpondiſſe. Angeli opinionem ſequuntur ibi Imola nu. 1. Paulus de Caſtro. nu. 3. Aretinus in. 1. notabili. Alexan. in. l. nemo poteſt. nume. 31. ff. de legat. 1. Iaſ. ibi. 1. lectione. num. 11. Ripa. nu. 16. profeſſus veriorem eſſe Angeli opinionẽ quam etiam ſequuntur Crotus ibi. nume. 25. Ioannes Annibal. num. 101. & teſtatur eſſe communem Alciat. ibi. nume. 4. Et ipſe eam ſequor, reclamante licèt Iaſ. in repetitione. num. 17.

Summa rerum. l. Si poſt diuiſionem.

1 *Diuiſio facta cum hærede putatiuo, non nocet uero hæredi propter ignorantiam facti.*
2 *Prætores clariſsimi eſſent an ſpectabiles?*
3 *Teſtamentum præſumi in dubio: ſolenne & uerum.*
4 *Declaratur text. in. l. cùm putarem ff. fami Erciſc.*
5 *Non tenetur quis exequi minùs ſolennem uoluntatẽ, quam errans approbauit.*
6 *Debiti naturaliter non eſt repetitio.*
7 *Hæreditas relicta in minùs ſolenni uoluntate: an debeatur naturaliter.*
8 *Declaratur gloſ. difficilis.*

L. 4. Si poſt diuiſionem.

Legem hanc eſſe pulchram ac ſubtilem Iaſſon in præſenti teſtatur. Diuiditur ſecund. Barto. in duas partes, in prima ponitur iuris doctrina, in ſecunda doctrinæ praxis. Secunda ibi, oſtende, igitur. in textu ibi per ignorantiam facti: quæ nota Odofredi eſt, & cæteris non diſplicet. Summatim hoc continet.

1 Diuiſio facta per hæredem putatiuum

non nocet vero hæredi propter interueniẽtem ignorantiam.

2 Collige primò ex tex. ibi Rectorem virum clariſsimum, Rectores viros clariſsimos eſſe, qui & iidem prætores ſunt nuncupati. Sunt enim quinq; magiſtratuũ ordines, quos gloſ. ſigillatim enumerauit in authen. vt ab illuſt. & qui ſup. ea ſunt. coll. 5. adde textum in. l. 1. §. 1. verſ. quod ſi fortè. ff. de reb. eorum. vbi etiam clariſsimus prætor dicitur. Ad idem eſt text. in authen. de leno. §. præconiſanus. vbi dicitur ſpectabilis. Et clariſsimum eſſe prætorem probat textus in authen. vt ſine prohib. matre. ibi. & clariſsimi prętoris. in. l. 1. C. de tuto. & cura. Illuſtr. perſonar. Sed quid eſt quod tex. in illo. §. pręconiſanus. & præterea tex. in authẽ. de appell. & intra quæ temp. §. illud. verſ. ſimiliq; modo. coll. 4. ſpectabilem prætorẽ eſſe dicant, cùm clariſsimus ille ſit. atq; huius tex. poſterioris meminit gl. ordinaria in rub. ff. de offi. prætor. Ad hoc facilis eſt reſponſio, ſi dixerimus textum hunc nõ agere de prætore, ſed de rectore, quòd ſi hæc ſunt ſynonoma, dicemus cum Odofredo in præſenti virum clariſsimum, hoc eſt clariſsimę dignitatis. Tertiò reſpondeo cum Iaſſone in. l. 1. in princi. num. 14. ff. de offic. eius. quòd cùm prętor clariſsimus nominatur, ex eo eſt, quòd qui ſpectabilis eſt, quę eſt ſuperior dignitas, clariſsimus quoq; dicetur. l. cùm furti. ff. de milite. iuran.

Ex ſuperioribus infertur, quòd cùm ſpectabilis ſit prætor, & clariſsimus, competere ei ex iure merum imperium. l. illicitas. §. qui vniuerſas. ff. de offi. præ. vbi præſes prouinciæ habet ius gladij, quod merum imperium appellamus: at pręſes prouincię ſolũ clariſsimus eſt. l. vnica. C. de priuat. carcer. l. vnica. C. de raptu virgin. Quare malè Fulg. ac Romanus, qui in. l. 1. in princi. ff. de offi. eius. exiſtimarunt prætori ex iure non competere merum imperium, ſed tantùm voluntariam iuriſdictionem. Sed contra hos ſunt iura apertiſsima. in. l. 2. ff. de in ius. voc. in. l. nec magiſtratib⁹. ff. de iniur. in. l. libellorũ. in princi. ff. de accuſ. vbi cognoſcit prætor de cauſa adulterij. in. l. ſed & ſi per prætorẽ. §. hæc clauſula. ff. ex qui. cauſ. maior. quare hanc opinionem contra Fulgo. ac Roma. tenet Alexander in dicta. l. 1. in princi. nu. 13. cuius opinionem affirmat eſſe magis communem Gaſpar Valaſcus. in. l. imperiũ. nu. 108. ff. de iuriſ. om. iudi. verſ. defendẽdo tñ.

3 Secundò principaliter collige ex litera huius textus ibi. oſtende igitur, teſtamentũ in dubio pręſumi ſolẽne ac validum: quòd ſi quis inualidum illud eſſe contenderit, probare eum id oportere, ſed & in quacunque publica ſcriptura idem eſſe probat tex. in. l. cum precibus. C. de probat. in. l. optimam. C. de contr. & commit. ſtipulat. l. fin. verſ. ſin autem. C. arbit. tut. quare eleganter Bal. in. c. 1. §. ſi inſtrumentum. num. 2. de notis feud. ſcribit, ex quocunque inſtrumento publico oriri duas præſumptiones, & quòd verum illud ſit, & quòd ſolẽne, imò inquit Baldus, oriuntur duæ probationes. Adde quòd inſtrumentum publicum dicitur probatio probata. quod idem Baldus ſcripſit in. l. licet. in fine. C. de iudi. etiam ſi teſtes eo contenti dicant non recordari ſe, quòd illi inſtrumento interfuerint. Innocẽtius in. c. cùm Ioannes. num. 2. de fide. inſtrument. Faber. in. §. item verborum. num. 14. de inuti. ſtipu. quod accipi debet teſtib⁹ hoc dicentibus poſt multũ tẽporis ab inſtrumento confecto, nã ſi ſtatim id dicant, ſuſpectum eſt proculdubio inſtrumẽtum. hoc ita obſeruante Paulo de Caſtro in. l. in exercendis. num. 4. verſ. ſed ſi non tantũ tempus trãſiuit. C. de fide inſtrumẽ. Quòd ſi teſtes inſtrumentales quos vocant, negarent ſe inſtrumento interfuiſſe, vacillaret ſanè fides inſtrumenti. l. 1. §. fi. ff. quemadmo. teſt. aper. quo in loco Barto. pleniùs proſequitur partes huius argumenti Paulus de Caſtro in illa. l. in exercendis. Innocẽtius & poſteriores in illo. c. cùm Ioannes. Panor. in c. ad audientiam. 5. notabili. de præſump. Hippolyt. ſingul. 61. Alciatus. 13. præſump. 3. regu. Boër. deciſ. 118. Epiſcopus Ciuitatenſis in pract. quæſt. c. 20. Ex quorum ſcriptis facilè conſtare poterit doctrina ac praxis. l.

1.Opp. cum precibus.ſup.allegat. Sed vt peculiarẽ
4 huius reſponſi difficultatem ingrediamur,
aduerſus deciſionem ipſius oppono textũ.
in.l.cùm putarem.ff.famil.erciſ. vbi diuiſio
hæreditatis facta cum hærede putatiuo, nõ
retractatur, etiam comperta veritate, quòd
ille hæres non ſit. gloſ. magna in præſenti
non prætermiſit hanc difficultatem, ei ſatiſ-
faciens, ex eo quòd hìc facta fuerit diuiſio ſi
ne iudice. in.l.cùm putarem. fuerit facta cũ
iudicis authoritate, quod ex vtriuſq; legis ſe
rie ſatis conſtare poteſt. & gloſſæ intellectũ
tenent in præſenti Odofred.col.1.ad finem
verſ.Orſignori. Odral. & Cynus. 1. oppoſi-
tione, & omnium antiquorum fuit hic in-
tellectus, vt non immeritò Barto.1.oppoſit.
Albericus paulò ante numerum primum
communem eſſe hunc harum legum intel
lectum tradiderint, quem & poſteriores o-
mnes probarunt. ſed & eum repetit glo. nõ
ſemel in.l.cõtraria. quoniam authoritas rei
iudicatæ, quæ pro veritate accipitur, im-
pedit hoc caſu repetitionem.l.1. C. de con-
dict. indebit.l.ſi fideiuſſor.§.in omnibus.ff.
mandat.l.ex cauſa.C. de compenſ. ſicuti in
hoc iudicio diuidendæ hæreditatis ſenten-
tia facit, ne denuò illud intentari poſsit. l. ſi
filia.§.familiæ.ff.fam.erciſc. nam ſi ſine iudi
ce facta diuiſio eſſet, poſſet iterum intenta-
ri.l.1.j.fam. erciſc.ſecundùm vltimum intel
lectum gl. magis communiter approbatũ.
Adde quòd etiam diuiſio facta ex iudicis
authoritate in terminis dictę.l. cùm putarẽ.
adhuc retractari poſſet beneficio reſtitutio
nis in integrum.l. diuus. ff. de re iudic.l.fi.j.
ſi ex fal.inſtrumen. Si teſtamentum itaque
falſum fuiſſet, non procederet lex cõtraria.
Sed an idem dicendum ſit ſi teſtamentum
ſolennitate eſſet defectum? Et idem eſſe di-
cendum Ricardus Malumbre hìc ſcripſit,
cui & Cynus videtur aſtipulari. contrà Bar-
tolus.num.3. cuius opinio obtinuit, quoniã
minùs ſolenne teſtamentum licèt falſi ge-
rat imaginem. in authen.de Tabellio.§.fin.
coll.4.l.nulli.de numer.lib.11.in verſ.ſi quid
autẽ ſine hanc obſeruatione. id ſolùm pro-
cedit quoad imponendam pœnam ipſi ta-
bellioni.l.iubemus.in fine. C. de teſtamen.
non quoad alios effectus. Item adde, quòd
idem operaretur iuramentum additum di-
uiſioni, quod operatur res iudicata in caſu
l.cùm putarem. vel etiam tranſactio facta
Guillelmi de Cugno. opinio eſt. cui & Bal.
ſe ſubſcripſit.in.l.1.3. oppoſit. C. plus valet.
quod agit. quod & Iaſ. ſequitur in præſen.
nume.4. Nam iuramentum atq; tranſactio
vicem rei iudicatę ex iure obtinent.l.2.ff.de
iur.iur.l.non minorem.C.de tranſact.
5 Secundò contra textum hunc oppono 2.Opp.
textũ in.l.nõ dubiũ.verſi.fi.j.de teſtam. vbi-
ſi quis geſta in minùs ſolẽni volũtate appro
bauit, cogitur deinde ſtare diſpoſitioni ap
probatæ. glo.in.l.contraria. reſpõdet, ꝙ hìc
extra iudicium proceſſerat approbatio, ibi
in iudicio. Tu verò dic, quòd in lege contra
ria. fuit approbata minùs ſolennis teſtan-
tis voluntas à ſciente, hìc ab ignorante, imò
potiùs ab errante. Item adde, quòd minùs
ſolennis voluntas approbata non cenſetur
ſimpliciter approbata, ſed in eo ſolũ, in quo
approbatur nominatim. glo. ordinaria in
dicta.l.non dubium. Cuius opinionem ſe-
quuntur ibi antiquiores. & eſſe communẽ
teſtantur Alexan.ibi.nu.3.Iaſ.col.2.& idem
quoq; voluit gloſ.in.l.2.in gl. præſtiterunt.
C.de fideicommiſſ. vbi ipſe dicam latiùs ali
quãto. Quæ opinio probari videtur ex tex.
eleganti in.l.Lucius.§.teſtator, ſecundùm in
tellectum Bart.ff.de legat.2.
6 Tertiò contra textum hunc ita argumẽ 3.Opp.
tor. Solutũ nõ repetitur ſi naturaliter debea
tur.l. fideicõmiſſum.j.de cõdi.indeb. multa
videbimus in.l.cũ quis.j.eodẽ. ſed cũ hìc ſi-
mus in cauſa teſtamẽti imperfecti, videtur
orta ſaltẽ naturalis obligatio, quæ videtur
impedire repetitionẽ, nõ igitur verus hæres
7 à cohærede putatiuo quicquã repetet. Glo.
fi. intelligens hanc difficultatem primò ſol
uit, dicens quòd obligatio illa naturalis or-
ta ex teſtamento minùs ſolenni, locum ha-
bet quoad legatarios, quibus debent hære-
des legitimi ad quos peruenit hæreditas re-
licta in minùs ſolenni teſtamento, nõ verò
adinuenitur obligatio illa naturalis inter
ipſos

ipſos cohæredes iure directo ſuccedentes: quoniam cohæres non damnatur cohæredi quicquã dare, cùm à ſeipſo capiat vnuſquiſq;.l.in ſingulis.ff.ad.l.falcid.l.ſed ſi ſub conditione.§.fi.ibi,ſeruus enim hæres inſtitutus à ſeipſo libertatem accipit.ff.de hęre. inſtituen. quare cùm hîc nulla reperiatur naturalis obligatio, nil eſt quod impediatur repetitio. Hic intellectus gloſſatoris & ſubtilis eſt, & Bartolo placet, cui & cæteri conſentire videntur. Ex quo tu collige glo. hîc apertiſsimè inſinuare hereditatem relictam in teſtamento imperfecto non deberi ei cui relicta eſt naturaliter. Et hanc opinionem per textum hunc tenet Imola.nu. 8.Alexan.nu.23.in.l.nemo poteſt.ff.de leg. 1.vbi Iaſ.1.lectione.nu.75. teſtatur hanc opinionem communem eſſe eam ſecutus.eandem fatetur eſſe communem plures allegans Ripa ibi.num.102.qui eã tenet. ſuntq; pro hac opinione non parum vrgentia fundamenta vltra tex.hunc. Et primò, quoniã licèt legata ex aliquorum opinione quam nos diligentiùs examinabimus in.l.cùm quis.j.eodem.debeantur naturaliter, hæreditas tamen non debetur: quoniam ſicut legata faciliùs conſeruantur quàm hæreditas, ita etiam faciliùs debentur.l.ex parte.ff. de adimen.lega. Quare per edictum, ſi quis omiſſa.cau.teſtamenti.licèt conſeruentur legata, hæreditas non conſeruatur.l.ſi.in teſtamento.in prin.ff.ſi quis.om.cau.teſtament. vbi Bal. vt primùm eum textum redegit in compendiũ, addit hæc verba. Probatur hîc apertè, quòd inter cohæredes nulla eſt naturalis obligatio. & idem colligit ibi Angelus. præterea hoc probat tex. in.l. hac conſultiſsima.§.ex imperfecto. C. de teſtamẽt. vbi hæreditas relicta in teſtamento inter liberos alicui extraneo, cuius reſpectu teſtamentum illud eſt imperfectum & minùs ſolenne, iure accreſcẽdi deuoluitur ad ipſos liberos: nam ſi extraneo deberetur ſaltẽ naturaliter, non accreſceret liberis. Quoniam notiſsima regula eſt in materia iuris accreſcendi, portionem vt accreſcat, omni iure & ciuili & naturali vacare oportere.l. planè.§.ſi coniunctim.ff.de leg.1.gloſ.ordinaria in.l.ſi duo patroni.in prin.gloſ.iuraſſet.ff.de iureiur.quam ibi ſequuntur Barto. & alij.& teſtatur eſſe communem Iaſ. in.l. vnicã. nu.34. C. quan.non pet.idem in.l.re coniuncti.num.201.de leg.3.Curtius in illo §.ex imperfecto.col.pen. & alibi plura addã, quoniã non id modò agimus ex propoſito. Gloſ.tamen noſtra cùm rectè ſoluiſſet hanc difficultatem, in peius ſententiã ſuam reformans, fatetur non poſſe procedere iã datam ſolutionem, quoniam oriatur etiam inter ipſos cohæredes naturalis obligatio ex minùs ſolenni teſtamento, ſicuti ex ſententia ipſius orirerur naturalis ac ciuilis, ſi rectè conditum fuiſſet, in quo gloſ. toto iuris cælo aberraſſe videtur. Quoniam (vt iã probaui) priorem opinionem huius gloſ. ſequutus, verè inter ipſos cohæredes nõ oritur obligatio illa naturalis. & ita tenuit præterea glo.in.l.vnum ex familia.§.ſed ſi vno. in glo.quia ratio.ff.de leg.2.vbi eam in hoc excludit Bal.in finalibus verbis. Imol.ſuper glo.fi.& vterq; eorum nominatim hanc gl. noſtram reprehendit. Nam & in exemplo quod ſtatim gloſ.ſubiicit de ſtipulatione inualida, errauit, quoniam exiſtimat ex ea oriri naturalem obligationem, quod eſt cõtra textum.in.l.1.§. ſi quis ita interroget. ff.de verb.oblig.in.l.1.§.eum qui.ff.de conſti.pecu. Quare gloſ. ſoluit quòd hîc errauit in facto verus hæres exiſtimans teſtamentum fuiſſe ſubſcriptum ſeptem teſtibus, cùm ſex dũtaxat ſigilla contineret, quaſi innuat gl. textum hunc accipi oportere de errore facti duntaxat. quod & Odofredus contendit, quorum opinionem communiter à doctoribus reprehendi Paulus de Caſtro affirmauit, quoniã & de iuris errore poſſet tex. hic accipi, iuxta primum gloſ.intellectum. Iam verò exemplũ de ſex teſtiũ ſigillis tolerari vix poteſt, eſſet enim craſſa nimis ignorantia, & quæ fortè etiam ſi in facto conſiſteret, minimè excuſaret errantem.l.nec ſupina.ff.de iuri.& facti ignoran. Quare commodius exemplum erit, ſi dixeris ſeptẽ quidem ſigilla impreſſa fuiſſe teſtamento, vnũ

tamen eundemq; teſtem ſigillum ſuum bis
8 impreſsiſſe. Vltimò quærit gloſ. qua actio-
ne repetet hæres verus à cohærede partem
quam ille obtinet propter diuiſioné. Et glo.
reſpondet, quòd medietatem medietatis re-
petet rei vẽdicatione, quoniã errans tranſtu
lit illam partem in illum, credens eſſe ſuum
cohæredẽ, & hic error dominij cauſam mu-
tare non potuit. l. 3. §. ſubtilius. ff. de condict.
ob cauſ. aliam dimidiam quam tranſtulit
in eum tanquam propriam, vtpote cohære
dem repetet condictione ſine cauſa. l. 1. ff. de
condict. ſine cauſ. Nam cùm cauſa diuiſio-
nis transferat facta veluti cum hærede, & il
le hæres non ſit, repetet per hanc condictio
nem illam dimidiam. gloſ. opinio commu-
nis eſt, Fulgo. id ita affirmante col. fi. Addũt
Cynus & Paulus condictionem indebiti ra
tione poſſeſsionis pro vtraq; portione intẽ-
di poſſe. l. indebiti. §. ſed ſi nummi. ff. de con-
dict. indebit. Placentinus verò, quem gloſ.
refert, existimabat nil in præſenti traditum
fuiſſe hæreditatis hæredi putatiuo. quare
dicit ille obtineas, id eſt retineas. Sed prior
gloſ. intellectus & verus & communis eſt,
& ego eum ſequor. Tametſi lõgè aliter hęc
explicet Alcia. lib. diſpunct. 1. c. 8.

¶ *Summa rerum. l. cum falſa.*

1 *VEritatis atque rerum ſubſtantia non immuta-
tur hominum denominatione.*
2 *Erronea confeſsio non præiudicat confitenti quo mi
nus ex ueritate ſe iuuare poſsit.*
3 *Declaratur tex. in. l. non fatetur. ff. de confeſſ.*
4 *Alia cauſa liberationis, alia obligationis.*
5 *Si ego confiteor fundum qui meus eſt tuum eſſe, an
præiudicet confeſsio?*
6 *Textus in. l. interrogatam. & l. iubemus. C. de lib.
cauſ. nouè conciliantur.*

L. Cum falſa.

P.Oteſt diuidi in duas partes. In
prima ponitur quędam regula.
In ſecunda ex regula deducitur
quędam illatio. Secunda eſt ibi,
1 reſpondeo id quod. Collige primò ex text.
hoc, veritatem atque rerum ſubſtantiã non
immutari hominum denominatione. Idẽ
probat tex. in. l. ſi fortè. ff. de caſtren. pecul.
vbi ſua denominatione non poteſt quis ca-
ſtrenſia bona facere ea quæ caſtrenſia non
ſunt. l. inſulam. ff. de præſ. verb. l. aſſumptio
ff. ad municip. c. conſtitutus. de relig. domi.
clem. fi. in. 2. reſpon. de ſent. excommuni.
2 Deinde collige ex textu, quòd erronea
confeſsio non præiudicat confitenti quo
minus ex rei veritate iuuare ſe poſsit. Quare
non poteſt quis ſola ſua cõfeſsione ſe homi
cidam conſtituere. l. 1. §. ſi quis vltro. ff. de
quæſt. l. inde Neratius. §. 1. ff. ad legem Aquil.
3 Sed contra tex. hunc oppono textum in. l.
non fatetur. ff. de confeſ. poſſet dici tex. hũc
accipi oportere de errore facti, & ita intellẽ-
cto non obſtabit tex. ille, qui de errore iuris
agit: quòd ſi textum hunc de errore iuris
intelligamus, dicere oportebit ideo hic iuris
errorem non obfuiſſe confitenti, quoniam
extra iudicium confeſsio illa emanauerit;
ſed in lege contraria confeſsio fuit in iure fa
cta, & ita textus hic in errante eſt intelligen
4 dus. Sed ſi in ſciente textum hunc accipias,
obſtabit ſtatim textus in. l. tale pactum. in
princi. ff. de pact. vbi confeſsio facta à ſcien-
te extra iudicium ſtatim præiudicat confi-
tenti. Gloſ. finalis in prin. reſpondet text. il
lum conſtare fauore liberationis, ſed in præ
ſenti ideo confeſsionem non præiudicare,
quoniã obligatio hinc naſceretur. Sed hæc
diſsimilia ſunt. l. Arrianus. ff. de act. & obli.
cum alijs. Ratio differentiæ eſt in promptu:
nam confeſsio facta à ſciente præiudicat il-
li in his, quæ ſola voluntate effici poſſunt
eius qui confitetur, ſed perdere vel mutare
dominium non poteſt quis ſola voluntate.
l. ſi quis vi. §. differẽtia. ff. de acqu. poſſ. quod
ſecus accidit in liberatione ac poſſeſsione.
quod gl. fi. aduertit in præſenti. & Bar. rectè
explicauit, qui ſubdit vtrunq; intellectum
pro textu hoc ſuſtineri poſſe, quòd in erran
5 te & quòd in ſciẽte loquatur: Hinc ſumpta
occaſione opportunè ſatis quærit Bartolus.
Finge ego confiteor fundum qui meus eſt
tuum eſſe, an præiudicet huiuſmodi con-
feſsio?

feſsio? Et primam concluſionem ponit Bartolus, quòd ſi iſta confeſsio fiat extra ius ſiue à ſciente ſiue ab ignorante, non præiudicat confitenti quantum ad dominij tranſlationem, quoniam illud non poteſt induci ſola partium voluntate abſque traditione. l. traditionibus. de pact. §. l. ſi ager. ff. de rei vendicat. quæ iura Bart. allegat. melior textus eſt in. l. non ſtatim. ff. de pecul. Secunda concluſio Bartoli eſt. Ex huiuſmodi cõfeſsione infertur præiudicium confitenti in fauorem eccleſiæ, cùm in illam transferatur dominium ſine traditione. l. fi. ſup. de ſacro. eccle. cui conuenit lex. 1. titu. 1. par. 1. Tertia concluſio. Etiam ſi huiuſmodi confeſsioni adderetur clauſula conſtituti, non transferretur ex hoc dominium, quoniam fictus titulus, ac traditio ficta non ſoleant dominium transferre. l. qui rem. C. locat. l. ſi aliquam rem. ff. de acqui. poſſeſſ. Quarta concluſio. Proderit hæc confeſsio ad præſumptionem inducendam pro eo, in cuius facta fuit fauorem, nam donec contrarium probetur, præſumptio erit fundum eſſe tui iuris. argumen. tex. in. l. Publia. §. fi. ff. depoſit. l. generaliter. C. de non nume. pecun. Et hanc quartam concluſionem ſequitur Decius in. l. traditionibus. C. de pact. nu. 6. Ex
6 qua exiſtimo ipſe concilianda eſſe duo iura, quæ maximè diſſentire ſibi vidèturin. l. interrogatam. & in. l. iubemus. C. de libe. cauſ. nam cùm in. l. interrogatam. dicatur nil obeſſe ei quæ pro libertate litigabat, quod apud acta ſe ancillam fuerit confeſſa, nanq; ex huiuſmodi facto defenſio libertatis nõ excluditur, rurſus in. l. iubemus. dicitur AElium quendam ſibi præiudicaſſe, quòd ſe ſeruum fuerit profeſſus. & ſtatim gloſ. in vtraq; lege mouet hanc difficultatem, dicens confeſsionem, de qua in. l. interrogatam. fuiſſe apud acta, verùm in alio iudicio quàm liberali, ſed in. l. iubemus. in iudicio liberali emanaſſe confeſsionem. Quæ ſolutio diuinationem continet manifeſtã, imò eſt contra textus illos: nam in lege. interrogatam. non conſtat fuiſſe factam confeſsionem in alio iudicio, imò in dubio præſumẽdum erit in eodem iudicio confitentem reſpondiſſe, cùm pluralitas iudiciorum in dubio præſumenda nõ ſit. & in. l. iubemus. conſtat in àlio iudicio quàm liberalis cauſę AElium cõfeſsionem illam emiſiſſe ex illis verbis textus. Verùm etiam voce propria eiuſdem AElij apud aliud iudicium patuerat, quod conditionis ſeruilis videretur. Eſt igitur (aut ego fallor) verus intellectus, quòd confeſsio de qua in. l. interrogatam. nõ præiudicat confitenti, vt ex hoc ſolo ſerua conſtituatur, ſed poterit ſe à ſeruitute defendere. Atque ita eam legem interpretatus eſt Iaſſon in. l. decem ſtipulatus. num. 46. ff. de verborum obligat. ſed in. l. iubemus. præiudicat, quoniam præſumptioni ex huiuſmodi confeſsione reſultanti iunguntur aliæ duæ præſumptiones (imò probationes dixerim). v. teſtium profeſsio, qui eum ſeruilis conditionis eſſe adſeuerarũt, & cognatio eius tota ſeruilis, quæ præſumptio eſt & eum quoq; ſeruum eſſe. Quinta conſtat ex Bart. concluſio. Si huiuſmodi confeſsio fiat in iudicio, ſi ab errante in iure, fieret cõfitenti præiudicium, ſi ab errante in facto, minimè præiudicaret, ſi error ante ſententiã reuocaretur. iuxta. l. error. §. eo. ſi verò à ſciente fiat in iudicio, perinde eſt, ac ſi in rei vendicatione eſſet is qui confitetur, cõdem natus. l. certum. verſi. ſed ſi fundum. ff. de confeſ.

¶ *Summa rerum. l. Si non tranſactionis.*

1 *Promiſſum indebitè poteſt condici.*
2 *Si obligatio ipſa principalis ſit indebita, non ſi acceſſoria.*
3 *Minimum damnum eſſe, ſi debitor quod debet promittat ſub hypotheca bonorum.*
4 *Poteſt fideiuſſor ſub hypotheca promittere quod ſimpliciter debet principalis.*
5 *Nam & pœnam promittit, quam non debet principalis.*
6 *Solutum ex cauſa tranſactionis, non poteſt repeti tanquam indebitum.*
7 *Non priùs condicitur liberatio, quàm debitum ſoluatur.*

8 *Exceptio pretij non ſoluti obſtat emptori, etiã ſtante lege ordinamenti. 4. tit. 8. lib. 3.*
9 *Oppoſitio reſpiciens partem libelli, non uitiat totum proceſſum.*
10 *Gl. omnes expediuntur.*

¶ *L. Si non tranſactionis.*

NOn diuiditur textus hic, quoniã vnico contextu clauditur. Sũmatim hoc cõtinet. Promiſſum propter errorẽ facti cõdicitur, niſi ſit promiſſum ex cauſa trãſactionis.
1 Collige primò, quod non ſolùm datum
indebitè, ſed promiſſum quoq; condici po
teſt. Idẽ probant iura ordinaria in. l. ſi quaſi.
C. de non num. pecu. in. l. indebitã. C. de fi-
deiuſ. in. l. fi. C. de ſolut. in. l. fin. C. de cõdict.
ex leg. in. l. qui ſine. ff. de condict. cauſ. dat.
in. l. penul. §. ſi mulier. ff. ſol. ma. Cuius ratio
eſſe videtur, quoniam in toto pene iure pa-
riſ ſoleant eſſe dati ac promiſsi rationes. l. fi.
C. ad. l. falci. l. ſi patronus. ff. de donat. atque
hanc rationem deſignauit ad hanc iuris
partem Philippus Decius in. l. vnica. nu. 5. C.
de error. calcul. Quam regulam tu limita-
2 bis eleganter ſolùm procedere, quãdo obli-
gatio principalis eſt indebita, nam ſi princi-
palis debita ſit, etiam ſi acceſſoria ſit indebi
tè promiſſa, non condiceretur obligatio,
vt puta ſi quis cum verè centũ deberet, exi-
ſtimaret ſe cum hypotheca bonorum tene
ri ad illa centum hypothecam promiſit per
errorem, illam quidẽ non cõdicet. Ita enim
egregiè Bal. determinauit in. l. ſi veritas. col.
2. nu. 9. verſ. ſed quid ſi cũ eſſem verus debi-
tor. C. de fideicommiſ. & in. l. ſi quis plus. ff. de
condict. indebit. Cuius rei rationem ſumit
3 acutè (quod ille ſolet) ex gloſ. 1. in. l. fi. C. de
pignoribus. vbi dicitur minimũ damnum
eſſe, ſi verus debitor ſub hypotheca promit
4 tat. Vnde illud notare ſoleo, fideiuſſorem,
qui in duriorẽ cauſam nõ poteſt intercedẽ
re quàm principalis. §. fideiuſſores. de fideiuſſ. l.
Grecè. §. illud. ff. de fideiuſ. poſſe eandẽ quã
5 titatem quam principalis ſimpliciter debet
ſub hypotheca bonorum promittere, neq;
videri hic in duriorem cõditionem obliga-
tum: nam & pœnam promittere poteſt, ad

quam principalis nõ tenebatur. gl. celebris.
in. l. ſicut reus. in gl. maiuſcula. ff. de fide-
iuſ. quam ibi ſequuntur Ange. ac Imo. tam
etſi gl. opinioni obuiare videatur Fabri au
thoritas, quæ nõ ita vulgaris eſt in illo. §. fi-
deiuſſores. nu. 8. Gl. tamen opinionẽ præ-
ter ordinarios ibi, ex quibus eã reprobat ne
mo, ſequuntur Bart. in. l. hi qui acceſsionis.
nu. 12. ff. de fideiuſ. atq; idẽ Bar. in. l. centum
Capuę. nu. 6. ff. de eo. quod cert. loc. vbi Iaſ.
col. 4. affirmat neminẽ ab hac opinione di-
ſcrepare. quã etiã ſequuntur Bal. in. l. cã mã
datori. nu. 10. de nõ nu. pec. j. Chriſtophor⁹
in prin. de fideiuſſ. Inſt. col. 2. Soci. regu. 146
Fideiuſſor in duriorem. Hippoly. in rub. ff.
de fideiuſ. nu. 291. aſſerit præterea eſſe cõmu
nem opinionem Iaſ. eam ſequutus in. l. 2. §.
fi. nu. 6. ff. qui ſat. dar. cogant.
6 Secundò collige ex tex. ſolutum ex cau-
ſa tranſactionis non poſſe repeti tanquam
indebitum. Ratio eſt, quoniã etiam ſi antea
non eſſet debitum, iam propter nouã cau-
ſam incipit eſſe debitum. Idem probat tex.
in. l. 2. j. de condict. indeb. quibus & optima
lex regia ſuffragatur. 34. tit. 14. part. 5. Nam
hoc ipſo quòd propter tranſactionem à li-
te receditur, videtur ob cauſam datum. l. in
ſumma. in prin. ff. de condict. indeb. quod
fauore litium ſopiendarũ, qui ſemper ma-
ximus in iure fuit, ſtatutum videri poteſt:
nullus enim erit litiũ finis imperator Ale-
xander Apollo Phanię reſcripſit, ſi à tranſ-
actionibus facilè cœperit diſcedi.
7 Tertiò nota ex tex. ibi. Reddito quod debes.
quòd priùs condicitur liberatio promiſſæ quã
titatis indebitæ, quàm debitum ipſum ſoluatur.
Ratio eſt in promptu: nã cũ hinc inde ex ali
quo negotio oritur obligatio, volẽs conſe-
qui ſibi debitum, debet priùs quod ipſe debet
exoluere. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp.
vbi agens ex empto actione, debet offerre
pretiũ, quod eſt partium ſuarum munus,
tametſi ante pretium oblatum cõpetat ex
contractu ipſi emptori actio directa. quod
Petrus de Bellapertica nominatim obſerua
uit in. l. ſi pater. C. de act. emp. cui fidẽ ſuã in
hoc adhibuerũt ibi Cynus & Bal. vterq; 3. q.

8 Imò verò obſtat illa pretij non ſoluti exceptio emptori, etiã ſtante lege, quæ exceptiones omnes excluſerit. quod Roma. per tex. ibi obſeruauit in. l. cũ qui. §. fi. ff. de iureiur. Iaſ. in. l. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit. 2. nu. 5. ff. de iureiu. & teſtatur eſſe cõmunem opinionẽ, eam ſequutus Aretinus in. l. filiæ licet. col. 1. C. de collu. vbi idẽ ſequitur Curtius nu. 14. Quare ſtante lege regia. 4. tit. 8. lib. 3. ordinament. quæ contra inſtrumenta publica habẽtia executionem paratam vix certas quaſdas exceptiones admittit, adhuc erit locus huic exceptioni pretij non ſoluti. atq; ita nominatim tenet Gregorius in. l. 32. in gloſ. 1. tit. 5. part. 5.

9 Quartò collige, quòd ſi contra petitionẽ porrectam in libello opponatur, & oppoſitio ſolùm reſpiciat partem quantitatis petitæ, huiuſmodi oppoſitio nõ vi[illegible]abit iudicij proceſſum in alia parte, quã oppoſitio nõ reſpicit. quare inferũt Bal. ac Iaſ. in præſen. litis conteſtationẽ in parte fieri poſſe. quæ materia nõ conuenit titulo de i[illegible]ris & fact. igno.

10 Glo. in parte, ſi non tranſactionis, colligit vnum argumentũ ex hac. l. & illud alterius textus teſtimonio confirmat. Gl. errore, admonet tex. hunc & de errore iuris, de errore facti accipi poſſe. Nam cùm hic de damno euitando agamus, iuris error nõ debuit nocere. Præterea inquit gl. vt cõpetat cõdictio, oportet indebitum eſſe naturaliter ac ciuiliter, vel ſaltem naturaliter: nam ſi naturaliter ſit debitũ, vix eſt vt cõpetat repetitio. Quæ materia aliquãto profuſior eſt, relucebũtq; difficultates eius omnes in. l. cũ quis. j. codẽ.

¶ *Summa rerum. l. Error.*

1 *Confeſſio in iudicio facta, errore probato, ad ſententiam uſque reuocatur.*
2 *Vſus falſo inſtrumento uſq; ad ſentẽtiam errorem probare poteſt.*
3 *Dubitans ſicut & errans confeſſionem reuocat.*
4 *Verba illa, Petrus ex certa ſcientia iuris & facti ita confeſſus eſt, an auferant facultatem reuocandæ confeſſionis.*
5 *Verba illa ſoluentis. Renuntio condictioni indebiti, an impediant repetitionem.*
6 *Non ſolùm propriam, ſed procuratoris etiam confeſſionem ut erroneam poteſt dominus reuocare.*
7 *Si in continenti fiat reuocatio, non eſt neceſſe errorem probare.*
8 *Quando uideatur teſtis incontinenti ſe corrigere.*
9 *Poteſt quis errorẽ ſui aduocati uſq; ad ſententiam reuocare.*
10 *Declaratur tex. in l. fi. C. de error. aduocat.*
11 *Etiã geminata cõfeſſio ut erronea poteſt reuocari.*
12 *Imò & iurata.*
13 *Declaratur tex. in c. cùm dilecti. de accuſ.*
14 *Hæres errantis reuocat eius confeſſionem.*
15 *Confeſſus per errorem, reuocat confeſſionẽ, etiam ſi dato termino reſponderit.*
16 *Item etiam ſi confeſſionem fuerit ſequutum præceptum de ſoluendo.*
17 *Executioni an hodie exceptio erroris opponi poßit.*
18 *Confeßio etiam ficta ueluti erronea reuocatur.*
19 *Serui etiam confeſſionem erroneã licet reuocare.*
20 *Filij confeſſionem reuocat etiã pater ſi [illegible]it erronea.*
21 *Confeſſionem erroneam poteſt quis reuocare, etiã ſi cum illa concurrant aliqua indicia.*
22 *Confeſſionem reſultantem ex poſitione libelli licet reuocare.*
23 *Nõ tamẽ eã quæ reſultat ex inſtrumẽto guarẽtigio.*
24 *Sed nõ niſi ſemel licet confeſſionem hãc reuocare.*
25 *Declaratur glo. magna in parte, error.*
26 *Declaratur tex. in. l. de ætate §. ſi. ff. de interro. act.*
27 *Quibus caſibus confeſſio ut erronea reuocatur, imò p[illegible]nſæ aduerſario reſpiciuntur.*
28 *Declaratur tex. in l. ſi is cum quo. ff. de confeſſ.*
29 *Minor an reſtituatur contra confeſſionem, ex qua ſola conſtat de delicto contra eum.*
30 *Declaratur lex partitæ. 4. tit. 19. part. 6.*
31 *Declaratur tex. in. l. ſi mulier in iure. in prin. ff. ad Velleia.*
32 *Declaratur tex. in. l. iubemus. C. de lib cauſ.*
33 *Contra præſumptionem iuris & de iure admittitur probatio per confeſſionem aduerſarij.*
34 *Declaratur gl. facti. & examinatur an exceptio dilatoria omiſſa per errorem facti poßit opponi poſt litem conteſtatam.*
35 *A ſententia quæ infert perpetuũ grauamen ſemper poteſt appellari.*
36 *Exceptio ſpoliationis non proponitur poſt litẽ conteſtatam, ſi ſpoliatus ſciſſet illam ſibi competere.*
37 *Declaratur tex. in c. 1. de reſti. ſpoliat.*
38 *Lata ſententia, non reuocatur confeßio erronea.*
39 *Sed neque poſt concluſionem cauſæ.*
40 *Concluſio eſt terminus diſceptationum litigantiũ.*
41 *Si ſit à ſentẽtia appellatũ, tũ licebit errorẽ corrigere.*
42 *Item [illegible]i ſit magna erroris probabilitas.*
43 *Declaratur tex. in. l. 1. C. de error. calcul.*
44 *Declaratur tex. in. l. fi. C. de reb. credit. & an ſentẽtia lata ex probationibus priuilegiatis tranſeat in rem iudicatam.*
45 *Declaratur tex. in. l. 2. C. ſi aduer. rem iudicat.*

Declaratur

46 *Declaratur tex.in.l.fi. §. ſin autem neſciens & dubitans.C.de furt.*
47 *Tex.in.l.1.§.fi.ff.quando act. de pecul. eſt annal. quatuor modis declaratur.*
48 *Dolo aduerſarij inductus ad confitendum quocunque tempore reuocat confeßionem.*
49 *Bono uiro eſſe credendum.*
50 *Declaratur tex.in.l.habebat.ff.de inſtitor.*
51 *Facti proprij quando ſit error tolerabilis.*
52 *Præſumitur unumquenq; ſcire quod publicè fertur.*
53 *Error quo pacto ſit probandus.*

L. Error.

TExt.hic (quod Paulus de Caſt.
eũ interpretaturus præfatur)
habet difficilem materiã. Ad-
dit Iaſſon habere eum mate-
riam vtilem ac quotidianam, ac ſcholaſti-
cis communiter incognitam. Deducuntur
autem ex eo duæ regulæ, vna affirmatiua,
negatiua altera. Examinabimus vnamquã
que ſigillatim.
1 Ex prima regula tu collige cõfeſsionem
in iudicio factam, errore probato, ad ſentẽ-
tiam vſq; poſſe reuocari. Idem probant iu-
ra ordinaria in.l.de ætate.§.fi. ff.de interro-
gat.actioni.in.c.fin.de confeſſ.l.5.tit.13.verſ.
2 *Otroſi dezimos.* part. 3. Quare cùm is qui falſo
aliquo iuſtrumento vſus eſt non puniatur,
ſi errore aliquo ductum doceat ſe inſtru-
mento illo vſum fuiſſe. l. diuus Pius. ff.de
falſis. obſeruauit ibi Bartolus nume. 1. vſq;
ad ſententiam de errore illo doceri poſſe,
idq́; Bar.ex regula huius tex. determinauit.
3 Quam tu intellige procedere non ſolùm in
errante, quo caſu text. hic loquitur, ſed etiã
in dubitante, nam & hic poterit confeſsio-
nem ſuam reuocare prætextu erroris, quo-
niam ſoleat erranti æquiparari. l. fi.§. ſin au-
tem. vbi hoc notarunt nominatim Cynus
4 & Bald.num.8. C. de furt. Sed an verba illa
quę notarij ex præſcripta conſuetudine in-
ſtrumentis inſerunt, Petrus ex certa ſcien-
tia iuris & facti huiuſmodi verba emiſit, au
ferant reuocandę confeſsionis facultatem,
ac legis huius ſingulare beneficium ceſſa-
re faciant? Et ex hoc ceſſare Bal. exiſtimauit
in.l. mater tua.col.3.verſ. quid ergo ſi tabel-
lio dicit.C.de rei vendic.atq; huius opinio-
nem ſequitur Iaſ.in.l.ſi dari.nu.5.ff.de verb.
obligat. Ego verò contrarium libenter ſe-
quor: nam idem error qui verſatur circa
principalem confeſsionem, videtur etiam
actui acceſſorio ineſſe. argu. eſt tex. vul.in.l.
doli mali.verſ.diuerſum.ff.de nouat.in.l.ſi
mulier.2.ibi, & ex conſeqũentia ſuæ fragili-
tatis in ſecundam iacturam inciderit.C. ad
Velleian. Quare meliùs idem Bal. qui cõtra
riam ſententiam aſſeruit in. l. ſed & ſi quis.
§.fi.col.fin.ff.ſi quis caut. vbi idem ſequitur
Ange. & Paulus, & hos referens Iaſ.col.fin.
idemq́; voluit Bal. ipſe in.l.vnica.col.9. nu.
41.verſ. modò ſequitur alia quęſtio.C.de cõ-
feſ. dicens non magis aggrauari confitẽtem
ex his verbis, q̃ ſi illa prolata non fuiſſent.
idem ſequũtur Iaſ.in pręſen.col.1. Claudius
de Sęyſel.in.l.interpoſitas.nu.11.C. de tranſ-
5 act. Decius cõſi.408. nu. 7. Cui proximũ ac
quaſi cognatum illud eſſe videtur, quòd ſi
quis ſoluat indebitã quantitatem, dicens re
nuntiare ſe cõdictioni indebiti, minimè ex
his verbis impeditur repetitio, ſi conſtet illã
iuris rationibus cõpetere. Quod Bar. elegan
ter ſcripſit in.l.fi.§.idem quæſiuit.col.1.verſ.
& per hoc puto. ff.de condict. indebit. vbi
idẽ ſequuntur Ange. & Pau.de Caſt. aſſerit
eſſe cõmunẽ opinionẽ Iaſ. eã ſequutus ibi.
col.2. Sed & ante Bar. tenuerat eam opinio-
nẽ Guillelmus de Cugno. celebratiſsimus
ille iuris interpres in.l.1.ff.de cõdict. indeb.
Butricarius & Albericus ibi.nu. 12. quã etiã
ſequuntur Aretinus.in.l.1.§.ſi vir vxori.col.
3.verſ. vbi dicit per illum tex.ff.de acq.poſſ.
Iaſ.in authen. Sacramẽta puberũ.nu.59.C.ſi
aduer.vẽdit. Et teſtatur præterea hãc Bar. de
ciſionẽ eſſe cõmunem Socin. cõſ.126.nu.4.
vol.3. Gomecius in.c.2.nu.49.de cõſti.lib.6.
ſequitur idẽ Tiraq.in.l.ſi vnquã. in princi.
nu.108.de reuo. donat. Quanquam eã im-
probet Ioannes de Imola in.c.cùm contin-
gat.num.54.col.eius numeri.4.verſ. & plus
notabiliter dixit Bar.de iureiur. dicens durã
ſibi videri Bart. opinionem. idẽ in.c. cũ cau-
ſam.de emp.& ven.nu.22. verſ. & plus dixit
Bar. vbi dicit Bar. opinionẽ minimè ſibi ve-

ram videri. Ego cōmunem ſequor in hoc.

6 Secundò ampliabis regulam huius text. vt procedat non ſolū in propria cōfeſsione, ſed in ea etiā, quę fuit facta per procuratorem, quam dominus propter errorē poteſt reuocare. tex. eſt in. c. fi. de confeſ. vbi notat Panor. nu. 3. quod reuocatur confeſsio procuratoris ibi ſicut propria in hac. l. Cui tu adde longè faciliùs reuocari confeſsionem procuratoris quàm propriā: nam licèt dñs non poſsit reuocare propriā confeſsionem propter errorē iuris. l. 2. ff. de confeſſ. procuratoris confeſsio poteſt reuocari, ſi vel iuris errorem contineat Cynus elegāter in. l. vn. 14. q. C. de confeſ. idē ſequūtur Antonius de Butri. in. c. 1. col. 4. verſ. hæc omnia vera. vt lite nō cōteſt. Panor. ibi. nu. 31. Feli. nu. 18. qđ ex eo confirmatur, quia minùs ſemper confitēti pręiudicet cōfeſsio procuratoris, quàm propria: nā propria nocet quidē cōfitenti etiā in alio iudicio inter eaſdē partes ac perſonas. Bal. in. l. is apud quē. penul. col. verſ. fallit in confeſsione. C. de edendo. confeſsio tamen procuratoris nō nocet dño in alia cauſa etiā inter eaſdem perſonas. ita enim voluit eleganter Ioannes Andre. & Compoſtella. in c. per inquiſitionem. ac ibi etiā Antonius. fi. col. de elect. Imo. Panor. & Feli. in illo. c. 1. vt lit. non conteſtat. Alex. in illa. l. is apud quē nu. 26. Decius in. c. ad hæc. nu. 11. de poſtul. prælat. Hippoly. ſing. 290. Quanquā reuera cū procurator habet mādatū ad cōfitendū, eius cōfeſsio propria dñi eſſe videtur. l. certè. ibi, ego propriè poſsidere videor. ff. de preca.

7 Tertiò ampliabis regulā huius tex. procedere, etiā ſi de errore nō doceatur, modò errans incontinenti reuocet confeſsionē. argu. tex. optimi in. c. pręterea. de teſt. cogen. vbi teſtis, qui ſe incōtinenti correxerit, excuſatur à periurio. & idē notauerant gl. nō habebit. in authē. de teſtibus. §. quia verò. col. 7 Bar. in. l. repetu. in princ. ff. de quęſt. atque ita ex tex. in illo. c. pręterea. ponit hanc tertiam ampliationē gl. ordinaria. in. c. fi. in gl. iuſta. ad finē. de iureiu. lib. 6. & ante gl. idē voluit ibi Archidiaconus nu. 1. in gl. ſua incipiēti, Excuſet. & gl. opinionē ſequuntur ibi Ioannes Andre. Ioan. Monachus, & hos referēs Gemi. ibi. nu. 14. Frācus. nu. 6. id bene declarans. atq; eandē opinionē ſequuntur Panor. nu. 4. Feli. nu. 4. in illo. c. pręterea Bald. in. l. edita. C. de edē. nu. 102. idem. Bald. conſ. 41. nu. 1. vol. 1. idē Bal. in. l. 1. nu. 18. C. de furt. vbi tamen non meminit glo. in illo. c. fi. adijcit ille tamē rationē quandā ex illo. c. pręterea. ꝙ cùm hoc liceat teſti, debet etiā licere cōfitenti, qui teſtis imaginem gerere videtur. pro quo allegat ille tex. nō multū faciētem in. l. fi. C. de fideiuſ. atq; opinionē glo. illius ſequuntur pręterea Panor. nu. 8. Decius nu. 2. in. c. cū cauſam. de appella. vbi vterq; eorū notabilē gl. illā eſſe dicit. Iaſ. in pręſen. nu. 9. Roma. in. l. ſi verò. §. de viro. n. 58. ff. ſol. mat. Iaſ. in. l. quicquid aſtringendæ. nu. 10. ff. de ver. obli. vbi dicit ꝙ doctores ſequuntur gl. atq; eā pręterea ſequuntur multi quos allegat Tiraquel. de retra. cōuentionali. §. 1. gl. 5. nu. 15. qui & illam ſequutus eſt in. l. boues. §. hoc ſermone. nu. 99. ff. de ver. ſigni. Sed quādo reuocatio cōfeſsionis videatur facta incontinenti. & in ſpecie tex. in. d. c. pręterea.

8 Sunt qui exiſtiment incontinenti videri teſtem ſe corrigere, ſi id faciat vſq; ad publicationē atteſtationū, modò ne interim cum partibus fuerit loquutus. ita enim voluit gl. in illo. §. quia verò multi. in gl. non habebit. alia in illo. c. præterea. in glo. fi. vbi eam opinionē ſequuntur pleriq; omnes. atq; cōmuniter ſeruari teſtantur ibi Ioannes de Imola num. 8. Felin. nu. 10. atq; cōmunē eſſe affirmat Tindarus in tract. de teſtibus. c. 4. nu. 3. quam ſequitur Alciat. in. 29. præſum. 3. reg. nume. 2. tametſi aliam opinionem referat gl. in illo. c. præterea. vt in cōtinenti teſtis ſe corrigere videatur, ſi corrigat dictum ſuum antequam ſit dimiſſus à cōſpectu examinatoris. atq; hanc ſequuntur Bal. in. l. lecta. ff. ſi cer. peta. col. penul. verſ. vltimò nota. Iaſ. in l. iuris gentium. §. quinimo. nu. 7. ff. de pact. Tertia fuit etiam opinio gl. illius, vt hoc ex qualitate perſonarū ſtatuere iudex debeat, cū certꝰ modus pro omnibꝰ, q examinātur, ſtatui nō poſsit. Atq; hāc opinionem ſequūtur ibi Hoſtiē. & Panor. n. 12. & mihi placet.

Et

Et in reuocanda confeſsione emiſſa à parte, idem mihi dicendum videtur, vt arbitrio iudicis committatur, quando ille dicatur confeſsionem ſuam incontinenti reuocare, ſunt enim innumeræ cauſarum circũſtãtiæ, ex quibus is qui iuriſdictioni præeſt rem hãc ęſtimare debeat, & cùm poſsit dominus confeſsionem ſuam prætextu erroris reuocare incontinenti, etiam ſi non doceat de errore, poterit idem facere in confeſsione ſui procuratoris. gloſ. reuocatum. in.c. ſcriptum. de electio. Quod tamẽ duo recipit neceſſaria temperamenta. Prius eſt, vt huiuſmodi confeſsio non fuerit à parte acceptata, nam ſi eſſet, oporteret iam erroris cauſam probare. quod Bald. dicitur tenuiſſe in.l. Gallus.§. quidam rectè. colu.2. ff. de liber. & poſthum. cuius opinionem ſequuntur Roma. Areti. Barb. & Alciat. in l.1.§. ſi quis ita interroget. ff. de verb. oblig. Tiraquel. allegans plurimos vbi ſup. nu.16. Poſterius temperamentum eſt, vt id procedat, modò ne confeſsio illa fuerit in ſcriptis redacta, quo caſu oporteret etiam erroris cauſam allegari. gloſ. vnica atq; communiter recepta in. c. apud miſericordem. in parte, reuertitur.32.q.1.

9 Quartò principaliter ampliabis regulam huius textus procedere etiam in errore aduocati, qui poteſt ante ſentẽtiam per partẽ reuocari. gl. non reuocata. in.c. olim. de cenſibus. quam optimè probat tex. in.l. fi.C. de

10 erro. aduocat. Nec obſtat quod ibi dicitur intra triduum reuocari oportere huiuſmodi confeſsionem: nam gl. ibi. nominatum ſuſtulit hanc difficultatẽ, dicens facti accidẽtiam ibi poni, non iuris myſteriũ. Durauit enim cauſa ibi ſolùm tribus diebus, nam ſi plus duraſſet, poſſet ſemper error ille reuocari vſq; ad ſentẽtiam per text. noſtræ legis. atq; gl. intellectũ ſequitur ibi Odofred. & Bal. quẽ dicit ſequi doctores ibi. Areti. col.1. licèt ipſe poſt Fulgo. text. illum nouiter interpretur. Sed gl. intellectũ teſtãtur eſſe cõmunẽ Bal. & Iaſ. in præſen. ille. col.1. verſ. oppono contra primã regulã. hic verò nu.15. itaq; non eſt priuilegiũ ruſtici ac aliorum iura ignorantium vt perpetuò poſsint, hoc eſt vſq; ad ſententiam aduocati ſui cõfeſsionem reuocare. quod Bald. exiſtimabat in.c. fi. de confeſ. col. antepenul. verſ. item quod dixi. Ripa de peſte. c. de præſeruat. reme. cõtra peſtem. nume.239.

11 Quintò principaliter textum hunc ampliabis, vt habeat locũ etiã in cõfeſsione geminata, quæ ſimplici fortior eſt. l. balliſta. ad Trebel. nã & illa poteſt reuocari argu. text. optimi in.l.1. C. de error. calcu. vbi ratio ſępiùs etiã calculata reuocatur prętextu erroris. Ex quo textu hãc quintam ampliationem tenent Bal. & Areti. ibi vterque. 1. notabili. Alexan. num. 2. & teſtantur eam eſſe cõmunem Iaſ. nu. 9. Decius nu.7. eam ſequuti. & eam tenet Iaſ. in præſen. col. fi. tãetſi contrarium teneat Alexander conſ. 102 col. fi. vol.1. ego communem ſequor.

12 Sextò ampliabis textum hunc, vt procedat etiam in cõfeſsione iurata, quam etiam veluti erroneam licebit confeſſo ad ſententiam vſq; reuocare. quod Bald. & Iaſ. in præſenti tenuerunt vterq; fin. col. Baldus in.l. de tutela. col.1. C. de in integ. reſt. Antonius de But. in.c. fin. col. antepenult. verſi. item ex hoc habes quòd confeſsio iurata. de confeſſ. vbi exiſtimat hoc eſſe concedendum cum magna cauſæ cognitione. Roman. in l. ſi vero.§. de viro. nu.59. ff. ſol. mat. Iaſ. in.l. vn. C. de err. calcul. num.9. Anania num.7. Felinus nume. 4. in.c. cùm dilecti. de accuſat. atq; hanc opinionẽ ipſe ſequor. Tãetſi contrarium magna authoritate hic cenſuerit Faber in breuiario col. penul. verſi. item ſi iurauit. videturq; opinio communis inſtrui poſſe vulgari fundamento. ex.l. fin. C. de non num. pecu.

13 Neq; ei obſtabit tex. in.c. cũ dilecti. de accuſ. nanq; ibi nõ contendebat epiſcopus ille, confeſsionẽ ſuã veluti erroneam reuocare, ſed eam aliquo colore excuſare. Sed hæc diſsimilia ſunt.

14 Septimò ampliabis textum hunc, vt habeat locum etiam in hærede confitentis, in quem tranſit inſtantia cœpta cum defuncto. l. ſi eum hominem. ff. de fide iuſſo.

nam & ille poterit ante finitam cauſam cõfeſsionem erroneam eius,cui ſucceſsit, reuocare.l.non idcirco.vbi dicam.§.eodem.

15 Octauò ampliabis textum hunc vt procedat,etiam ſi parti eſſet datus terminus ad reſpondendum,nam & eo caſu licebit confeſsionem reuocare,quoniam & in deliberãdo poſſet quis decipi ac errare. ita Baldus in præſenti col.fi.Iaſ.in penul.col.Bal.in.l.iuſiurandum & ad pecunias.in princi. verſ. & nota argumentum.ff.de iureiuran.Gloſ. tamen ordinaria in.c.ex literis.in parte, admonita.de diuort.tenet deliberatam confeſsionem reuocari minimè poſſe. vbi eius opinionem ſequitur Prepoſitus.col.3. verſ.circa tertium notabile.& idem ſequitur Cepola.cautel.69.Confeſsio.& iterũ cautela.163. Cautela quòd confeſsio. Vitalis de Campa. in tract.clauſul.folio magno.38.col.4. verſ. Et quia ego aliâs conſului.& eſſe gl.opinionem communiter approbatã affirmat Monachus in.c.cum contumacia.nu.7. de hære.lib .6. Verùm ego ſuperiorem opinionẽ contra gl.libenter ſequor,quoniam gl.opinio vel ex eo falſa eſſe videtur, quòd nulla confeſsio iudicialis ſi vera eſſet ſententia gl. reuocari poſſet,quoniam ſemper in iudicio dantur dilationes ad reſpondendum . l.1.in princi.ff.de eden.l.1.de dilat.cum alijs. qua ratione glo.improbat Roma. in.l. ſi verò.§. de viro.nu.59.ff.ſolu.ma.& gl. illius opinionem reprobant Alexan.nu.2.Iaſ.num. 8.in l.1.C.de erro.calcul.vbi Iaſ.gl. eſſe communiter reprobatam affirmat & eſſe communiter reprobatam affirmat Felin. in.c.fin.in princi.col.1.verſ.tertiò facit.de offi. delega.

16 Nonò tu ampliabis textum hunc procedere,etiam ſi poſtquam erroneam quis emiſerit confeſsionem,ſequutum fuerit præceptum de ſoluendo. iuxta textum in.l.ſi debitori.ff.de iudi.ita enim voluit Bartolus in præſenti.nume.9.Fulg.nu.6.Iaſ.nu. 26.idẽ Barto.in.l.non fatetur.ff.de confeſſ. num.5. Ange.in.§.ſi minus.nume. 15.de actio.inſti. tametſi contrarium teneant Bald.& Paulus nume.9.Neque obſtat tex.in. l. vnica. C.de confeſſ.nam confeſſus habetur pro iudicato,quando ſcienter fuit confeſſus,nõ quando erranter.addit Barto.idem eſſe dicẽdum in inſtrumentis guarentigijs,nam & in illis confeſſus poteſt confeſsionem ſuam veluti erroneam reuocare.

17 Hodie verò cùm vix certis caſibus contra inſtrumẽta guarentigia exceptiones admittantur.l.4.tit.8.lib.3.ordinament. videtur vt nec exceptio erroris admitti debeat, ſed confeſſus ſoluet imprimis acturus, deinde condictione indebiti,& ex facto agitatũ memini , an contra inſtrumentum guarentigium exceptio erroris calculi ſit admittenda? Ego verò niſi de malitia conſtare poſſet contra executionem vel ex ſententia, vel ex publico inſtrumento petitam exceptionem hanc intra breue tempus expediendã admitterem. Quod in effectu tenet Beroius in quæſt.105. niſi iam ſuper calculo ſentẽtia lata fuiſſet.l.1.C.de erro.calcul.

18 Decimò tu ampliabis legem hanc,vt procedat non ſolùm in confeſsione vera, ſed etiam in ficta vt ſi non reſpondentem intra certos dies iuberet lex haberi pro confeſſo,nam & tunc poſſet ille confeſsionem illam tacitam prætextu erroris reuocare, ita enim videtur voluiſſe gloſ. ordinaria in. l. quoniam. ff.de his qui nota . infam. quam & allegant & ſequuntur canoniſtæ prope omnes in.c.fin. de confeſſ.idem ſequuntur Bald.in præſen.fi.col.Iaſ.num. 24. Imola in l.fi.§.Iuſſus.ff.de appell.recep.Angel.Salice. & Paulus in.l.2.C. qui teſta.facer. poſſunt. Alexan.ibi.nume.5.& teſtatur eſſe communem opinionem eam ſequutus Iaſ. ibi. col. 3.verſi.ſtat igitur. Exẽplumq́; huius rei fingi poteſt in ſpecie tex.in.c. ſi poſt præſtitũ. de confeſſ.lib.6.vbi contumax in reſpõdendo poſitionibus habetur pro cõfeſſo, nam & ille poſſet confeſsionem ſuam veluti erroneam reuocare . Simile exemplum eſt in lege vndecima,facta Mantuę Carpetanorũ, vbi non reſpondens poſitionibus ſimpliciter habetur pro confeſſo. & hæc opinio mihi verior eſt, tametſi contrariam aliqui tenuerint,& eſſe opinionem communem exiſtimet Aretinus conſilio.42. Quæ notari oportet

oportet pro lege regia, ad quam hæc bene refert Loazes in.§.his itaque. colu.5. de iuſt. & iur.

19 Vndecimò ampliabis legem hãc vt procedat etiam in domino ſerui confeſsionem reuocare volente, nam hoc ei licet, ſi errorẽ illa contineat.gloſ.vnica in.l.2. ff. ſi ex nox. cauſ.agat.quam ibi notant Paulus & cęteri.

20 Duodecimò ampliabis legem hanc, vt habeat locum etiam in patre filij ſui confeſſionẽ prætextu erroris reuocante, hoc enim ei licet.quod Baldus in præſenti notauit fin. col.qui in hoc inducit glo.in illa.l.2.ſubdit Bal. licere etiam procuratori confeſsionem domini errore laborantem reuocare.

21 Decimotertiò ampliabis legem hanc, vt habeat locum, etiam ſi cum confeſsione cõcurrant aliqua indicia, nam adhuc licebit confeſsionem prætextu erroris reuocare. Bald.eleganter in.l.fi.num. 2. verſi. ex quibus verbis habes. C. de probat. Gregorius in.l.partitæ, quam ſupra allegaui in glo. maiuſcula.

22 Decimoquartò ampliabis legem hanc, vt habeat locũ etiã in confeſsione reſultante ex propoſitionibus quas qs fecit in libello: licèt enim ponens confiteri eas videatur l.cum precum.C.de liber.cau.poteſt cõfeſſionẽ illam prætextu erroris reuocare probando errorem.Bald.in.l.edita. 2. lectione. num.105.C. de edend. quod ſequitur Gre-
23 go.in.l.partitę. Quorum opinio vt mihi placet, ita quoq; lectorem admonendum cenſui non idem eſſe in confeſsione reſultante ex inſtrumento præſentato in iudicio, hanc enim præſentans non poteſt prætextu erroris reuocare. quę doctrina Innocentij eſt in c.cùm olim.nu.6.de cenſib. vbi idem ſequitur Antonius nume. 20. cum quadam declaratione.

24 Vltimò ſuperioribus adde, quòd quibus caſibus diximus licere confeſſo confeſsionem ſuã reuocare, id ſemel tantũ licet, non iterũ.argu.eſt tex. optimus in.l.ſi quis iuſiurandũ. C. de reb. credit. ex qua conſtat, ꝙ quibus caſibus licet alicui variare, ſemel tãtùm variare permittitur, non vltrà. Atque eum textum notarunt ibi antiqui omnes, & præterea Iaſ.allegans alia. in.l. quicquid aſtringendæ.num.9. ff.de verbo.obligat.Et ex illa lege colligit nominatim Barto.in.l. poſt legatum.in princi.fin.col.ff.de his qui. vt indigni. quòd quibus caſibus licet confeſsionem ſuam alicui reuocare, id licet ſemel tantùm.atq; idem ex eadem lege notauit Bald.in.l.1.fi.col.verſi.quartus caſus. C. de furt. quorũ opinionem ſequitur etiam Tiraquellus in.l.boues.§.hoc ſermone. nu.
25 26.ff.de verb.ſigni. Glo.magna in parte, error.quod à maioribus noſtris Cyno, Bar.ac alijs memoriæ proditũ eſt, nõ eſt Accurſij, ſed additio viri alicuius perquàm docti. Diuiditur communiter additio hęc in ſeptem partes principales. In prima textum declarat. In ſex poſterioribus totidẽ aduerſus textum hunc mouet oppoſitiones, & patet vnaquæque particula per ſe, quare ſignari eas ſigillatim non oportet. Ex prima particula tu collige textum hunc eſſe intelligendum & in iudiciali & in extraiudiciali confeſsione, vtraque enim erroris prætextu reuocari poteſt. Hoc tamen inquit gloſ. intereſt inter confeſsionem extraiudicialem erroneam & eam quæ in iudicio facta eſt, ꝙ prior illa poterit indiſtinctè reuocari, etiam ſi de errore minimè doceatur, præſumetur enim ſemper erronea, altera hæc præſumitur ſemper eſſe vera, niſi erroneam eſſe probetur. Salice.in pręſen.nu.8.non facilè exiſtimat gloſ. huius opinionem eſſe admittendam, credit enim ille quantum ad extraiudicialem attinet confeſsionem limitãdam eſſe gloſ. propoſitionem, vt non procedat in his, quæ à ſola voluntate confitentis dependent, tunc enim etiam extraiudicialem veram eſſe præſumẽdam, niſi de errore doceatur. Nam ſi quis confeſſus fuerit ſe eſſe hæredem Titij debitoris mei, cùm iam ſolo animo adierit.l.ſi auia. C.de iu.delib.§.fi.de hære. qual. & different. præſumetur enim eum adiſſe, niſi error probetur. Sed neq; in alijs quæ ex ſolo animo non dependent cõcluſio glo. poteſt iure procedere, nam confeſsioni ſemper ſtatur, vel extraiudiciali

niſi contrarium probetur.l.Publia.§.fin.ff. depoſit. Bart.& omnes.in.l. cum falſa.ſupra eodem.quare inquit Fulgoſius col.1. gloſſa hæc poſſet trahere ſcholaſticos in magnum erroré,niſi ad eam aduerterimus. Vnde Fulgoſius ipſe col.1.Iaſ. nu.12.ita interpretantur gloſ. hanc, quòd ſi ſit emiſſa confeſsio extraiudicialis ſuper actione perſonali ſine cauſa,tunc illa præſumetur indiſcreta ac erronea.argumen.textus generalis in.l.2.§.circa.ff.de doli.except. in.l.cùm de indebito.§.1.ff.de probat.ſi verò cú cauſa ſit emiſſa confeſsio, non ſit conſtituenda differentia inter extraiudicialem ac iudicialem confeſsionem, cùm ſemper vtrique ſtandum ſit.

26 In ſecunda parte gloſ. opponit aduerſus primam regulam huius textus, textum in l.de ætate.§.fi.ff.de interrogat.actio.vbi ita demum licet reuocare confeſsionem erroneam,ſi nulla ſit ex pœnitentia captio actoris, hîc autem indiſtinctè videtur permiſſa reuocatio confeſsionis,non igitur hæc iura ſibi conueniunt.Gl.ponit primum intellectum ad textum illum: dicens ibi confitenté dixiſſe confiteri ſe ex certa ſcientia,hìc autem nil dixit: hunc intellectum Cynus probauit.col.1. Sed tribus nominibus non poteſt procedere.Primò,quia diuinat. Secundò, quia in lege contraria ponitur dictio, maximè,idem implicans in caſu contrario. Tertiò,quoniam(vt in ſuperioribus admonui)etiam ſi dicatur ex certa ſcientia emiſſa confeſsio,adhuc poteſt prætextu erroris reuocari. Quare ſecundum intellectum poſuit ad text.illum Bart.in pręſen.col.1.dicés textum illum agere in confeſsione facta in pręparatoriis iudiciorum,non in deciſorijs cauſę ipſius principalis:& cùm eo caſu verſetur confeſsio circa ea quę ſunt parui præiudicij,non eſt ita facilè reuocatio concedéda. intellectum hunc videtur etiam agnouiſſe Bald.2.oppoſit.& eum tenet Salicet. col.1.allegans Butricarium atque Bartholomæum de Salicero eiuſdem intellectus fautores.quem etiam tenet Iaſ.nume.12.Et non dubito, quin hic ſit communis illius legis intellectus,qui tamen morbo laborat & ipſe diuinationis. Quare mea quidé ſententia ne nimium reſtringamus diſpoſitionem textus huius, quæ videtur generalis, poſſemus dicere reuocationem confeſsionis non impediri, etiam ſi ſit facta circa ea quæ ad litis præparatoria ſpectát, modò captio aliqua,hoc eſt damnum reo hoc eſt ei, contra quem emanauerat confeſsio,,non inferatur, quaſi dicat text. ille apertiùs aliquanto impéſas,quæ inde factæ ſunt, quòd confeſsio illa facta fuerit in ipſa reuocanda refici oportere, non tamen reuocationem ipſam impediri.

27 Quare probat ille textus ita intellectus, ſentétiam ſingularem Bartoli in.l. rura. nu. 4.C.de omni agro deſer. lib.11. dicentis, ꝙ quibus caſibus licet erroneam confeſsioné reuocare, ſunt ſemper aduerſario impenſæ reficiendæ, quarú taxationem iudicis arbitrio ibi Bart.committit. Bart. opinionem in hoc ſequuntur Iaſ.nume.37.Decius.nu.94. in.l.edita.C.de edendo. Et hoc vtile eſt ſcire,quoniam hæc ratio reficiendarum impéſarum,eſt maximi mométi, quoniam ex ea prouenit exceptio impediés litis ingreſſum vſq; adeò, vt ſi iudex reiecta illa procederet ad vlteriora, proceſſus corrueret ipſo iure, quod in illa lege.edita.táquam notabile tradiderunt Bald.& Salicet.& ſe ſecundùm eorum opinionem obtinuiſſe in cauſa ardua affirmat Curtius iunior ibi.nu.237.

28 Secundò opponit gl.textum in.l.ſi is cú quo.ff.de confeſſ. vbi confeſſus quis eſt ſe ſeruum occidiſſe,deinde vult reuocare confeſsionem,minimè ad hoc admittitur.Glo. primò ſoluit, quòd ibi fuit facta confeſsio ex certa ſcientia, quæ ſolutio vel propter diuinationem ſuſtineri minimè poteſt, ſecundò reſpondet gloſ.quòd text.ille loquitur in confeſsione facta ſuper actione, quæ potuit creſcere per inficiationem, quare cófeſſus veluti metu pœnæ videtur tranſegiſſe, & ideo non admittitur volens confeſsionem ſuam reuocare.Hunc glo.intellectum ſequútur in præſenti Barto.nu.3. Cynus ante eum.3.oppoſit.Bald.col.1.verſ. tertiò op-

pono

pono. dicens fuiſſe húc intellectum etiam
Petri,quem etiam ſequuntur Fulgo .col. 1.
Salicet.num.4.Paulus de Caſt.col.2.Iaſ.nu.
13. vt hinc cóſtare poſsit communem eum
eſſe. In iudicio autem criminali textus ille
minimè procederet. Ná ſi quis cófiteretur
ſe hominem occidiſſe, ſi compertum ſit ab
alio hominem illum fuiſſe occiſum, nó eſt
confeſſus condemnandus.l.1.verſi.fin.ff.de
quæſt.l.diui fratres.ff. de pœnis. atq; ita te-
nuerunt Iacobus de Aretio & Angel.in di-
cta.l.ſi is cum quo: è quibus poſterior re-
fert ita fuiſſe iudicatum,tametſi referat om
nes doctores collegij Bergomenſis in cótra
riam ſententiam conueniſſe. quibus reſpó-
dent ſuperiores textum in dicta. l. ſi is cum
quo. in cauſa ciuili agere; ſecùs tamen eſſe
ſtatuendum in criminali.Horum opinioné
probauit Iaſ.allegans alios in præſen. nu.13:
Hoc amplius notauit Angel. de Peruſio in
l.certum.in princi.col.2.nu.2. verſ. veluti ſi
corpus.ff.de confeſſ. quòd ſi quis cófitetur
ſe hominem occidiſſe, niſi tamen cóſtet de
corpore occiſo,non eſt confeſſus corripien
dus pœna ordinaria.& ita oportet latrucu-
latores obſeruare. tāetſi Angelus referat vi
diſſe ſe cótrarium obtinere.His adde, quòd
ſi quis confeſſus ſit ſe hominé occidiſſe,ac
propterea ſit capite percuſſus; ſi poſtea có-
ſtet de vero occiſore, oportebit eum furca
ſuſpendere.tex.pulcher eſt in.l. qui ſeruum
alienum.verſ.at qui confitetur. ff. de inter-
rog. actio. quem textum in hoc notauit
Bald.in.l.2.num.17.C.quibus res iudic.non
noceat.idem in.c.1.§.iniuria.nume. 19: verſ.
quæro duo ſunt Titij. de pace iur. firman:
29 Quòd ſi minor ſit annis is qui confitetur ſe
delictum aliquod perpetraſſe, ſi de delicto
illo aliunde nó conſtet quàm per ipſius có
feſsioné, hoc ipſo poterit ſe aduerſum eam
in integrum reſtituere,etiam ſi neq; ſui faci
litate neque ex dolo aduerſarij promanaſſe
eam probet.arg.eſt textus generalis in. l.cer
tum.§.in pupillo.verſ.minorem. ff.de con-
feſſ. vbi hanc opinionem tenuit Angel. de
Peruſio.num.2.vbi inquit ille hoc fuiſſe de
mente Ioannis Andreæ in.c.2. de in inte-
grum reſt.lib.6. atque idem ſequuntur Iaſ.
in præſenti nu.10. qui id commendat idem
conſilio.188.num.1.vol.2.Alexander & Iaſ.
num.7.in.l.nam & poſtea.§.ſi minor. ff. de
iureiur. Curt. ibi.num: 3. Angelus in tract.
malef. in parte: Et comparuerunt dicti in-
quiſiti. nu. 8.Fulgo. in.l.auxilium. num.4.
ff.de minor.Alex.cóſ.116.nu.6.vol.3.& cóſi-
lio.80.nu.2.vol.7.Decius in.l.nil conſenſui.
§.fi.ff.de regu.iur. Thomas Grammaticus
voto.7.num.4.Mattheus de Afflictis.deciſ.
Neapolit.208.idem in conſtitu. vtriuſq; Si-
ciliæ.lib.2.rub.38.nu.12.& rub.40.nume.6.
Hippoly.in.l.1.in princi.nu.12.& in.§.1. nu.
17.ff.de quæſt.& ſing.445.idem, conſ. 130.
vol.2.Mauritius de reſtitu.c.158. &. c.227.&
328.Carrerius in pract.§.homicidium.6.nu.
9.Alciatus.1.regula præſump.42.nume.10.
Rolandus à Valle conſ. 51. nu. 38. allegans
alios,qui idem ſequútur.AEgidius Boſsius
in pract.crim.tit. de confeſsis. nume.67.Pe-
trus Duenas Salmanti.regu.259.5. ampliat:
Sunt enim paucíſsimi qui eam Angeli de-
terminationem non ſequantur, vt Boërius
30 deciſ.63.nu.7.Eſt tamen contra hanc Ange
li,ac aliorum determinationem pulcherri-
ma lex partitæ.4.tit.19.p.6.vbi ſereniſsimus
idemq; ſapientiſsimus rex ſtatuit, vt ſi mi-
nor annis.25.maior. 14: fuerit de adulterio
accuſatus,& ille fuerit confeſſus ſe adulte-
riú illud cómiſiſſe; præiudicaturá eſſe cófeſ
ſionem.Gregorius Lopius ibi,vir equidem *Gregorius Lopez.*
iuris arte præclarus,atq; in negotiorum vſu
iudex regius exercitatiſsimus in gl.1.expen
dit textum illum contra Angeli ſentétiam,
& pro Ange.reſpódet textum illú nó exclu
dere beneficium in integrum reſtitutionis
quod minori aduerſus illam confeſsionem
poteſt competere,ſed tunc confeſsionem il
lam minori nocituram ſi in ea perſeueret:
Ego verò exiſtimo legem illam hoc voluiſ-
ſe ſtatuere, ne in cauſa adulterij minor poſ-
ſit confeſsionem ſuam reuocare,etiam ſi ex
illa ſola conſtet contra minorem de delicto
Et ratio eſt, cùm odium adulterij ipſius ex
his quæ ego poſui in.l.tráſigere. j. de tranſ-
act.tum etiam quia cùm adulterium diffi-
cilè

cilè probari poſsit.c.literis.de præſumpt. ſi iam conſtet de illo per cōfeſsionem, nō eſt cur aduerſus eam concedatur reſtitutio: nā conceſſa rarò aliæ inuenirentur probationes,& ita crimen illud reipublicę pernicioſiſsimum remaneret impunitum. Ampliabis autem Angeli ſententiam vt procedat etiam in confeſsione minoris iurata, quod allegans alios tenet Nonius de Auendaño reſponſo.11.nume.6.Ego verò in cōtrariam ſententiam procliuior ſum cum Fabro in.l. clarum.col.2.verſ.ſi tamen confiteretur.C. de aut.præſtan. Nam cùm in contractibus iuramentum excludat minorem ab in integrum reſtitutione.authen. ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vendi.idem iuramētum in iudicio præſtitum operari debet, quod veluti quidam contractus eſt.l. omnem.ff. de iudi.l.3.§.idē ſcribit.ff.de pecu.ex quo rarò poterit minor cōfeſsionē reuocare, rarò enim eſt vt iurati non deponant. & ita eſt ex pedita oppoſitio hæc ſecūda.de.l.ſi is cū quo.ad quam tamē tu ſi bene aduertas, nullum verbum eſt de reuocanda cōfeſsione.

31 Tertiò opponit glo. contra textū hunc textum in.l.ſi mulier in iure.2.reſpon.ff.ad Velleian.vbi mulier errauit in confeſsione iudiciali, dicens ſe hæredem eſſe,& tamē ne illi obſtet confeſsio, neceſſe habet ſe defendere exceptione Velleiani, quaſi errorem ſuum corrigere non valeat. Gl.primò reſpōdet, quòd ibi non excluditur facultas reuocandæ confeſsionis beneficio huius legis, ſed cum hac concurrit etiam exceptio Velleiani. Hunc intellectum ſequuntur in præſenti Petrus & Cynus.4.oppoſit. Bart.nu.3. Verùm horum ad text. illum intelligentia ſuſtineri ex eo non poteſt, quòd ſi in caſu illius legis competeret facultas reuocandæ confeſsionis, minimè mulier Velleiano, quod extraordinarium remediū eſt, iuuaretur.l.in cauſæ.1.in princi.ff.de minor. l.cū ſine.ff.de carbo.edict. Quare tenēda eſt tertia ſolutio gl. in præſen. ꝙ ideo ibi non permittitur mulieri confeſsionem reuocare, quoniam lata fuerit contra eam ſententia. Atque hunc intellectum ſequuntur in præſen.Fulg.Salic.e.Paul.& Iaſ.

32 Quartò opponit glo. textū in.l.iubemus. C.de liber.cauſ. vbi AElius quidam fuerat in iure confeſſus ſe ſeruum eſſe, nec dicitur ibi poſſe eum confeſsionem ſuam reuocare. Ad quod glo. facilè reſpondet ibi, AEliū illum admittendum eſſe ad reuocandam confeſsionem ſuam beneficio ſingulari legis huius, quare text. ille huic minimè obſtat. Quinto loco extra gloſ. oppono ipſe textum in.l.fi. C. arbit.tut. vbi ſi tutor velit probare erraſſe ſe in conſcribenda quantitate rerum pupillarium in inuētario, non admittitur ad hoc probandum. Tu dic ſpeciale ibi eſſe propter præſumptionem iuris & de iure, quæ reſultat ex illa confeſsione, contra quam regulariter non admittitur probatio in contrarium.l. vnica.§.1. de rei vxo.act.c.is qui fidē.de ſponſ.& inquit Salicet.in præſen.nu.5. quòd ita tranſeunt doctores circa intellectum legis illius ſi. Exiſtimat tamen, quòd ſi probatio erroris prętenderetur ibi ex confeſsione aduerſarij, quòd

33 eſſet admittenda, cùm per confeſsionē aduerſarij admittatur probatio etiam contra præſumptionem iuris & de iure. glo. vnica. in authen. de æqualit.dot.§.aliud quoq;.verbo, ſcribat.coll.7. quam ibi multùm notauit Bart. idem ſequutus nu.13. idem Bart.in authen.ſed iam neceſſe.nu.3.C.de donat.ant. nup. qui refert Azonem doctrinę huius parentem, quam ſequūtur multi allegati per Euerardum in topicis iuris ciuilis. c.5. in fine.atq; communem eſſe acceptionē hanc teſtatur Epiſcopus Ciuitatenſis in epit. de ſponſ.1.par.c.4.§.1.num.3.

34 Gloſ. verbo.facti, ponit tria exempla ad textum hunc. Primum ex lege cùm putarem.ff.fami.erciſ. Secundum in exceptionibus omiſsis per ignorantiam facti. Tertium in indebito ſoluto. Collige igitur ex hac glo. quòd exceptio dilatoria omiſſa per facti errorem, poteſt opponi poſt litem cōteſtatam. Contrariā huic glo. opinionē tenuit glo. ſingularis in.l. qui procuratorem. verbo. ſi quis omiſerit.ff. de procura. quam ibi ſequutus eſt Bald. verſ. quæro vtrū. Paulus

lus de Caſt.in.l.ita demum.num.4.de procurat. C. vbi dicit huic opinioni non obeſſe textũ in.c.paſtoralis.de except. quoniam textus ille(inquit Paulus)loquitur de termino dato à iudice ad opponendas exceptiones dilatorias,cuius lapſus non excludit omiſſas per ignorantiam. Nos autem non eo caſu agimus,ſed cùm propoſitioné exceptionum præterlabitur tempus datum à lege ad eas ponendas,quod eſt litis conteſtatæ. ſequitur eandem opinionem Aretinus in.c.1.col.2.de accuſ.qui in hoc inducit tex. in.l.filiusfamiliàs.§.veterani.ff.de procur.in illis verbis Vlpiani.niſi hoc tépore litis conteſtatæ quocunque caſu prætermiſſum eſt. quæ verba cùm generalia præciſaq; ſint, videntur excludere eum,qui per ignorátiam facti etiam exceptionem dilatoriam omiſiſſet.ſequuntur eandem opinionem Ang.& Paul.in.l.de die.§.ſi ſeruus.ff.qui ſat.dare cogant. & videtur opinio hæc placuiſſe gl.in illo.c.paſtoralis.in glo.fin.Tu verò ſequere ſententiam gloſ.noſtræ. Nam cùm hoc Papa concedat in illo.c.paſtoralis. in termino dato ab homine, cur non idem videatur conceſsiſſe in eo, qui lege à partibus induſgetur?mitiùs enim cùm hac quàm cum illo agi ſolet.l.Celſus.in princi.ff.de arbit. gl. in.l.ſi quis rem.§.voto.ff.de pollicit. quare glo.huius opinionem tenet Bart.in pręſen. fin.col.Fulgo.col.1. qui allegat.text. in.l. videamus.§.penul.ff. de in lit.iur.Salice.nu. 10.& eſſe communem affirmat Iaſ.eam ſequutus.nu.16.eandem quoq; videtur quaſi pertranſennam alia gloſ. ſignificaſſe. in.l. exceptionem. in gloſ. magna in fine. C. de probat.& ſequuntur hanc opinioné Ange. in.l.Pomponius.§. ratihabitionis.ff. de procurat. Iacobus de Aretio & Albericus in.l. de die.§.ſi ſeruus.ff.qui ſat.dare cogant. vbi Oroſcius nu.1.affirmat approbatã eſſe glo. huius opiniónem.Roman.in.l.ſi verò.§.de viro .num.83.verſ.octauò probatur.ff. ſolu. mat. teſtantur hanc eſſe communem opinionem Felinus nu.20.Decius nu.18.in illo c.paſtoralis.de except.& eã eſſe magis communem affirmat Alexan.in.l.ita demũ.C. de procur.nu.5.vbi eam ſequitur Iaſ.col.2. verſ.Tertiò limita.& teſtatur ibi Curt.iun. n.25. eam eſſe veriorem & magis communem opinionem.tenet præterea eandé opinionem gl.ordinaria in.c.ſi quis epiſcoporum.in parte,exceptio.3.q.6.& ibi etiam Archidiaconus nu.4.qui eiuſdem ſententiæ authores allegat Gofredum & Hoſtiéſem. Habet autem opinio hæc gloſ.noſtræ & cõmunis elegans fundamentum, cui contra aduerſarios niti poſsit: nanq; exceptio dilatoria opponi poteſt poſt litem cóteſtatam, ſi pòſt orta eſſe dicatur. c. inſinuãte. de offi. delegat.ſed recens ortam eſſe vel recens ad memoriam perueniſſe ſunt æqualia.c. nulli.c.vt circa.de elec. admittetur igitur is qui iudici fidem fecerit poſt litem conteſtatam ad ipſum perueniſſe notitiam exceptionis illius.præterea tex.in.c.paſtoralis.in probabili ignorantia fundari videtur eius cui cõpetebant exceptiones. hæc igitur eadem ratio admittet excluſum per legis terminum à propoſitione exceptionũ illarum. Oportebit tamen animaduertere vt primo quoq; tempore hæ exceptiones opponantur, ex quo ad memoriam peruenerunt: nanque ſi poſt [illegible] ſit geſtus actus aliquis in iudicio veluti lite [illegible] iterum cóteſtata, amplius illæ obijci nó poterunt.ex tex.eleganti in.l.2. vbi id notat Barto.in fine.C.de conſor.eius lit.idem Bart. ipſe obſeruauit in.l. Pomponius.§. ratihabitionis.1. oppo. ff. de procur. & eſt tex.egregius de hoc in.c. inſinuante. verſ.niſi poſtquã. de offi.deleg. qué in hoc notarunt ibi Barto.& Felin.nu.11.atq; hanc opinionem teſtatur eſſe communem Felin. in.c.cũ.M.Ferrarienſis.nu.9. de conſti.itaq; in caſu huius gl.noſtræ non ita ſimpliciter eſt admittendum exceptiones dilatorias, quæ per errorem omiſſæ fuere vſq; ad ſententiam,opponi poſſe, ſed vſq; ad primũ actũ, qui poſtquam in aperto fuit parti eas competere,geſtus fuit in iudicio,niſi exceptio illa,quæ proponitur haberet tractum ſucceſſiuum,vt eſt exceptio loci non tuti, ad qué accedere nemo litigantium tenetur. Clement.paſtoralis.de re iudic. item loci inhoneſti

neſti, quem virum probum adire non de-
ceat.l.ſi cùm dies.§. ſi arbiter. verſ. ſed ſi in
aliquem locum.ff.de arbit.hæc enim exce-
ptio etiam poſt actus aliquos geſtos in iu-
dicio proponi poterit. ex text. qui in hoc
elegans eſt in.c.ex parte. 1. de appellat. ibi.
quoties ad illos iudices vos euocari conti-
gerit. vbi eum textum ad hoc notant An-
tonius & Ioannes de Imol.& videtur idem
tenere Panor.ibi.3.notab.Peruſ. 5. illat. atq;
communem opinionem eſſe Decius affir-
maſ.num.3.& idem ſequuntur preterea Ar
35 chidiaconus in.§.exceptio.3.quæſt.6.Imola
poſt alios in.c.dilectus.2. nu. 14. de reſcrip.
quam ex eo confirmat Iaſ.in præſen. nu. 17.
quòd licet à ſentẽtia ſemper appellare quæ
infert perpetuum grauamẽ,quare à captu-
ra ſemper poteſt appellari, etiam poſt decẽ
dies datos ad appellandum. authen. hodie.
C.de appell.hodie quinque. l.1.tit. 16. lib. 3.
ordinament.quod Bal.more ſuo eleganter
notauit in.l.1.2.quæſt. C.de epiſc. audi. idẽ
Bal.in.l. .prope finem.C.ſent. reſ. non poſ-
ſe.idem Bal.in tractatu de carceribus.nu.5.
Balb.allegãs alia de præſcrip. 4. par. 4. par.
princip.quæſt.30.num. 4. Superiora omnia
tu intellige, niſi volenti poſt litem conte-
ſtatam exceptionem dilatoriam proponere
quam omiſit iuris errore, negligentia poſ-
ſit imputari,quòd non diſquiſierit diligen-
ter quæ ſibi exceptiones poſſent ſubuenire,
tunc enim ius illi non ſuccurrit tanquam
dormienti,quod vigilantibus ſubuenire ſo
let.l. pupillus. ff. quæ in frau. credit.l.non
enim.ff.ex qui. cauſ.maior.ita enim creden
dum eſt ſenſiſſe gloſſam ordinariam in. c.
paſtoralis.de exceptio.in gloſ.fin.quam ibi
ita interpretatur Panor.nume.23.ne obuiet
huic noſtræ,ac proinde reprobanda ſit.idẽ
Iaſ.in præſen.num.16.referuntq; ipſi Panor.
& Iaſ.Calderinum in.c.fi.de ordi cogniti.li
mitationis huius autorem.atq; idem ſequi-
tur Alexan.in.l.ſi mulier.nu.8.ff.ſol. matri.
Quæ ſententia vera mihi eſt,atq; ex eo opti
mè confirmatur, quòd cùm reus hic ſit in
culpa,eaq; non leui,par eſt, vt illi reuocan-
di erroris venia minimè permittatur.l.de
ætate.§.qui iuſto.ff.de interrogat.act.
36 Ex hac vltima concluſione deducitur
præterea ſpoliatum,cuius exceptio fauora-
bilis multùm in iure noſtro fuit, quæq; ſi le
re facit cauſam dominij ab altera parte intẽ
tatam, non poſſe exceptionem ſuam ſpolij
proponere poſt litẽ conteſtatã, ſi vel ſciuit,
vel ſcire potuit diligenti inquiſitioni exce-
Alciatus in rub.de præſcrip.nu.44. & hanc
naturalis obligationis, quæ poſt pręſcriptio
nem remanſit læſionem ſatis ſignificant
textus in.l.fin.C.de edict. diui Adri. tollen.

prope finem.ibi, niſi tantum temporis pro fluxerit,quod poſsit poſſeſſor pleniſsimè ſecuritatē ſuper dominio pręſtare.& in.l.omnes.in fine.de preſcrip.30.vel.40.annorum. ibi.& præſentis ſaluberrimæ legis pleniſsima munitione ſecurus, indeq; adiuuatur, quòd ſoleat is qui preſcripſit,ſimilis eſſe ſol
20 uenti.l.ſi pupillus.ff.de admi.tut. Superioribus tu adde, ꝙ ſicuti obligatio naturalis impedit repetitionē ſi per errorē iuris ſolutio facta ſit,ita etiam obligatio ad antidora, repetitionem impediet.argu.tex.in.l.ſed ſi lege.§.conſuluit.ff.de pet.hære.l.idemq;.ff. mandat.atq; hanc opinionem tenet Fortunius in.l.1.§.ius naturale.10.illat.ff. de iuſ.& iur. Sed contrarium in hac ſpecie verius eſt, cùm obligatio illa longè differat à naturali. atq; ita tenet glo.in.l.ex hoc iure.in gl.obligationes.de iuſt.& iur. quam ibi ſequuti omnes eſſe videntur,& omniū latiſsimè Iaſ. ibi.nu.74.Oroſcius nu.51. atque idem videtur tenere gl.in illo.§.conſuluit.Barto.in.l.ſi teſtamento.§.1.nu.1.id limitans.ff.de fideiuſſ.atq; communem eſſe hanc opinionem cōtrariam ipſe ſequutus teſtatur Epiſcopus Ciuitatenſis in.c.cùm in officijs.nu.10.de teſtament. quam ſequitur etiā Riminaldus
21 in rub.de dona.inſtit.num.20. Vlteriùs collige ex glo. in verſ.item econtra.quòd ſi debitum ciuiliter,indebitū tamē naturaliter, ſoluatur,quocunq; errore id fiat,ſemper cōpetit repetitio.allegat gl.textum in.l.ſi non ſortem.§.indebitum.& in.§. adeò.ff.de condict.indebit.tametſi dicat id non procedere in.§.fina.Inſtitut.de obli.quæ ex quaſ.cōt. naſcū.& in.l. ſi fideiuſſor.§.in omnibus.ff. mandat.Pro hac gl.opinione eſt tex. in.c.ſi. §.ſi.1.q.4. Exemplū autem huius rei poſuit glo.in.l.1.ff.de condict.indebit.in obligatō ex chirographo ante biennium,ille enim ciuiliter tenetur non naturaliter. l.qui pecuniam.ff.ſi cer.pet.vbi in poteſtate habet ille ne accipiendo pecuniam ſe obliget, naturaliter intellige, nam ciuiliter, iam erat antea obligatus.Ad idem eſt textus in.l.Titius.ff. quæ res pign.obli.poſſ.in fine.in.l.1.in fine.
22 ff.qui pot.in pigno.habeant. Collige tu ex hac particula glo. ex chirographo ante biēnium oriri ſolùm ciuilem obligationem.Et hanc opinionem teſtantur eſſe communē Fulgo.num.20.Iaſ.nu.5.atq; idē glo.in alijs locis cenſuere, quarum opinionem cōmunem eſſe teſtantur Emmanuel ab Acoſta in.l.ſi ex cautione.1.notabil.nu.7. C.de non num.pec.Fernandus Menchaca de ſucceſſ. crea.§.12.nu.49.qui vrgentibus fundamentis eam impugnās,alteram reddit probabiliorē,vt neq; naturalis neq; ciuilis hic obli-
23 gatio oriatur. Vlteriùs collige ex gl.noſtra, quòd ſi quis vtroq; iure indebitum ſoluat, ſemper repetat, quocunq; errore fuerit deceptus,præterꝗ in certis quibuſdā caſibus.
24 Vlteriùs collige ex gl.in verſ.ſi autem eſt vtroq; iure.quòd quādo quis eſt obligatus ciuiliter & naturaliter, poteſt tamen exceptione ſe tueri,tūc plures oportet cōſtituere cōcluſiones, ex quibus prima colligitur ex glo.quòd tutus exceptione tēporali, vt puta is qui ad diem tenetur, ſi ante diem ſoluat,ſi quidem facti errore ductus id fecerit, repetet, ſecùs ſi iuris errore, ſicut in debito naturali ſuperiùs dicebamus.Bartolus verò in pręſen.nu.29.contrariū cenſet,imò quòd quocunq; errore ſoluatur, ſiue iuris, ſiue facti,nunquā cōpetat repetitio. & hæc fuit opinio Azonis,quā gl.refert,eamq; placuiſſe etiā glo.Bar.in præſen. intentio teſtatur. idē Salice.nu.8.referens eā tenuiſſe etiā Ricardū de Saliceto.pro qua videtur tex.in l.in diem. & in. l. nam ſi cùm moriar.ff.de condict.indebit. vbi indiſtinctè in hac ſpecie leges illæ negant repetitionem. atque hanc opinionem ſequuntur Bald.& Ange. in illa.l.in diē. Et referunt antiquiores hanc opinionem dixiſſe communem Iacobus Butricarius in præſenti. quam etiam tenet Bart.in.l.1.nu.30.ff.de condict.indebit. quo in loco Alexander fin.col. non ſemel teſtatur hanc eſſe communem opinionem.quā etiam teſtantur eſſe communem hi præter alios Fulg.in pręſen.nu.23.Alber.in.l.in diē. ſup.allegat.Alexā. in.l.ſi ſocer.§.Lucius.nu. 3.ff.ſolu.matri.Ioannes de Imola in.c.ſi.nu. 24.de ſolu.pro qua ego allego tex.elegantē in.l.

in.l.ſed & ſi vir. verſ.quod vir vxori. ff. de
donat.inter vir.& vxor. Ego verò ſententiã
gloſ. ſequi malo, vt concedatur in hoc ca-
ſu repetitio, ſi per ignorantiam facti fiat ſo-
lutio, nó quidem totius ſolutę quantitatis,
ſed interuſurij medij temporis duntaxat.
Mouet me, ꝙ cú dies pars obligationis eſſe
videatur.l.1.§.dies.ff.de edé.l.minus.l. ſicut.
§.minus.ff.de verbo.ſignifi.l. ſolidum. ff.de
ſolut. nil eſt quod ſummæ huius repetitio
denegetur, nam in ea factum eſſe credito-
rem locupletioré negabit nemo. quare glo.
opinionem ſequuntur in præſen.Bal. fi.col.
Fulgo.nu.22.Iaſ.nu.19.glo.in.l.ſi fideiuſſor.
§.quanuis.ff.mandat.quinimò Bar.ipſe ſibi
in hac re pręter morem contrarius in.l.ſi ſo
cer.§.Lucius.ff.ſolu.mat.Hanc opinioné ſe-
qui maluit Iaſ.in.l.in diem.ff.de con.indeb.
& hæc opinio magis mihi placet. Neq; ob-
ſtant tres illę leges, quas pro altera allegaui,
quoniam concedo non dari repetitioné to
tius debiti, ſed ſolú Interuſurij, cuius ſem-
per in iure noſtro ratio haberi ſolet.l. ſi con
ſtante.§.quoties.ff.ſolu.mat.l.1.§.ſi quis cre-
25 ditori.ff.ad.l.fal. Deinde collige ex gl.2. có-
cluſionem, quòd debitum vtroq; iure (cui
tamen exceptio perpetua fauorabilis oppo
ni potuit) ſemper repetitur, quocunq; erro
re fiat ſolutio. Exemplú ponit gl. in exceptio
ne Velleiani, ná mulier ex interceſsione ſol-
uens, ſemper repetit.l. qui exceptioné.ff.de
condict.inde. Cótra hanc gl.opinioné, quæ
videtur omnibus eſſe in cófeſſo, adeſt text.
in.l. ſi teſtaméto.§.ꝙ ſi duo.verſ. ꝙ ſi epiſto-
26 la.ff.de fideiuſſ.vbi tutus exceptione epiſto
læ diui Adriani ſi ſoluit, non repetit, at illa
perpetua exceptio eſt, quod illi cómune eſt
cum cæteris exceptionibus.l.purè.§. fi.ff.de
dol.excep.l.licet.C.de except.Item eſt fauora
bilis, cóſtat enim mero fideiuſſorum fauo
re: quod ex eo conſtat, quòd liberè poteſt
huic exceptioni per partes renuntiari. gloſ.
in.§.ſi plures.de fideiuſſ. inſt. negat fauora-
bilem eſſe hanc exceptionem. Bart. verò in
præſen.rectè conſiderat ideo hîc negari re-
petitionem in exceptione fauorabili, quo-
niam illa non reſpicit obligationé, ſed mo-
dum exigendi, quare ęquum fuit ex ea non
27 oriri indebiti repetitionem. Vnde ſimili ar-
gumento inferri poteſt, idem eſſe dicen-
dum in exceptione authen. præſente. de
fideiuſſo. nam etiam ſi exceptio illa ſit fa-
uorabilis, cùm non reſpiciat obligationem,
ſed modum exigendi, ſi ſoluat fideiuſſor,
etiam reo præſente, repetere non poterit.
quod Bartolus eleganter determinauit in.l.
qui exceptionem.nume.5.ff.de condict.in-
debit.tametſi contrarium ſentiat gloſ. lice-
bit.in.l.ſi reus. ff. eo.titu. quam ibi ſequun-
tur Barto.Salice.& Pau.Sed eſſe cómuniter
reprobatam affirmat Alber.ibi, & eú repre-
hendunt Bal.Ang.Alexan. & Iaſſ. qui duo
28 poſteriores legunt.l.illam ſub lege. ſi pœnę
cauſa.idem quoq; in exceptione competéti
alteri correorú ex authen. hoc ita.de duob.
reis. dicédum eſt ex ſuperioribus qui idem
29 notant. Collige vlteriùs tertiam concluſio-
nem ex hac particula gloſ.quòd tutus exce
ptione perpetua odioſa ſi ſoluit per ignorã
tiam iuris, non repetet, ſecùs ſi per ignoran-
tiam facti probabilem. quod probant text.
in dicta.l.qui exceptionem.& in.l.fin.ff.ad
Mace.vbi filiusfamiliâs ſi ſoluat mutuum,
à cuius actione poterat ſe defendere exce-
ptione ſenatuſconſulti Macedoniani, non
poteſt ſolutú repetere. Ex hac particula glo.
30 tu collige, quòd cùm exceptio hęc Macedo
niani ſit odioſa, atque ſemel ſolutum ex ea
minimè repetatur, teneri filiúfamiliâs natu
raliter ſoluere pecuniam mutuò acceptam
in vita patris, nam ſi non teneretur naturali
ter, competeret illi repetitio quocunq; erro
re ductus ſoluiſſet.

31 Vnde & in foro conſcientiæ tenebitur
quidem filiusfamiliâs ſoluere eá pecuniá,
quam mutuò accepit viuo patre. Quá opi-
nionem tenet Iaſ.in.§.actiones autem de pe
culio.n.35.de act.inſtit. & ibi. in hoc allegat
Innocétiú in.c.quia pleriq;. de immu.eccl.
vbi ille cótrariú tenet. vbi Hoſtié. Anton. &
Abbas nu.26.Innocétij opinioné ſequitur.
Sed ſuperior opinio ex his quæ ſuprà dixi,
verior eſt. quá ſequitur Iaſ.in.l. ſi filiusfami.
nu.1.verſ.& multú ſingulariter.ff.ſi cer.pet.

ſequuntur etiam Segura in .l. ſi ex legati
cauſa.nume.9.ff.de verbo.obligat.vbi falſò
allegat Innocétium huius opinionis autho
rem. Epiſcopus Ciuitatenſis in . c . quanuis
pactum.de pact.lib.6.2.par.§.3. num. 4. atq;
communem eſſe hanc opinionem eam ſe-
quutus teſtatur Menchaca . de ſucceſsio.
creat.§.28.num.55.tametſi opinionem Inno
centij videatur tenere Barto . in extrauag.
Ad reprimendum . verbo. ad denuntiatio-
nem.& eam ſequuntur Panormi.in.c. fina.
nu.29 .de præſcrip.Antonius Gomecius in
l.3.Tauri.nu.124.&.2.tomo.variar. reſolut.
c.6.nu.2.&.c.15.num.11.id limitans , ſi filius
familiâs eſſet factus locupletior. Ego com-
munii in hoc accedo.ÿ.

32 Superioribus tu adde,ꝙ ſi exceptio nó ſit
ſimpliciter odioſa,vt eſt Macedoniani , ſed
partim odioſa,partim fauorabilis,vt eſt ex-
ceptio quod metus cauſa . ſolutum per er-
roré iuris iure optimo repeti poterit . quod
Bar.eleganter notauit in.l.2.num.4.C.de ijs
quę vi metúſue cau.qué ibi ſequuntur oés.
Idem eſt in doli mali exceptione,quæ cú &
ipſa partim odioſa ſit,partim fauorabilis, ſo
lutú ex ea,iure optimo repetitur.l. qui ſe de
bere.verſ.Nerua.ff.de condict.cauſ.data.

33 Vlteriùs collige ex gl. quòd ſi dubitemus
an exceptio ſit téporalis vel perpetua,in du-
bio iudicamus eam perpetuam.l.ſufficit.ff.
de condict.indebit.quoniá ſemper idem iu
dicium ſit de dubio, quod de perpetuo.l. iu
riſperitos.in prin.ff.de excu.tut.l.fi.C.eo tit.
c.ſi gratioſè.de reſcrip.lib.6.

34 Nam & officialis præpoſitus alicui pro-
uinciæ vt ad beneplacitum pręficientis re-
uocetur, cenſetur perpetuus eſſe.quod Bar.
eleganter notauit in.l. de pupillo . § . ſi quis
ipſi prætori.3.q.ff.de noui.oper.nunt . Atq;
idé prænotauit Petrus & Cyn.in.l.quiſquis.
C.ſi cer.pet.vbi eos refert Bal. idé ſequutus.
nu.1.qui non meminerunt gl.hoc determi-
nantem in.c.fin.in gl.perpetuis. de except.
lib.6.& idem voluit glo.expreſsior in cle.2.
in parte,per electionem.de reſcri. quam eſ-
ſe cómuniter approbatam teſtatur Gome-
cius in.c.2.nu.64.de conſt.lib.6.

35 Vlteriùs collige ex gl. quòd in exceptio-
nibus omnibus inuentis ad iuris rigoré có-
ſeruandá,nunquá conceditur repetitio,per
leges,quas glo.allegat. Vlteriùs gl.opponit
aduerſus tex.hunc conſiderationem quan-
dam.Cui glo.ipſa facilè reſpondet, profeſſa
vltimo loco hæc omnia in maiore ſoluente
procedere,ſecùs eſſe in minore.l.2. C. ſi ad-
uer.rem iudicat.

Summa rerũ. l. Quanuis in lucro.

1 IN iuris ignorãtia magis fauetur ætati quàm ſexui.
2 Maiores ad lucra quoq; reſtituuntur.
3 Minoribus etiam pro re minima cócedi in integrum reſtitutionem.
4 Declaratur tex.in l.ſcio.ff.de in integ.reſt.

L. Quanuis in lucro.

NOn diuiditur,nec legitur à do-
ctoribus. Hoc continet in ſum
1 ma. In iuris ignorantia magis
fauetur ętati,quàm ſexui. Licèt
enim mulier & minor ſint in iure æquipa-
rati.l.1.§.fin.ff.de deci.l.2.§.fin.ff.de iur.ſi ac
mulierem non excuſet iuris ignorantia.l.3.
ſup.eo.minorem tamé excuſat , ne lucrum
ille amittat:quoniam ætas illa mille eſt ſup
poſita captionibus.l.1.ff.de minor. vbi hoc
eleganter notat Iuriſconſultus. Et neceſſa-
riò hic accipere debemus minorem hoc ca
ſu ad lucrum reſtitui quod amiſerat lapſus
iuris ignorantia: nam ne damnum patere-
tur,neceſſum non habuit ætatis auxilium,
quoniam nec maioribus iuris error vnquá
obfuit , vt propterea damnum paterentur.
l.iuris ignorantia.l.error.verſi.cæterùm . ff.
de iuri.& fact.ignoran.

2 Quare colligitur ex textu hoc minorem
ad lucra quoque deperdita reſtitui. idé pro
bant text.in.l.3.§.ſi quid minori.l. & ſi ſine.
§.1.ff.de minor . vbi aduerſus omiſſam hæ-
reditatis aditionem reſtituuntur mino-
res,quæ tamen in lucro conſiſtat. l. qui au-
tem.ff.quæ in fraud.credit. Sed & maiores,
quos prætor ipſe ex clauſula generali , ſi
qua

qua ſibi iuſta cauſa videbitur in integrum reſtituturum eſſe pollicetur, ad lucra etiam ſolet reparare. l. Iulianus. ff. ex qui. cauſ. mai. quo magis iuris regula eluceſcat, quæ docuit abſentiam eius, qui reipublicæ cauſa abeſt, neq; ei, neque alij damnoſam eſſe debere.

3 Hæc enim omnia eò pertinent, vt ſi modò id potis ſim, reddam perſuaſum contra cõmuniores iuris vtriuſq; doctorũ ſententias in hac parte minores aduerſus rei minimę captionem eſſe reſtituendos, qui ad lucra per prætorem reſtituantur, cùm magis lęſi illi eſſe videantur, ſi rem quamlibet minimam ex ſuo patrimonio deperdant, q̃ ſi pluris valentem non acquirant. l. fi. C. de codicill. Habet & hæc opinio ſuos authores. Bal. in. c. cùm adeo. extra. de reſcript. Deciũ in. c. maioribus. col. 1. de præben. & in. c. de appellationibus. col. 3. verſ. pro cõcluſione. de appell. Gomeci. in. §. pœnales. num. 4. de acti. inſtit. Et horum opinio mihi magis placet, quanquã ſciam in contrariam opinionem ſolere indies allegari tex. in. l. ſcio. ff. de in integrum reſt. per quẽ tenent omnes ibi propter minimam rem reſtitutionem in integrũ non eſſe concedendam. Quę fuit etiã ſententia Bart. in. l. ſi proprietarius. in finalibus verbis. ff. de dãno infect. vbi ille diſtinguit inter remedia quæ competunt de iure communi, vt hæc etiam largiantur pro re minima, & ea quæ competunt ex iure ſpeciali, vt hæc minimè competant pro re minima. Quam diſtinctionem ſequuntur omnes. Atq; cõmunem eſſe teſtatur Andreas Tiraquel. in. l. ſi vnquam. verbo. omnia vel partem aliquam. nu. 15. C. de reuoc. dona. & eam ſequitur Antonius Corſetus in tractatu de minimis. nu. 21. & communẽ eſſe præterea teſtantur Claudius de Sayſel. in. l. vt vim. nu. 60. ff. de iuſt. & iur. Curtius iun. in authen. præterea. nu. 8. C. vnde vir. & vxo. Verũ prior opinio mihi magis placet, maximè cũ videam aduerſus ſolam litium moleſtiam minoribus concedi in integrum reſtitutionẽ. l. minoribus. ff. de minor. Tex. autẽ
4 in. d. l. ſcio. tunc locũ ſibi vendicabit, ſi ex huiuſmodi pro re minima reſtitutione maiori rei vel ſummæ præiudicetur. quod verba ipſa Conſulti ſatis ſignificare videntur. Atq; eſſe hunc intellectũ ad illum textum veriorem & receptiorem eſſe affirmat Pinelus in. l. 2. c. de reſci. vend. 1. parte. nu. 26. neq; placet mihi ſuppletio gl. finalis ibidem.

¶ Ex. l. Conſtitutiones.

1 *IVris ignorantia excuſat aliquando, ut ſi merè poſitiuum illud ſit.*
2 *Ignorantia iuris municipalis promulgati non excuſat.*
3 *Ignorantia priuati iuris excuſat alienigenam.*
4 *Allenigena poteſt reſtitui aduerſus ignorantiam iuris municipalis.*
5 *In ciue nouiter recepto eſt tolerabilis ignorantia iuris priuati.*
6 *Legis ignorantia excuſat ante duos menſes promulgationis.*
7 *Leges ligant ſcientes etiam ante illos duos menſes.*
8 *Et hoc habere locum etiam in foro conſcientiæ.*
9 *Senator ex ſenatu cognoſcens certum pretium tritico præſcribendum, non poteſt iam carius uendere.*
10 *Perſonas eccleſiaſticas excuſat ignorãtia iuris ciuilis*
11 *Ignorantia conſtitutionũ extrauagantiũ an excuſet.*
12 *Sententia lata contra extreuagantem, an ſit ipſo iure nulla.*
13 *Legum ignorantia dolus ſit, an lata culpa.*
14 *Ignorantia legum reſpectu caſuum ſpecialium an ſit lata culpa,*
15 *Ignorantia legum difficilium præ cæteris non eſt lata culpa.*
16 *Error iuris obſcuriſsimi non impedit uſucapionem.*
17 *An ualeat ſtatutum, ne quis eius ignorantiam poſsit allegare.*
18 *An pro ſubſtantia legis ſit neceſſaria ſcriptura.*
19 *Iuris conſuetudinarij ignorantia neminem excuſat.*

¶ L. Conſtitutiones.

NOn diuiditur textus hic. Summatim hoc continet. Leges oportet ab omnibus ſciri, neque poteſt quiſpiam ignorantiam legum prætendere. Idem in. l. leges ſacratiſsimæ. ſupra de legi. l. 3. titu. 4. lib. 1. ordinament.

1 Sed contra text. hunc oppono textum in.l.ſi adulterium cum inceſtu. §. ſtuprum. verſ.nam ſi ſola.ff.de adulte. vbi mulier ab inceſtus crimine excuſatur propter iuris ignorantiam.Sed dicẽdum generalem tex. huius regulam ibi non procedere, quoniã ius illud ciuile eſt,cuius ignorantia mulierem ibi excuſat, quod nullam à iure gentium vel naturali habuit originem, quare mirum non eſt ſi eius ignorantia mulieri permittatur, quæ tamen non hoc remanet impunita,quæ adulterij pœna notatur.

2 Secundo loco oppono textum in. l. fi.ff. de decret.ab ordi.facien.vbi ignorantia iuris excuſat generaliter omnes. Poſſet quidẽ dici textum illum agere in iure municipali, cuius ignorantia faciliùs quidem excuſat, quàm iuris communis. Verùm neq; municipalis iuris ignorantia quenquam excuſare poſſe videtur,ſi ius illud publicè promulgatum ſit.c.1.de poſtul.prælat.Facit optimè textus in.l.ſed & ſi quis.§. proſcribere. ff.de inſtito.action.

3 Quare Bal.& Ful.in.l.leges ſacratiſsimæ. de legi.ſuper textum illum interpretãtur in homine aliquo extero, quem noſtri forenſem appellitant,ad quem priuati iuris ſcientia non peruenerit.

4 Quibus tu addes alienigenam poſſe petere in integrum reſtitutionẽ ex clauſula generali aduerſus ignorantiam iuris municipalis,quod ille probabiliter ignorabat. Innocẽtius in rub.de cõſue.nu. 6. verſ.ſed dic meliùs.Faber.in.l.1.col.7.verſ. item dic. de ſumm.Trini.& fid.catho.Iaſ.in.l.quandiu. num.12.C.qui admit.

5 Item adde,quòd non ſolum iuris ignorantia tolerabilis eſt in alienigenã,ſed etiam in ciue nouiter recepto. ex textu elegãti in l.qui cum vno.§.fi.ff.de re milit.ex quo hãc propoſitionem deduxerunt Bald.in.l. data opera.num.25.C.qui accuſar.non poſſ.Roma.cõſ.228.num.8. Ioannes à canibus qui alios allegat de execut. vltima. volunt.3. p. queſt.3.num.13.

6 Tertiò contra text. hunc oppono textũ in authen.vt factæ nouæ.conſt.collat.5.vbi ignorantia iuris etiam generalis & communis excuſat quemlibet. Tu dic quòd excuſat intra duos menſes publicationis iuris illius,nam pòſt neminem excuſabit, quoniã ante duos menſes præſumitur ignorantia promulgationis,atq; ita procedit tex.ille.

7 Si tamen ante illos duos menſes adeſſet alicui legis ſcientia,ligaretur certè legis illiꝰ conſtitutione.ita enim voluit gloſ.in.c.2.in gloſ.hactenus.de reb.eccl. non alienan.lib. 6.quam ibi ordinariè notant canoniſtę.addit Francus in.§.contractus.num.5. eſſe mẽte tenendam, atq; ſemper ad hoc allegari. idemq; voluit gl.eiuſdem Ioannis Andreæ in.c.cùm ſingula.in glo.peruenerit. de pręben.in.6.quam notant ibi in hoc Geminianus num.10.Francus num.6.idem ſequuti. atq; idem tenuit Bar.in.l.omnes populi.nu. 37.ff.de iuſt.& iur.Panor.in. c.1. nume.11.de poſt.prælat.vbi expendit eum textum pro hac opinione:idem Panor. in. c. 2. de conſtit.num. 7. vbi Ioannes de Imola nume. 5. verſ.& aduerte.teſtatur hanc eſſe communem opinionem,& eam tenet Felin.ibi.nu. 7. tametſi Paulus de Eleazar. in proœmio. Clement.in verbo.de cætero, teneat neque ſcientes ligari ante duos menſes. cuius opinionem ſequutus eſt Anto.de But.in illo.c. 2.vbi Decius.1.lect.num. 16. dicit videri ſibi eam opinionem ſuſtẽtabilem. quam etiam videtur ſequutus Philippus Francus in data ſexti lib.num.11.Mihi opinio glo. & communis magis placet. pro qua eſt textus pulcher Innocentij quarti in.c.1.verſ.nec obſtaret.de conceſſ.pręben.lib.6.ibi,niſi poſtquã ad notitiam peruenerint eorundem,vbi alternatiuè Papa loquitur de duobus menſibus elapſis,aut de ſcientia legis habita ante ipſos.licèt cauſari emunctę naris lector poſſit verba illa Innocentij narratiua eſſe,à quibus fruſtra argumentũ ſumi ſoleat.cle.1.de probat.niſi cùm ex illis fundatur intẽtio legiſlatoris.Pręterea hic terminus duorũ mẽſiũ pro habẽda ſcientia legis datur ,quare ſi ante illos iam ſcientiam quis habeat, nil eſt cur illum terminum expectemus.l. ſi quis hæres ita ſcriptus.ff.de acqui.hære. & cùm

iam certus ſit, nihil eſt quod ampliꝰ certio retur.l.1.ff.de actio.empt.c.eum qui certus. 8 de regu.iur.in.6.ſed & quoad forum conſcientiæ attinet ligaretur qui lege lata ante duos menſes, ſi iam legis factæ notitiam haberet. quod Dominicus Sotus obſeruauit de iuſt.& iure.lib.1.quæſt.1.articul.4.colū.3. Quibus non obſtat text.in authen.vt factæ no.conſt.vbi requiruntur duo mēſes. nam debet accipi textus ille niſi aliunde notitia haberetur ante illos duos menſes.

9 Vnde illud infertur, quòd ſi ſenator, qui ex concilio ſenatorio cognouit certum pretium præſcribendum eſſe tritico vendēdo, ſi ante promulgationem ſanctionis vēdat triticum maiori pretio, ad exceſſum pretij emptori eſſe obligatum. quod Bartolus nominatim determinauit in.l.quæro.ff.de act.empt.idem in.l.contra legem.ff.de legi.quo in loco ex Zaſio nu.3. Ioanne Oroſcio num.2. conſtat hanc eſſe communem opinionem. ſequuntur Bald.in.l.cùm conueniet.num.1.C.de peri.& comm. rei ven. Felin.in.c.2.de conſtitu.num.7. verſ.& pro hac limitatione. Ripa teſtatus ſe ita ex facto conſultum reſpondiſſe in rub. de conſtitu. num.47. Sed hoc non vno modo temperari oportet. Nam non procederet, niſi lex intra breuem terminum proferenda eſſet, nā ſi eſſet in longius tempus dilata, non cenſeretur fraudem legi illi factam fuiſſe. quod Pinelus allegans alios notauit in.l.2.de reſcind.vendit.3.p.c.2.num.22. Item debet accipi, vt vendendi facultati aliquid decreſcat propter nondum latam legem, non tamen vt ſenator integrum exceſſum pretij veluti iam perlata lege reddere cogēdus ſit. quod Ioannes Medina vir doctiſsimus probauit de reſtitutione.c.35. In iure ſanè rarò contingente, & in ſtatuto vetuſto atq; inuſitato facilè iudices admittent iuris ignorantiam. Anchar.in.cl.1.nu.13.de reb. eccle.nō alien.idem per text.ibi in.c.vbi periculum. §.fin. Francus ibi.num.10.de elect.in.6. Hippolyt.conſilio.49.num.49.

10 Quarto loco oppono textum in.l.repetita.ſupra de epiſco.& cler. Sed ille textus in perſonis eccleſiaſticis agit, qui poſtquam ex iure dedicerint quæ ſequenda fugiēdáue ſint, reliquas iuris partes poſſunt impunè ignorare, nā & idem in militibus eſt.l.fi. in princi.C.de iure deliber. Sed an extraua-

11 gantium ignorantia excuſet? Et ſi illæ notæ ſint, nemine excuſabit earū ignorātia, vt ſi ſint inſertæ corpori iuris. Quòd ſi ſint illæ incognitæ, earum ignorantia facilè excuſabit. quod Bald. animaduertit in illa.l.leges.

12 col.2.verſ.quæro an liceat. nam & ſententia lata contra extrauagantem incognitam, neque inſertam corpori iuris, non eſt ipſo iure nulla. quod Barto. rectè obſeruauit in.l. cùm prolatis.nume.1.ff.de re iudi. vbi Alexander num.9.I aſ.nume.6. eam opinionē communē eſſe teſtantur. Sunt tamen extrauagantes aliquot conſtitutiones, quas etiā ſi ſummi pontifices corpori iuris non inſeruerint, adeò notæ compertæq́ue omnibus ſunt, vt earum ignorantiam neminem deceat allegare. Qualis eſt illa Martini quinti. Ad euitanda ſcandala.& ſi quę ſunt

13 ſimiles. Sed iuris ignorantia an dolum arguat, videamus. Et cùm text. hic dicat leges ab omnibus ſciri debere, reliquū eſt, vt earū ignorantiam latæ culpæ aſcribendam eſſe cenſeamus. latæ enim culpæ finis eſt, nō intelligere quod omnes intelligunt.l.latę culpæ.l.cedere diem.§.fin.ff.de verb.ſigni.atq; ita nominatim notauit gloſ.non iuris. in.l. liberorum.verſ.non ſolum.ff.de his qui notan.infam.alia in.§.ſuſpectus in parte non æquæ.de ſuſpect.tut.inſt. quarum opinionem tenet Bart.in illa.l.leges ſacratiſsimæ. idem Bart.in.l.quod Nerua.nume.7.ff.de poſit. atq; communem eſſe hanc opinonē teſtatur Alciatus in.31.præſumpt.3.regulę. nume.6.

14 Quod tamen tu intellige de iuris ignorantia reſpectu caſuum communiū & generalium. nam caſus ſpeciales ignorare qui ad regulas communes adaptantur, nō dicitur lata culpa. quod ex quadam gloſ. ibi colligit Salicetus in.l.quod te mihi.ff.ſi certa.num.27. Antonius & Imola num.19. in.c.2.de cōſtitut. In iuriſperito autem legū

ignorantia turpitudo eſſe videtur.l.2.§. Seruius auté Sulpitius.ff.de orig. iur. vbi Oroſcius notat nu.117.ex Bald. dolú quoq; eſſe.

15 Sed hæc in iure ordinario procedere videntur: nam ignorantia legum,quę ſunt ſupra omnes intellectu difficiles,non videtur lata culpa eſſe: nam & difficultatis vidétur ipſi iuriſconſulti etiam rationem habuiſſe. l.Gallus.§.ille caſus.ff.de libe. & poſthum. & iudicem errantem in intellectu.l.Gallus. mitiùs eſſe in ſyndicatu corripiendum exiſtimauit glo.videbitur.in principio Inſt.de oblig.quæ ex quaſi delict.naſcunt.cuius in optimo propoſito meminit Iacobus Septimancenſis de inſtitu.cathol.c.53.num.7.

16 Atq; cùm iuris error vſucapionem ſemper impediat.l.núquam in vſucapionibus. l.ſi fur.§.1.ff.de vſu.l.2.§.ſi à pupillo.ff de vſucap. pro empt. ſi error ille ſit iuris alicuius obſcuriſsimi, vſucapionem non impediet. quod Antonius & Imola nu.20.tenuerunt in.c.cùm dilectus.de conſuet.idem ſequuntur Abbas & Felin.nu.27.in. c.de quarta.de præſcript.Felin.in.c.1.num.18.de re iudicat. Epiſcopus Ciuitaten.in.c.poſſeſſor. de reg. iur.in.6.2.p.§.7.num.9. & ante omnes id voluit Faber in.l.venditioni.ad finem.1. colú. C.de vſucap.pro empt.Cepola ibi.num.32.

17 Quæ cùm ita ſe habeant,nil eſt quod miremur Bartolum in.l.diuus.in princi.argumento tex.ibi.ff.de falſi. ſcripſiſſe valere ſtatutum diſponens,ne quis eius ſtatuti ignorantiam poſsit allegare.Atque idem voluit etiam Bald.in.l.1.ff.de legib. num.6. Claudius ibi.num. 27. vt tamen ſolùm ſtatutum ignorantiam iniuſtam videatur excluſiſſe: nam eam,quæ iuſta eſt, excluſam non videri.argumento text.optimi in. l. nulli.ibi, ex ſua ſcientia.C.de epiſ.& cler. ex quo ita colligit Bald.in.l.vnica.in princi.num. 11. verſ. item dicta conſtitutio.de caduci.tollen.idé ſequitur Iaſſ.allegans Salicet.& Roma. qui tamen Bald.non meminit in. l.quãdiu.nu. 11.C.qui admit.Feli.qui Salicet. ſolùm allegat in.c.per tuas.3.num.3.de ſymo.

18 Vltimo loco cum hic præcipiatur leges ab omnibus eſſe ſcitas,conſequitur neceſſariò legem eſſe in ſcripturam redigendam, neq; enim illa aliter omnibus poſſet innoteſcere:requiretur igitur ſcriptura pro ſubſtãtia cuiuſq; legis.Atque ita videtur voluiſſe gloſ.in.l.1.in glo.1.C.de legib.ibi, & in ſcriptis redigenda. quam opinionem videtur tenere Albericus in rub.C.de legib.num. 5. atque communem eſſe teſtatur Salicet. in l.humanũ.eo.titu.quam & Antonius Gomecius probauit in.l.1.Tauri.num. 5. Quæ hac ratione præterea iuuatur,q lex à legendo dicta ſit,ſi credimus diuo Iſidoro lib. 5. Etymolog.c.4.legi auté nil poteſt niſi ſcribatur.l.1.§.legi. ff. de ijs quæ in teſta.delent. Tametſi contrariam opinioné ,imò quòd ſcriptura hic minimè ſit neceſſaria, videtur probare tex.in.l.1.ff.de conſt.princi. ibi, vel de plano interloquutus eſt.& text. iuris Canonici in.c.1.verſ.nos igitur. de renunt. in.6.vbi in hoc ſolùm redigitur lex in ſcripturam,ne obliuioni illa tradatur, nó vt ex ſcriptura legi valor vllus accedat. & tenet hanc opinionem Ioannes Andreę in.c.nemo ad impoſsibile.de reg.iur.in.6. vbi eam optimis argumentis confirmat. ſequuntur eam Antonius & alij in rub. de conſtitut. vbi eam ſequitur Panormita.num.3.dicens varias fuiſſe in hoc opiniones.Imol.ibi.nu. 4. teſtatus hanc eſſe communem opinionem,quam & communem eſſe affirmat Felin.ibi.num.3.ſequitur eam Decius, qui nó pauca in vtranq; partem confert argumenta.1.lect.nume.3. communem eſſe teſtatur Andreas ab Exea ibi.nu. 199. Antonius Gomecius in.l.41.Tauri.num.2.verſi.cófirmatur etiam.& communem eſſe teſtantur Ripa in.l.2.num.13.ff.de vulg. & pupill. Gregorius vnum Felin.allegans in.l.4. tit.1. p.1. eam ſequuti.& hanc ſequor.poteſt enim & ſi non ſcripta ſit lex omnibus innoteſcere.

19 Vltimò adde,quòd cùm ius partim ſcriptum ſit,partim moribus receptum.§.conſtat.de iure natu.gen.& ciuil. ſicut iuris ſcripti ignorantia neminem excuſat vt hic, ita nec iuris conſuetudinarij quenquam excuſabit:quoniam locales conſuetudines velu ti ius commune ſunt illius loci, in quo illæ vigent

vigent.c.cùm veniſſent.de eo qui mit.in poſſ.cau.rei ſer. Atque ita expreſsim notauit Philippus Francus allegans alia in .c. 1. nume.14.de conſtitu.in.6.

¶ *Summa rerum. l. Ne paſſim.*

1 *MVlieres ligari ſtatutis terrarum niſi ſint exceptæ ſpecialiter.*
2 *Mulier tenetur refundere expenſas propter mutationem libelli.*
3 *Mulier hæres tenetur in ſolidum non confecto inuentario.*
4 *Ruſtico ſicut & mulieri non prodeſt iuris error, niſi in caſibus in iure expreßis.*
5 *Lege regia partitæ correcta communis opinio.*
6 *Ruſtico ſagaci non ſubuenitur.*
7 *Mulier Velleiano an poßit renuntiare.*
8 *Minor non poteſt renuntiare in integrum reſtitutioni.*
9 *Filiusfamilias non poteſt renuntiare Macedoniano.*
10 *Mulier ut renuntiet Velleiano, eſt certioranda quid ſit Velleianum.*
11 *Mulier renuntians Velleiano in dubio non præſumitur certiorata.*
12 *Mulier ſi iurat fideiußionem, an ſit certioranda.*
13 *Si in inſtrumento dicatur mulierem fuiſſe certioratam, an ſit ſtandum illi.*
14 *Si in inſtrumento dicatur mulierem renuntiaſſe Velleiano, an uitiet renuntiationem.*
15 *Si notarius rogatus quid ſit Velleianum, neſciat an ualeat renuntiatio.*
16 *Mulier hæretica non potitur exceptione Velleiani.*
17 *Mulier hæretica non habet tacitam hypothecam.*
18 *Declaratur gloſ. uerbo. authoritas.*
19 *Mulieri contraria deponenti non ſubuenitur.*
20 *Mulier occupans propria authoritate rem ſibi legatam incidit in pœnam legis.*
21 *Si mulier clam aliquid facit, præſumitur doloſa & fraudulenta, ſicut & mas.*
22 *Mulier delinquens mitius eſt punienda, quàm maſculus.*

L. Ne paßim.

NOn diuiditur text.hic. Summatim hoc continet, Mulier redigitur ad ius commune, niſi in caſibus à iure expreſsis. Et dicit Bald. textum hunc eſſe notabilem.

1 Ex eo quoq; notat ille mulieres ligari ſtatutis terrarum, niſi illæ ſpecialiter ſint exceptæ. Barto. inquit legem hanc eſſe ſubtilem ac difficilem.

2 Atq; ex ea colligit ille in. l. edita. num. 35. verſ. mulierem autem puto. ff. de edend. quod cùm actor qui libellum mutauit, ſoleat in impenſis quas propter hanc mutationem rei paſſus fuit, condemnari, mulieré quoq; libellum mutantem eadem pœna eſſe afficiendam. Quoniam inquit Barto. non inuenire ſe hunc caſum lege expreſſum, in quo mulierem iuuari oporteat. Et tametſi contra Bartolum ibi nitantur Bald. in rep. Paduana. col. 1. verſ. item in eo. & quidam alij, atq; horum opinionem videantur ſequuti ibi eſſe Corneus num. 40. Purp. nume. 252. Bartoli opinio mihi per hunc textum vera eſt. quam ibi ſequuntur Salicet. nu. 15. Alex. num. 23. Decius nu. 96. Aretius ſenior nu. 91. Ioannes de Vicomercato. num. 59.

3 Secundò hinc infertur, quòd ſi mulier adeat hæreditatem non confecto inuentario, teneri eam in ſolidum creditoribus hæreditarijs, cùm iure expreſſum nõ ſit, vt mulier in hac parte adiuuetur. Atq; ita ex facto conſultus reſpondit Bart. conſi. 154. Martinus fecit hęredem. num. 2. Idem ſequuntur Bald. in. l. fin. in princip. 3. q. C. de iure delib. Iaſ. ibi. num. 1. Alexan. in. l. iuris ignorantiã. num. 6. C. qui admit. Decius ibi. num. 14. lectionis. 2. atque communem eſſe exiſtimo. Qua ratione eleganter Bald. obſeruauit in rub. de cohabit. cleri. & muli. num. 3. mulieri hoc ſolo quòd mulier ſit, non eſſe concedendam in integrum reſtitutionem, cùm id lege vlla expreſſum non ſit. mouetur què Bald. ex hac. l. quam allegat.

4 Ampliabis tu modò textum hunc habere locum etiam in ruſtico, cui minimè ſicuti & mulieri ſubueniri oportet, niſi in caſibus à iure expreſsis. Ita enim voluit gloſ. ſingularis in. c. fin. in gloſ. omnis ignorantia. in verſi. & nota differẽtiam. 1. q. 4. Cuius opinionem ſequitur Iaſ. in præſen. allegans Antonium. & præterea Alexander allegãs Fulgo. & Roma. in. l. iuris ignorantiam. nu. 63. qui admit. Iaſ. ibi. num. 3. Alexan. in. l. ſi quis ad quod. num. 8. ff. de iuriſ. om. iudic.

vbi

vbi hanc opinionem communem eſſe affirmat Decius num.34.& eam ſequitur Tiraquell.de pœn.temp.cauſ.11.num.23. Cótra quam tamen induci ſolet text.in.l.fin.C.de teſtament.vbi dicitur ſemper ruſticitati cóſultum fuiſſe.dictio enim,ſemper,regulam ac perpetuitatem quandam videtur conſtituere.l.1.ff.ſolut.matri. Niſi reſpondeamus interdum dictione illa interuallum ſignifi-
5 cari,quod Albericus ibi reſpondet. Lege tamen partitæ vltima.titu.1.p.1. ſtatutum generaliter eſt,vt ruſticis ſicut & militibus ſuccurratur,neq; generalitas illius legis ad caſus ſolùm lege expreſſos pertinere videtur. Quare ego,qui communes opiniones ſuſtinédas ſemper eſſe céſui, corruere apud nos hanc communem traditionem exiſtimo, neq; admittendæ ſunt ſubauditiones Gregorij ibi,commentitiæ enim eſſe videntur.
6 Quibus autem caſibus ruſtico fauetur, id accipi debet, præterquàm ſi ruſticus ille ſagax ſit,cui minimè faueri iam oportebit.gl. ſingularis,licèt omnibus nota in.l. athletæ. §.de ruſticis.in parte,interdum.ff.de excuſ. tut.vbi eam ſequuntur antiquiores,& præterea Bal.in.l.ex quacunque.ff.ſi quis in ius voca.nó ierit.in aliquibus libris, ſed in meo Bald.de hoc non meminit. vbi idem probarunt Paulus de Caſtro nume. 7. Alexander num.4.Iaſ.num. 11. & communem eſſe affirmat eam ſequutus Curtius ibi.num.7.& eiuſdem gloſ.ſententiã probauerunt Alex. nume.10.Socin.num.11.Iaſ.num.32. Zaſius num.17.in.l.ſi quis id quod.ff. de iuriſ. om. iudi.vbi iterum Curtius nu.36. teſtatur hãc eſſe communem. Dicit eam ab omnibus admiſſam Ioannes Oroſcius ibi.nu.39.atq; eam ſequuntur nil de eius veritate dubitantes,Socinus regu.349.in paruis.2.fallent.Ripa in tract.de peſte.folio.20.num.249. Curtius ſenior in.l.venia.num.3.C.de in ius vocan.ponens exemplum in ruſticis Papienſibus(quos fertur eſſe perquã ſagaces.) Curtius iunior in.l.ſi quis maior.C.de tranſact. num.20. Thomas Parpal.ibi.num.2.Gomecius in.§.item Seruiana.num.30.de act. inſt. Tiraquellus de pœn.tem.cauſ.11.nu.17.Sed & in cauſa hæreſis (quæ omnium grauiſsima eſt) gloſ. illius diſtinctionem inter ruſticum ſagacem ac non ſagacem admittit Iacobus Septimancenſis de inſtitut.cathol. c. 26.num.14.& videtur gl. illius opinio probari lege regia.29.tit.14.par.5.ibi, *en el labrador ſimple*.& in.l.13.tit.7.pa.6.ibi, *o fueſſe aldeano necio*. Quanquã huic quoq; tam certę opinioni ſcrupulum neſcio qué iniecerit Philippus Decius in dicta.l.ſi quis id quod.nu. 34.affirmans iuris conſtitutiones ruſticitatis cauſæ indulgentes ad ruſticos etiam ſagaces pertinere. Imò huius opinionem aduerſus glo.ac cæterorum receptiſsimá ſententiam dicit neſcio quo omine ductus cómunem Mauricius in tract.de reſtitu. c.89. Vltimò ſunt qui literam huius textus inducant ad probandum mulierem etiam non certioratam poſſe renuntiare ſenatuſcóſulto Velleiano, cùm iure expreſſum non ſit, vt eius iuris ignorantia mulieribus impunè remittatur.ita enim per hunc textum tenuit Ricardus Malumbre relatus ab Alberico in.l.fi.§.penul.ff.ad Velleian. & in.l.2. num.2.C.de hęret. Cuius articuli reſolutio quotidiana eſt, & huic loco quàm optimè cóuenit,ne quis cũ Ricardo Malumbre ad hanc opinionem firmandam argumento
7 noſtri textus facilè peruinci poſsit. Præmitto igitur ego hìc multis iam retro annis agitari,an mulier poſsit ſenatuſconſulti Velleiani exceptioni renuntiare. Et eam nó poſſe exiſtimarunt ex antiquioribus nonnulli. Et hanc opinionem ſequutus eſt Bart. in.l. fi.§. fi. ff.ad Velleia.dicens hãc eſſe veritaté. Idem Barto.in.l.fin.num.3. C. ad Velleian. vbi hanc opinionem tenuerunt Iacobus de Aretio,Petrus & Cynus, & qui hos tres refert Salicetus num.4.quam etiàm ſequuntur Bald.in.l.1.nu.4.C.ad Velleian. vbi eleganter hoc diſputat.& videtur eiuſdem ſententiæ fuiſſe Bart.in.l. ſi quis in conſcribendo.C.de pact. in ſua eleganti diſtinctione. in verſ.Tertio caſu.ibi.primo caſu.vbi dicit Bartolus,quòd nemo poteſt renuntiare iuri introducto ob ſuam imbecillitatem, nã videtur ſentire de renuntiatione Velleiani.

Atq;

Atq; ita verba hęc Bart. pro hac ſentẽtia ex-
pẽdit Fulgoſius ibi. nu. 5. qui tamen ipſe nil
determinat in hoc, ſed aliò remittit. atque
hanc opinionem teſtatur eſſe communem
eam ſequutus Ioannes de Imola in. c. ex re-
ſcripto. num. 8. de iur. iur. Sequuntur eandẽ
opinionem Antonius nume. 18. Panor. nũ.
9. Felin. num. 14. in. c. ſi diligenti. de foro cõ-
pet. Claudius de Sayſel. in. l. ſciendum. nu.
17. ff. de verb. oblig. vbi inquit, quòd ita cõ
cluditur per Romanum & modernos in. l.
in repudianda. ff. de acqui. hær. quaſi dicat
hanc eſſe communem opinionẽ, quam ſe-
quitur etiam Antonius Gomecius lib. 2. va
ria. reſolut. c. 13. nu. 17. pro qua opinione eſt
text. pulcher in. l. ſi mulier. 2. C. ad Velleia.
ibi. ex conſequentia ſuæ fragilitatis in ſecũ-
dam iacturam inciderit. Nam prima iactu-
ra eſſe videtur, cùm mulier pro aliquo inter
cedit, ſecunda ſi renuntiet. Secundo loco il
lud pro hac opinione argumentum induci
ſolet, quòd qua facilitate mulier inducitur
ad fideiubendum, eadem inducitur ad re-
nuntiandum, quare nil debet valere renun
tiatio. l. doli mali, verſi. diuerſum. ff. de no-
8 ua. Qua ratione minor renuntiare non po-
teſt beneficio in integrum reſtitutionis. gl.
in. l. ſi iudex circunuento. in. gloſ. quia vni-
cuiq;. ff. de minor. alia in. l. ſi intra. in glo. re-
nuntiatum. C. de in integr. reſti. Barto. in. l.
ius publicum. ff. de pact. atque ita tenere
Ioannem Andreæ, & omnes ibi affirmat
Felin. idem ſequutus in. c. ſi diligenti. nu. 15.
de for. compet. & tenet idem Baldus in pra-
ctica. rub. quęſtiones circa ſententiã. quęſt.
14. num. 4.
9 Tertiò videtur mulierem non poſſe re-
nuntiare Velleiano, cùm nec filiusfamiliâs
poſſet Macedoniano renuntiare. glo. in. l. fi.
§. 1. in gloſ. 1. ff. ad Vellean. alia in. l. tametſi.
ff. ad Macedo. vbi eam ſequuntur Barto. &
Salicet. num. 4. gloſ. in. l. fina. verbo. ex præ-
ſumptione. C. ad Macedo. quam ibi ſequũ-
tur Cynus. 5. quæſt. Bart. & Salicet. nume. 4.
alia in. c. diligenti. de foro compet. Bar. in. l.
ſi teſtamento. §. penul. ff. de fideiuſſ. idem in
l. ius publicum. num. 6. ff. de pact. atque eſſe
communem hanc opinionẽ teſtantur Za-
ſius lib. ſingu. intellect. 2. capit. 28. Epiſco-
pus Ciuita. in. c. quãuis pactũ. de pact. in. 6.
2. part. §. 3. nu. 4. Quòd ſi poſt factam hanc
renuntiationem à muliere iuge biennium
labatur, exiſtimat Barto. & qui eius factio-
nis ſunt, renuntiationem conualeſcere. l. ſi
mulier. perfectæ. C. ad Velleian. Sed valere
renuntiationem Velleiani, probat textus in
l. fin. §. fin. ff. ad Velleianum ibi, cauere de-
bet exceptione ſe non vſuram. Neq; obſtat
quod quidam cauſantur in iudicio ibi mu-
lierem renuntiaſſe, contrarium enim pro-
bat tex. ibi. & ſic ad iudicẽ ire, neq; omni tẽ-
pore renuntiationis iuerat ad iudicẽ. Atq;
hanc opinionẽ tenet glo. fi. ibi, vbi Bar. affir
mat, quòd cõmuniter aduocati tenẽt hanc
opinionem. idem Alber. ibi. num. 6. dicens
quòd hanc opinionem ſeruat totus mun-
dus. atq; idem tenuit gloſ. in. l. ſi quis in cõ-
ſcribendo. in gl. antiqui. C. de pact. vbi teſtã
tur hanc opinionem communem eſſe Iaſſ.
num. 18. Decius. num. 30. tenet eam Curtius
Iun. ibi. num. 19. teſtatus eam communiter
ſeruari. & idem voluit glo. ordinaria in. l. fi.
verbo, ceſſante. C. ad Velleian. vbi Angelus
num. 2. affirmat hanc eſſe communem opi
nionem gloſſarum & ſeruari ex conſuetu-
dine. & voluit idem gloſ. in. l. tametſi. ff. ad
Velleia. & glo. iuris Canonici in illo. c. ſi di-
ligenti. vbi eam ſequuntur omnes. quã eſſe
communem affirmat Albericus eã ſequu-
tus in. l. 2. num. 3. C. de hæret. quam Fulgo.
optimè defendit in illa. l. fi. & communem
eſſe prætere teſtantur eam ſequentes Vita
lis de Campan. in tract. clauſula. folio ma-
gno. 107. col. 1. verſ. in Velleiano autem. Epi-
ſcopus Ciuitatenſis in. c. quanuis pactum.
de pact. in. 6. 2. p. §. 3. num. 5. fuitq; opinio hęc
Azonis in ſumma. C. ad Velleian. nu. 3. quæ
probari videtur ex textu, licèt ſpecialẽ ca-
ſum contineat in authen. matri & auiæ. C.
quan. mul. tut. offi. fung. poſſ. & expreſsim
probata eſt lege regia. 3. tit. 12. p. 5. vbi Grego
rius in gloſ. *renunctando.* dicit non inueniri
de iure communi legem ita expreſſam de
hoc. Neq; obſtat text. in. l. ſi mulier. 2. quo-
niam

niam ibi non agit Imperator de renuntia-
tione Velleiani,neq; inducitur mulier eadé
facultate ad renuntiandum , quàm ad fide
iubendum , cùm ſuper renuntiatione ma-
gis ſoleat deliberare, maximè cùm certiora
ri eam oporteat,vt iam dicam.Neq;par eſt,
quòd minor non renuntiet in integrum re
ſtitutioni ; id enim propter imbecillitatem
ætatis receptú videtur,quę maior eſt,quàm
ſexus.Nã quód diximus in Macedoniano,
non obſtat: quoniam ideo eius exceptioni
non renuntiat filiusfamiliâs,quoniam non
eſt in fauorem eius introducta , ſed in odiú
creditorum.Eſt tamen hæc communis con
cluſio ab aliquot declarationibus explican
da,quarum eſt prima. Oportet vt valeat hu
iuſmodi renuntiatio mulierem renuntian-
10 tem fuiſſe certioratam de beneficio Velle-
iani.glo.in illa.l.fi.verbo,non vſuram.verſ.
& hoc accipe.vbi affirmat Alber.colú.fin.
ita tenere omnes. Tametſi Ricardus,quem
ibi refert,teneret per hanc noſtram legé cer
tiorationem non requiri , quoniam lege id
expreſſum non eſt .& tenuit hanc primam
declarationé glo.in authen.quomod.opor.
epiſ.§.ſed etiam.verbo, interroget . collat.1.
Atq; hãc opinionem communem eſſe, nec
ab ea recedendum affirmat Fulgo. in. l.fin.
C.ad Velleia.num.4.teſtantur eſſe commu
nem Crotus num.41.Butigella num.46.in
l.ſciendum.ff.de verbo.obligat.& fuit opi-
nio hæc Azonis,vbi iam eum allegaui.quã
eſſe communiter approbatam teſtatur An
dreas Tiraquell.in.l.ſi vnquam. in princip.
num.96.C. de reuo . donat. quæ & egregiè
probata eſt : quoniam non valeat regulari-
ter renuntiatio eius iuris , quod quis igno-
rat ſibi competere.l.mater decedens . ff. de
inof.teſtamen.l.cùm Aquiliana.ff.de tranſ-
act.l.legitimam.ff.de pet.hæred.l.in. repudiá
da.ff.de acqui.hæred. & poteſt quidem có-
tingere,vt quę iam erat renuntiatura Velle
iano,ſi certior fiat Velleianum quid indu-
cat, iam non velit illi renuntiare.
11 Secunda declaratio eſt, Mulier in dubio
non præſumitur certiorata . Quæ propoſi-
tio vel ex eo conſtat,quòd cùm certióratio
in facto conſiſtat , non præſumitur præceſ-
ſiſſe , niſi probetur.l.in bello.§. factæ . ff.de
capti.& poſtli.reuer. l. ſi emancipati. C.de
collat.l.quicunq;.§.à pupillo.ff.de publicia.
mulierum autem eſt leges ignorare, niſi de
earum beneficio certiorentur.l.cùm de in-
debito.verſ.ſi autem.ff.de probat.l.2.§.fi.ff.
de iure fiſci.Hanc igitur ſecundam declara
tionem tenet gloſ.ordinaria.in.l.ſciendum:
in gloſ.ſolenniter.prope finem.ff.de verbo.
obliga.vbi eam ſequútur antiquiores. item
dominus Bart.nume.7.& eſſe communem
opinionem teſtatur Alexander eam ſequu
tus num.29.ſequuntur eam Iaſ.ibi. num.31.
Cepola cautel.196.Hippolyt.in rub.de fide
iuſſ.num.28. teſtantur eam eſſe cómunem,
idem ſequuti, Franciſcus Ripa in.l.fi.nu.121
C.de reuoc.dona.Aufrerius deciſione Tho
loſana.37.
12 Tertia declaratio, Muliere iurãte fideiuſ
ſionem,neceſſaria nó eſt certioratio . Text.
eſt.in.c. ex reſcripto . de iureiur. vbi hoc te-
net gl.verbo . & vxoré. quam ibi ſequútur
omnes & plures quos allegat præterea An-
dreas Tiraquell.in.l. ſi vnquam.in princip.
num.131.de reuoc.donat. quam eſſe cómu-
nem teſtantur Alexander conſilio. 27. vol.
1.Imola num.18.Burgenſis num.36. in.c. cú
cauſam.de empt. & vendit . Marcus Anto-
nius de vi . iura. num. 29.tametſi contrariú
tenuerit Dynus conſilto.5.Quęſtio talis eſt;
quam eſſe cómunem affirmat eam ſequu-
tus Bald.conſilio.47.vol.1.eamq; ſequútur
multi apud Tiraquellum vbi ſup. nu. 146.
Si tamen mulier aliquando iuraſſet ſe mi-
nimè fideiuſſuram, ſi ex poſt facto fideiube
ret cum iuramento , fideiuſsio etiam iurata
nil valeret . quæ opinio licèt ſit nouiſsima,
vera mihi eſt,atq; ex legitimis iuris vtriuſq;
principijs rectè deriuata , cuius author eſt
Fernandus Menchaca de ſucceſſ. creatio.
§.18.num.158.
13 Quarta concluſionis principalis decla-
ratio eſt, quòd ſi in inſtrumento dicatur
mulierem fuiſſe certioratam, præſumendú
in dubio erit pro inſtrumento,quaſi reuera
certiorata illa ſit.argu.text.in.l.cú precibus.
C.de

C.de probat.in.§. item verborum.Inſtit.de inut.ſtipulat. Hãc quartam declarationem tenẽt Alexander & Claudius num. 18. in.l. ſciendum.ff.de verbo. oblig. atq; communem eſſe teſtatur Cepola caut.197. incipienti,Dictum eſt in præcedenti cautela.num.2 Communem eſſe teſtatur Andreas Alcia. 13.præſump.3.regul.num.4.

14 Quinta declaratio eſt,quòd ſi notarius in inſtrumento dicat mulierẽ renuntiaſſe Valeriano,cùm debuiſſet dicere Velleiano, nõ nocebit huiuſmodi error renuntiationi.l. error ſcribentis.C.de teſtamen.atque ita voluit nominatim Baldus in.l.Imperator Antoninus.col.2. verſ.item quidam notarius ruſticus dixit.de ſtat.hom.ff. idem ſequuntur Iaſ.in authen.nouiſsima. num.30. C.de inof.teſtamen.Purpura.in rub.de tranſact. ǰ.num.18.

15 Sextò hæc concluſio eſt declaranda, vt non procedat, ſi notarius interrogatus an ipſe ſciat quid ſit Velleianum, neſciat reſpõdere: nanq; ignarus ipſe atque incertus certiorem mulierem facere non potuit.l. 2.C. de hære.neq; doctum indoctus,neq; curialem incurius facere poteſt.gloſ.in.l. nullus ſolius.de Decur.lib.10.Atq; hanc opinionẽ tenet Albericus in illa.l.2.de hęret.referens ita fuiſſe pronũtiatũ, fuiſſeq; opinionẽ hãc Bartolini de Cornazano, quam etiã ſequũtur Fulgo.& Alexan. ad Barto.in. l.fin.§.ad Velle.in additione magna.Decius in.l.1.lectione.nume.14.ff.ſi cert.peta.vbi Ripa nu. 31.affirmat veriorem eſſe eam ſequutus.atq; idem tenet ipſe in.l.Centurio.num.88.ff.de vulga.& pupill. Tametſi cõtrarium teneat Alexan.in.l. ſciendum. num.33. ff.de verb. obliga. cuius opinionem dicit eſſe communem eam ſequutus Cagnolus in. l. ſi librarius.num.37.ff.de regu.iuris.Philippus autẽ Decius in pręallegata.l.1.2.lectione.num.11 reſtringit hãc opinionem communem, vt non procedat, ſi notarius ſtatim quòd cõfecerit inſtrumẽtum, interrogetur quid ſit Velleianum, nam ſi ex poſt facto poſſet ex ſententia Decij locum habere opinio Alex. quoniam ex longo tẽpore poterat excidiſſe memoria notarij quid eſſet Velleianũ, ſed & in notarijs ruri degentibus poſſet Alberici opinio procedere, quos facilè eſt ignorare Velleianum quid induxerit: & ita eam declarat Crotus in illa.l. ſciendum.nu.49.

16 Septima declaratio ſit,ſi mulier ſit hæretica, non eſt cùm fideiubet neceſſaria renũtiatio: quoniã mulier hæretica indigna eſt, cui hęc Velleiani exceptio patrocinetur.ita enim determinauit Vincentius Mediolanenſis in.c.ſi aduerſus.de hæret. cuius opinionẽ ſequitur Ioan.Arela.in tract.de hæreticis.18. notabili. Cuius opinio mihi placet, tametſi contrarium voluerit Archidiaconus Vincentij ſententiam improbans in. c. 1.num.3.4.quæſt.2.cui & Lopius videtur accedere in repet. rub. de donat. inter vir. &
17 vxorem.§.35. nu.5. Sed ego priorem opinionem ſequi malo,qui videam mulieri hęreticæ priuilegium tacitæ hypothecæ atq; prælationis non competere.authen. item priui
18 legiũ.de hæret.Gl.authoritas.caſus quoſdã enumerat, in quibus ſubuenitur mulieribus,& nõ maribus.Deinde opponit contra tex.hũc in hũc modũ. Error iuris nunquã obeſt maribus.l.iuris ignorantia. l.error. ff. iſto tit. ſed hic dicitur iuris errorẽ fœminis nõ niſi in caſibus iure expreſsis non nocere, apparet igitur deteriorẽ cõditionem in hoc eſſe fœminarum quàm maſculorum.quod regulariter verum eſt.l. in multis. ff.de ſta. homi.Gloſ.eleganter reſpondet, quòd quibus caſibus error iuris maribus non obſtat,in iiſdem nec fœminis obſtabit. Habẽt prætereà hoc amplius mulieres ipſæ, vt certis caſibus vltra maſculos iuris beneficijs iuuentur. E quibus verbis gloſ. tria membra colligit breuiſsimè Bartol. Nam in primis, inquit Barto.faciliùs admittitur in fœmina iuris ignorantia,quàm in maſculo.l. ſi adulteriũ.§.1.ff.de adulte.Secundò colligit Bart. quandoq; mulieribus ſubueniri, quoniam mulieres ſunt.Et ita loquitur titulus ad Velleian.atq; alia pleraq; iura. Tertiò quãdoq; errant mulieres in iure,& volunt ſibi ſubueniri, & tunc ſtatuitur illis regula noſtri textus,vt minimè illis ſubueniatur,niſi in caſibus

ſibus à iure expreſsis. Ex quo & illud ſubſe
quitur, vt mulieri contraria deponenti mi-
19 nimè ſubueniatur. Quod in perſona abba-
tiſſæ cuiuſdam Ioannes Andreæ obſerua-
uit in.c. cùm Ioannes: de fid. inſtrum. & ve-
luti nota dignum allegauit Bald. in.l. ſcri-
pturæ. num. 8. verſ. quærunt doctores. C. de
20 fide inſtrum. Quare cùm mulier quædam
propria authoritate occupaſſet rem ſibi le-
gatam, quo caſu ante aditam hæreditatem
tenetur interdicto quorum legatorum. l. 1.
§. rediguntur. ff. quor. legat. poſt aditam au-
tem hæreditatem & apprehenſam ab hære
de poſſeſsionem occupator priuatur com-
modo rei legatæ. l. non dubium. C. de lega.
& iuris ignorantiam illa allegaret, reſpódit
ex facto Franciſcus Ripa, quod ipſe refert in
c. ſæpe: num. 92. de reſt. ſpoli. mulierem non
21 eſſe excuſandam. Vnde etiam eſt, vt actus
qui propter clandeſtinitatem fraudem ac
dolum arguere ſolet. l. fina. de ritu nupt. in
fœmina quoq; idem probet. quod gl. ſing.
obſeruauit in. l. 1. C. de interdict. matri. vbi
22 eam notat Baldus nu. 2. Quoad punitioné
ſanè delictorú, hoc ipſo quòd fœminę ſint,
ſubueniri illis ſemper oportet, vt mitiùs ꝙ
maſculi corripiantur. l. quiſquis. §. ad filias.
ibi (mitior circa eas debet eſſe ſententia). C.
ad. l. Iuliam. maieſt. l. ſacrilegij pœnam. in
prin. ff. ad. l. Iul. peculatus. & congeſsit plu-
ra Andreas Tiraquellus de pœnis temper.
cauſæ. 9.

ANTONII DE PADILLA Y MENESES IN TITVLVM DE DIVERSIS RESCRIPTIS ET PRAGmaticis ſanctionibus. C. Commentaria.

Summa rerum rubricæ de diuerſis reſcriptis.

1 *Rubrica continuatur.*
2 *Reſcriptum quid ſit, & quomodo à priuilegio diſtinguatur.*
3 *Largo modo quicquid emanat à principe priuilegiũ dici poteſt.*
4 *Sanctio pragmatica quid ſit, & unde dicta.*

1 GLoſſa rubricæ continuat titulũ
hunc ad præcedentes in hunc
modum. Supra viſum eſt de re
ſcriptis impetratis contra ius,
nunc oportet tractare generaliter de omni
b⁹ pragmaticis factis. Vel alio modo. Dictũ
eſt in ſuperiorib⁹ de reſcriptis cõtra ius, nũc
inſpiciendũ eſt de diuerſis ab his. i. contra-
rijs, hoc eſt, de his quę ſunt ſecundũ ius. Vel
tertiò. Superiùs viſum eſt de reſcriptis in ſpe
cie, nunc videre oportet de reſcriptis in ge-
nere. Neq; enim alienum vnquam à nobis
fuit, poſt enumeratas ſigillatim ſpecies, ſub-
iungere clauſulam generalem. l. ſi ſeruus
ſeruũ. §. inquit lex. ff. ad. l. Aquil. Et ponitur
in rub. de diuerſis reſcriptis hoc eſt de va-
rijs reſcriptis. Sicuti in rub. conſultorũ de di
2 uerſis & temporalibus pręſcript. Reſcriptũ
12 Quare locus, in quo ſacri ordines confe
runtur, eſt apponédus in literis epiſcopali-
bus.gl.fin.in extrauag. execrabilis. Ioa.22.
Imò & locum loci quidam apponendum
curant, vt in æde beatæ virginis. Sed non
eſſe neceſſarium exiſtimat Rebuffus in
praxi benefi.c. forma literarum tonſuræ.
numero.7.

13 Quòd ſi notarius diem atq; cóſulem non
appoſuerit, ſi copia parti iam data ſit, emen
dare eum in inſtrumentum non poſſe cóſtat,
tenebitur tamen parti læſę ad id, quod eius
interfuerit dié atq; conſulé adiectos inſtru-
mento fuiſſe. quod allegans alios optimè
deduxit Oroſcius in.l.Imperator.nu.5.ff.de
14 ſtatu homi. Sed præter conſulis atq; diei ap
poſitionem pleriq; exigunt, quò inſtrumé-
tum publicum rectè cóſtet, quòd notarius
ſignum quoq; ſuum chartis imprimat. l. fi.
ibi, ſignum quod ſolitum eſt chartis impo-
nat.C.de aſſeſſori. Ex quo text. colligit Bar.
in rub.ff. veter.num.5. pro ſubſtátia ſcriptu-
ræ publicę requiri quòd apponatur ſignú
tabellionis. Idem Bartolus.l. ad teſtum.§.ſi
quis ex teſtibus. ff. de teſtam. Idem Barto.l.
ſi quis ex argétarijs. §. ſi initium.nu.32.ff.de
ede. vbi Bartolus affirmat hanc eſſe com-
munem opinionem. atque communem eſ
ſe & antiquorum & recentiorum ſcripto-
rum teſtatur Oroſcius ibi, qui alios allegat.
num.62. quam etiam videtur tenere gloſ.in
authen.de inſtrum.caut.& fideiuſ.§. ſed ſi
inſtrumenta.verbo, oportet.collat.6. & ibi
Bart.nu. 6. Panor. col. 4. Felinus ac Decius
vterq; num.13.in.c.1.de fide inſtrum. & có-
munem pręter alios affirmat Boerius deciſ.
37.num.8. quæ.l. regia probata eſt.54.tit.18.
p.3. vbi Gregorius Lopius in glo. *ſu ſigno*, af-
firmat hoc ſeruari ex conſuetudine in hoc
regno. quanuis Alexan.in rub. de noui op.
nunt.nu. 14. communem eſſe dicat, vt pro
ſubſtantia ſcripturæ publicæ ſignum mini
mè requiratur. & idem affirmat Ioannes de
Neuiſanis conſ.24. num. 5. Sed vtraq, opi-
nio ex iure conſuetudinario eſt admittéda.
Ná ſi conſuetudo ſit vt ſignú apponatur, ne
ceſſariò id requiretur. ſi verò non ſit, ſine eo
inſtrumentú publicum valebit. atq; hanc
diſtinctioné videtur Bart. tenuiſſe in procę-
mio.ff. vbi Cagno.nu.104. teſtatur eam eſſe
communem. & ſequitur eam Rolan. à Val
15 le, allegans alios cóſ.44.nu.40. In protoco-
lis ſanè in his regnis receptum eſt, ne ſigna
tabellionú apponantur, ſed ſubſcriptione
opus eſt. Et adde quòd in hoc regno, quo té
pore aliquis creatur notarius, cogitur acci-
pere ſignum quoddam, quod poſtea ei mu
tare non licet. Diegus Caſtellus in.l.3. Tau-
16 ri.litera. n. De ſigno ſanè ſanctiſsimæ cru-
cis dubitant & antiqui & neoterici ſcripto
res an neceſſarium ſit in inſtruméto. Et hoc
etiam eſſe neceſſarium videtur ex.l. fina. §.
cùm igitur.C.de iure deliberan. vbi in con-
ficiendo inuentario dicitur neceſſariam eſ-
ſe ſanctiſsimæ crucis appoſitionem: & ideo
ſi omittatur, inſtrumentum nó valiturum
exiſtimarunt ibi Oldraldus & Martinus Syl
lan. quos refert Alberi. ibi.nume.14. quam
ibi ſequuntur Rainerius, Angelus & Salice
tus & Ange.de Peru.in.l.1.§. hęc ſtipulatio.
ff.ſi cui plus quam.per.l.fal.nume.22. affir-
mans hanc opinionem ſeruari ex conſuetu
dine. quá eſſe cómuné affirmat Grego. Lo-
pius.l.5.tit.6.verb. *la ſeñal de la cruz*.p.6. & te-
net hanc opinioné Menchaca de ſucceſsio.
crea.§.9.nu.12. Omiſsio enim ſolennitatis,
quam lex in actu aliquo requirit, actum il-
lum vitiat.l.cùm hi.§.ſi prętor. ff.de tráſact.
l.diuus.ff.de in integ. Sunt tamen plures ne
que authoritate inferiores, qui exiſtimant,
ex omiſsione crucis, neq; reſcriptú, neq; in-
ſtrumentú vitiari. ita enim céſuerunt Odo
fre.& Obertus de Bouio in illa. l. fin.§. cùm
igitur. quos ibi refert & ſequitur Cynus.2.
quæſtione.& ſequuntur Barto.fin.col.ante
nu.4. qui affirmat ita tenere doctores om-
nes. idemq; ſequuntur Bald.& Ange.ibi.&
Alexá.nu.10. & cómuné eſſe affirmat eá ſe-
quutus Iaſ.nu.4.& idé quoq; voluit Bar. in
l.2.§.prius.nu.5.ff.de vul.& pup. vbi. Alex.
nu.7. affirmat hunc paſſum dubiú eſſe. Sed
communem eſſe Bart. opinionem affirmat
Iaſ.ibi.nu.13. idem ſequutus.& cómuné eſſe
teſtantur idem ſequuti Alex.nu.8. Niconi-
tius nu.112. in rub.de nou.op.nun. quam &
Ripa tuetur poſt alios in.c. cùm eccleſia ſu-
trina.de cauſ.poſſ.& prop.num.1. neq; o miſ
ſio huius ſolennitatis actum debuit vitiare
vt quæ leuis ſit.l.1.§.fin.ff.de vent. inſpic.

17 Superioribus addi oportet, quòd ſicut
reſcriptum & inſtrumentum publicum, ita
etiam libellus criminalé aduerſus aliquem
queri-

querimoniam continens, habere debet dié & conſulem. ita probat. l. libellorum. ff. de accuſa. l. in cauſis. C. eo. tit. c. præſcripta. §. libellorum. 2. q. 8. quibus conuenit. l. 14. titu. 1. p. 7. Quod de die dati libelli, gl. Bart. & Alberi. & alij accipiunt in illa. l. libellorum. Nam diem vel horam commiſsi criminis accuſator inuitus non comprehendet, niſi id petierit aduerſarius accuſatus, quò facilius de ſua innocentia poſsit fidem facere. Sed annus ſolùm & menſis commiſsi delicti regulariter eſt declarandus.

18 Quam legem tu ampliabis vt procedat, non ſolùm in delictis quæ famoſa ſunt ex iure, ſed & in his, quę non infamant, quales ſunt condictiones omnes. l. neque interdictum. ff. de vi & vi arma. l. ceſſat. de act. & obligat. nam & in his oportet obſeruare ſolennitatem legis libellorum, quoniá valde facto condemnatum infamant. ita. l. illam interpretatur Bartolus in. l. prætor edixit. in princi. ff. de iniurijs. Iaſ. in. l. certi condictio. in princip. nume. 23. ff. ſi cert. peta.

19 Secundò ampliabis. l. illam vt procedat, non ſolùm quando in hoc crimina alicui intendútur vt eorũ pœnas luat, ſed etiã ſi obijciantur, vt à teſtimonio ferendo repellatur, aut quod iá dixerat eleuetur. Nam & eo caſu oportebit tempus ac conſulem patrati ſceleris in exceptione deducere, aut certè tẽpus ſententiæ ſuper delicto illo prolatæ. ita voluit Barto. in. l. illa. prætor edixit. in princip. idem Barto. in. l. 1. nume. 8. ff. de exceptio. quo in loco Bartholo. Socinus nu. 13. teſtatur Bartoli opinionem videri communem, & ſi non probetur textibus iuris Canonici, quos Bartolus allegat. & idem ſequitur Zaſius ibi. num. 19. & tenuit idẽ Bartolus in. l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſtibus. num. 4 & reſtatur hanc opinionem eſſe communẽ Boërius deciſ. 321. eam ſequutus. num. 1. Sed iura quibus in hoc Bart. vſus eſt, id minimè probant. Nam text. in. c. præſentium. de teſtibus lib. 6. in quo Bartolus dicit hoc eſſe expreſſum, hoc ſolùm dicit in verſic. teſtes etiam. ſpecificationem eſſe faciendam criminum, quibus teſtium fides eleuetur. De tempore verò commiſsi criminis, verbum nullum. Et eadem ratione nil probãt text. in. c. vt circa. de electio. quẽ etiam Bart. allegat, in quo hoc ſolùm Gregorius decimus in concilio Lugduné. ſtatuit, vt ſi quis velit aliquam electionem ſeu poſtulationẽ irritare propter crimina electi, vel poſtulati, illa omnia & ſingula exprimat ſigillatim, neque de tempore, quo illa commiſſa fuere, quicquam præcipitur. Sed neq; text. in clement. conſtitutionem. de electione. quicquam probat. Quare quòd in hac ſpecie non ſit obnixè obſeruanda ſolennitas legis libellorum, tenuerunt Ioannes Andre. & Anchara. nume. 3. in illo. c. præſentium. Iaſ. in. l. Titiæ textores. num. 12. ff. de legat. 1. vbi affirmat Barto. ſententiam cõmuniter nõ teneri. Atq; hæc mihi placet magis quoniam ſuperior iure non probatur.

20 Limitabis tu modò. l. illam libellorum, vt non procedat parte non opponente, quo caſu procedet libellus, etiam ſine die ac conſule. quod tenuerũt Hoſtié. & Ioan. And. in. c. 1. de purgatio. canon. Socinus in conſi. 146. col. 6. vol. 1. atque videtur hoc innuere text. ibi. Dei nomen aboletur. quaſi ſupponat Paulus iureconſ. accuſationem valuiſſe quam abolere neceſſe ſit. Sed verior ſententia eſt, accuſatiónem ſine die ac conſule non conſtare, etiam nil opponente parte, quod tenuit Barto. l. edita. de eden. num. 2. verſ. Breuiter quandoq; Iaſ. ibi. nu. 18. & teſtantur hanc opinionem eſſe cõmunem eã ſequuti Riminaldus col. 7. verſi. ſucceſsiuè quærit Bar. Decius nu. 34. & cõmuné eſſe affirmat Cur. iun. nu. 83. Purpu. n. 49. quẽ etiã ſequuntur Bal. in rub. extra de offi. iud. col. 3. verſ. ad officium. Alex. conſ. 72. fi. col. lib. 1. Gom. in princi. de act. inſt. num. 54. teſtatus hanc eſſe communem opinionem.

21 Secundò limitabis legem illam, vt minimè habeat locum ſi agatur coram principe, quo caſu non eſt neceſſe locum tempúſue commiſsi criminis inſerere in libello accuſatorio. ex text. eleganti in. c. 2. de confeſsis. quem expenderunt in hoc Bald. ibi. colum. 2. Iaſſ. in. l. 1. in princi. nu. 20. ff. de eden-

edendo.ſequitur idem Felinus in. c. 1.num. 9.de litis conteſt.ſupplentur enim multa ex ſolennibus,ex ſola principis præſentia. l. omnium.C.de teſtamentis.

22 Tertiò limitabis textum illum non procedere, quando proceditur ſola facti inſpecta veritate.Ita conſuluerunt Alexan.conſ. 6.col.1.vol.3.Socinus conſ.109.Clarum eſt. vol.1.Bellonus conſ.63.num.10. Vnde videri poſſet remiſſam hodie apud nos ſolennitatem legis illius, cùm in cauſis omnibus procedatur ſola facti inſpecta veritate. l.11. tit.1.lib.3.ordina. Sed ex hoc illa non ceſſat, cùm eadem ſolénitas ſit admiſſa apud nos pragmatica ſanctione Complutenſi anni 1503.c.3. ex qua etiã hodie vigere apud nos ſolennitatem.l.libellorum. reſpondet Nonius de Auédaño (in foréſibus negotijs homo exercitatiſſimus) reſp.primo.num.19.

23 Quartò limitabis textum illum vt minimè procedat in actione criminali ciuiliter intentata,in qua minimè oportebit tempus illatæ iniuriæ explicare.Quod elegánter auditores Rotæ concluſerunt deciſ.36. in nouis.ſub.titu.de libelli oblatione.Sed horum ſententia non ſatis tuta eſſe videtur. Cõtrarium enim probat text.in.c.tuæ. de procurat. vbi probatur, quòd quando agit maritus contra vxorem de adulterio ciuiliter, obſeruare debet ſolénitatem. l. libellorum. quam ibi ſummus pontifex allegat. atque ita ex illo text.notauit Barto.l.viro atq; vxore.nume.7.ff.ſolut.matri.& ita Alex.num. 13.Purpurat.num.47.teſtantur hanc opinionem eſſe communem in dicta.l. edita.quãuis priorem ſententiam defendat Aretinus ibi.num.7. & communem eſſe profiteatur Claudius num.35.

24 Quintò limitabis legem illam, vt minimè habeat locum in inquiſitoribus hæreticæ prauitatis,qui minimè tenentur obſeruare ſolennitatem legis libellorum ex text. generali in.c.in fidei fauorem.de hæret.lib. 6. quod nominatim obſeruauit vir & religione & literis inſignis Iacobus Septimancenſis de Inſt.catholicis.c.4.num.5.

Iacobus Septimancenſis.

25 Sextò limitabis textum illum vt non habeat locum in ſæuibus criminibus. gloſ. notabi.in princi.verb.& in inſtituẽdis.Inſt. de publi.iudic. quam in hoc expendit Angel.ibi. eius ſententiam ſequutus nume. 4. quo ſenſu accipiendum eſt Vlpiani reſponſum,quo dicitur,Leuia crimina audire & diſcutere de plano proconſulem oportet. l.leuia.ff.de accuſationibus. Quæ autẽ ſint leuia crimina, arbitrio iudicis æſtimabitur, cùm lege certa deciſum non ſit.l.1.in fin. ff. de iure delibe.

26 Septimò limitabis textum illum vt non procedat in crimine notorio,in quo hęc ſolennitas neceſſaria minimè erit.l. ea quę ibi citra ſolennia.C. de accuſatio. quoniam in criminibus notorijs non eſt ordo iudiciarius obſeruandus,qui in alijs debet obſeruari in. c.ad noſtram, eius nominis tertio. de iureiuran.

27 Octauò limitabis legem illam, vt minimè habeat locum in accuſatione de falſo, in qua non oportebit ſeruare ſolennitatem legis libellorum.argument.text. l. vbi falſi. ibi,nec accuſator.C.de falſis.ex quo tex.hãc opinionem tenet Bulgarus gloſſator antiquus.tametſi eius opinio diſpliceat gloſ. in princi.Inſt. de pub. iudicijs. in parte, & in inſtituendis. eam tamen ſequuntur Ang. de Maleſ.in parte,falſario.nume. 37. & Riminaldus in.l.tranſigere.C.de tranſ.in fine. Franciſcus Marcus deciſ.720.num.3. Quoniam cùm falſitas occultiſsimè committi ſoleat, non facilè eſſet accuſatori tempus cõmiſsi criminis perſcrutari.Quòd ſi in his omnibus caſibus, in quibus accuſator nõ tenetur,vt dixi,diem apponere vel conſulem commiſsi criminis, diem apponat, ſuccũbet,ſi de illo nõ probet.Bar.in. l. is qui reus. num.9.ff.de publicis iudicijs. Hippolytus allegans alios in rub.de fideiuſſ.nu.78.Corraſius.l.cùm virum.nu.30. C. de fideicom. Quoniam quando quis ſe aſtringit ad aliquid probandum, ſuccumbet, niſi id probet.l.habebat.ff.de inſtito. l.1. §.itẽ quæ ſitũ. ff.de aqua quot.& æſtiua. l. denuntiaſſe. ff. de adult.

28 Nonò limitabis legem illam non procedere

dere in foro pœnitentiali, in quo non opor
tet cùm aliquis ſe accuſat apud propriũ ſa-
cerdotem inſerere locum tempuſue cõmiſ-
ſi criminis. Ancharan. per text. in. c. ſignifi-
cauit. num. 1. verſi. & collige quòd ſufficit.
de pœn. & remiſsio. qui limitat ita. l. illam li
bellorum. Quod tu accipe, præterquam ſi
dies vel locus immutaret ſpeciem delicti.
29 Vltimò adde ſuperioribus patrem cùm
filium exhæredat propter aliquam cauſam
ingratitudinis non teneri in exhæredatio-
ne tempus vel locum commiſſe ingratitu-
dinis inſerere. quod allegantes Bald. qui ita
conſuluit, notarunt Alexan. nu. 7. Iaſ. nu. 12.
in authen. ex cauſa. C. de lib. præt. vel exhæ.

¶ *Summa. l. 5. Sacrilegij.*

1 OBuiare imperialibus reſcriptis inſtar ſacrilegij eſt.
2 Reſcripta principalia diuina appellari ac cæleſtia.
3 De Imperatoris poteſtate diſputare crimen ſacrilegij eſt.
4 Imperatores Romani qui hæc diuina nomina libentiùs uſurpauerint.

L. 5. Sacrilegij.

NOn diuiditur tex. hic, ſed neq;
legitur. Qui hoc cõtinet. Ob-
1 uiare imperialibus reſcriptis
inſtar ſacrilegij eſt. Collige ex
2 tex. ibi, (diuinis obuiare beneficiis.) Reſcri-
pta principalia diuina nũcupari. idẽ probat
tex. in. l. 2. §. ſed quia diuinæ. C. de veter. iur.
enuclea. in auth. de cõſulibus. circa finẽ coll.
4. in authẽ. de inſt. cau. & fideiuſ. §. quia igi-
tur. coll. 6. Imò & cæleſtia oracula dicũtur,
quę ex imperiali maieſtate procedũt. l. Iube
mus nullam. C. de ſacro. eccleſijs. vbi gl. cæ
leſte, notat Imperatorem Deum in terris eſ
3 ſe. quare qui diſputat de Imperatoris pote-
ſtate, ſacrilegium committit in Imperato-
riam maieſtatem. l. 2. infra de crimi. ſacrile-
gij. vnde litigator qui exceptionẽ aliquã re-
ſcripto principali proponit, infamię notam
incurrit. l. 2. ff. de legibus. Tiberius certè tem
perantiſsimus, qui dicẽtem eum dominum
& ſacras eius occupationes pro ſacris la-
borioſas dicere coëgit, quod Suetonius eius
vitam ſcribẽs tradidit. c. 27. Illud autẽ apud
4 omnes eſt compertiſsimum, Imperatores
Romanos quantò fuerint nequiores, tantò
libentiùs hęc diuina nomina ſibi vſurpaſſe:
nam Domitius & Cõmodus vterq; ſcelera
tiſsimus Dei vocabulum viui etiam vſurpa
runt, nam prior ille ſentina vitiorum cùm
eſſet, procuratorum ſuorum nomine forma
lem epiſtolam dictans, ſic cœpit, Dominus
& Deus noſter ſic iubet. Quod Suetonius
ſcribit in eius actibus. c. 13. Herodianus in
Commodo. lib. 1. pag. 30. in prin. cùm tamẽ
optimus Imperator Auguſtus non ſolùm
Dei, ſed domini appellationem vt maledi-
ctum & opprobrium ſemper exhorruerit,
& nec à liberis quidem aut nepotibus ſuis,
vel ſerio vel ioco id nomen paſſus ſit, quod
Suetonius de eo ſcribit. c. 53.

¶ *Summa. l. Sacri affatus.*

1 LIteræ regiæ qua forma ſcribendæ. & an ea pri-
2 uatis uti liceat. & nu. ſequenti.
3 Lege regia non licere priuatis hominibus cùm ſcribunt dignitates ſuas prooemiari.
4 Papa uel Imperator cùm ſcribunt præmittunt nomina ſuarum dignitatum.
5 Sicut in forma ſcribendi differt regia dignitas à priuata, ita & in modo induendi.
6 Imperatorum exceſſus ſe ſuaq; diuina ac cæleſtia appellantium.
7 Murex quid ſit.
8 Encauſtum quid ſit.

L. 6. Sacri affatus.

TExtus hic iam exoleuit, quarẽ
doctores eũ minimè interpretã
tur. Summatim hoc continet.
1 Reſcripta principalia Imperiali
encauſto, ac membranis ſcribi oportet, ali-
2 ter non valitura. Qua ſcribendi forma vti,
3 priuatis hominibus non licet. Sicut etiam
lege regia prohi- tum eſt. 2. tit. 1. lib. 2. ordi-
namen. ne priuatus quiſpiam cùm ſcribit
dignitates ſuas prooemietur, hoc enim ſolũ
principibus licere. Tu adde Imperatorem
vel Papam cùm aliquid ſcribunt, debere

 præmittere

præmittere nomina ſuarum dignitatum:
quod ſi non fiat,literas fide regia carituras.
Quod Albericus & Cagnolus ſcripſerunt
in prooemio.ff.veteris.num.51. quibus & il
5 lud anneɛ̃tédum eſt, quòd quemadmodũ
in forma ſcribendi differt regia dignitas à
priuata,ita etiam in modo induendi. Ne-
mo enim præter principem poteſt eam pur
puram induere,quæ oblata, vel exobata at-
que hyacinthina dicitur. l. 1. quæ res vendi
non poſſunt.vbi gloſ.muricis.tex.huius no
ſtri non eſt oblita.

6 Gloſ.1.exponit,ſacri affatus,id eſt noſtra
reſcripta. Tu adde peculiarem hunc Impe-
ratorum exceſſum olim fuiſſe, vt ſe ſuaque
diuina,ſacra,cæleſtia appellarent. Sic ſacros
apices ſuas literas Martianus Imperator ap
pellat in.l.fin.de annona ciuili.lib.10. ſic ſa-
crum ſuum patrimonium appellat Hono-
rius in.l.1.De indiction.lib. 10. vbi id aduer-
tit gloſ.penult.Sic ſacrum oraculum àppel
lant Theodoſius, & Valentinianus in l.cũ
ad deuotiſsimã.de quibus muneribus. lib.
10.Cuius generis exemplis ſunt duodecim
7 libri.C.refertiſsimi.In text.ibi. Cocti muri-
cis.Piſciculus quidam eſt, qué coqui òpor-
tet,vt ex eo & conchilio, quod eſt animal-
culum ſine capite ſimul tritis, regiæ literæ
minio quodam pingantur. quod gloſ. hìc
ſcripſit, & ante eam Azo in ſumma huius
8 tit.num.2.In text. ibi. Encauſti. Huius di-
ctionis ſemel in iure métionem haberi ſcri-
bit Ioannes Oroſcius in. l. ſi quis ex argen-
tarijs.§.ſi initium.nume. 40.ff.de eden. vbi
dicit Encauſtum eſſe literas,ſeu ſigna, quæ
reſcriptis Imperatorum picturis quibuſdã
imprimuntur. Iure autem noſtrò præce-
ptum eſt,vt reſcripta regia quæ magni pon
deris,membrana pecuina ſcribantur, quæ
ſunt leuioris momenti,in papyro.l.5. tit.18.
p.3.Sed quod Gregorius ex Bald. ibi aduer
tit,conſilij hoc eſt,non neceſsitatis.

¶ *Summa.l.7.Vniuerſi.*

1 IN principis reſcripto adeſſe debet clauſula,ſi preces ueritate nitantur.

2 Et an ſubintellectam eſſe ſit ſatis.

3 Clauſulam illam repetitam cenſeri reſpectu illarum clauſularum,ex certa ſcientia,motus proprij, & ſimilium.

4 Sanctio pragmatica non editur ad poſtulationem priuati.

5 In principis reſcriptis neceſſarium eſſe ſignum Quæſtoris.

6 Quæſtor hic quid ſit,& de dignitate Cancellarij.

7 Legem à principe condendam cum conſilio procerum.

8 Legem condere ſupremi gradus meri imperij eſt.

9 Res arduas principem non expedire ſine procerum conſilio.

10 Summus pontifex requirit conſilium Cardinalium. Et reſoluitur,an princeps uel papa poßint legem facere ſine conſilio procerum & Cardinalium.

11 Papa Cardinalem creat,ac deponit ſine conſilio cæterorum Cardinalium.

12 Papa poteſt aliquem cælitibus addere ſine conſilio Cardinalium.

13 Atq; in canonizatione ſanctorum Papã errare minimè poſſe.

14 Præfectus prætorio ſolus non facit legem.

15 Cùm de ſupremorum poteſtate dubitatur, res uidetur expedita contra inferiores.

16 Authoritatis multum accedere legi factæ cum conſilio Senatorum.

17 Per clauſulam(non obſtantibus quibuſcunq; apoſtolicis conſtitutionibus) non cenſeri derogatum conciliaribus conſtitutionibus.

18 Sed iura quæ pro hac opinione ab Archidiacono allegantur,id minimè probare.

L. 7. Vniuerſi.

NOtabilis eſt textus hic ſecundũ
Baldum in præſ. Sũmatim hoc
continet.
1 In quocunq; principis reſcri
pto adeſſe debet clauſula illa, ſi preces veri-
2 tate nitantur. Sed ſi clauſula hæc nomina-
tim non fuerit adiecta in reſcripto,an ſubin
tellecta ſatis ſit,interſit. Et Placẽtinus quidé
antiquus legũ interpres, ſatis eſſe exiſtima-
uit cõtra gloſſam in præſ. & ante eã Azo.in
ſumma huius tit.num. 41. Imò neceſſe eſſe,
vt ea fuerit expreſſa. Formam enim hic vi-
deri traditam,à qua diſcedere non liceat. Et
hanc opinionem ſequuntur doctores om-
nes,addentes aliud eſſe de iure pontificum,
quo ſemper clauſula hæc ſubintelligitur.
c.2.de

c.2.de reſcrip. Quare puniri iudicem oportet, qui vetaret precum in relatione principi factarum argui falſitatem. l. puniri. C. ſi contra ius vel vtil. pub.

3 Eſtq; adeò perpetuũ, vt clauſula hæc ſemper in reſcriptis principalibus ſubintelligatur, vt repetita debeat cẽſeri. Reſpectu etiã clauſularum illarum, ex certa ſciẽtia, ac motus proprij, ex plenitudine poteſtatis vel ſimilium. Ita enim reſponderunt Socin. in cõſilio. 164. Viſa bulla Bonifacij. col. 3. vol. 2. Decius conſ. 199. num. 6. Quoniam hæ clauſulæ nullius ſunt momenti, quando princeps præſumitur habere ignorantiam. Bal. in. l. fin. in verſ. Dicas etiam. num. 7. C. ſent. reſci. non poſſe. Quod ante omnes videtur gloſ. ſignificaſſe in. c. paſtoralis. §. præterea. verſ. ex certa ſcientia. de offi. delegat. Atq; idem ſequuntur Paulus Caſtren. con. 84. in fine. lib. 2. Alexan. in conſi. 125. vol. 2. Sed in contractibus, an clauſula hæc ſicut in reſcriptis ſubintelligatur, poſuit glo. ordinaria in l. ſi ex falſis. C. de tranſact. vbi ego articulum hunc explicabo.

4 Collige deinde ex litera text. huius in verſ. pragmaticas: Pragmaticas ſanctiones edi non oportere ad poſtulationem priuatorum. Sed ita demum ſi id expoſtulet aliqua communitas, vel collegium, quod hodie quoq; fieri videmus. Neq; enim pragmaticæ ſanctiones condi ſolent, niſi conuẽtis comitijs, ternis annis ex iuſſu regum noſtrorum.

5 Vltimò collige ex verſi. vir magnificus. iuncta gloſ. verb. Quæſtor. Quòd in quocunq; reſcripto principali debet adeſſe ſignum Quæſtoris regij, qui referre debet inter quos, & ad quem iudicem reſcriptũ dirigatur. Et textui in hac parte conuenit. l. 10. titu. 18. p. 4. atq; ita vſu receptum eſſe hodie

6 videmus. Et exponit gloſ. hic Quæſtorem pro Cancellario. Sunt enim multa Quæſtorum genera, quæ doctè magis & exactiùs cæteris exequitur Ioannes Oroſcius in rub. ff. de offic. Quæſtoris. & reuera Accurſius hic rectè interpretatur. Nã Quæſtores quidam erant, qui epiſtolas principum legẽdis vacabant, & in horum locum dubio procul Cancellarij ſucceſſerunt. qui lingua vernacula hodie Secretarij appellantur. Et ita in hoc dicit eſſe hanc gloſ. ſingularem Boërius in tract. de authoritate magni concilij. in princi. num. 8. ſed eſt huic ſimilis in auth. de exhibendis reis. §. quia verò. verb. Quæſtorem. colla. 9. Et magnum in regia Hiſpaniæ cancellarij officium eſt, & primas inter cætera officia obtinet, præter eum, qui regi eſt à ſacris confeſsionibus. l. 4. tit. 1. p. 2. Et in Francia etiam magnum eſt officium Cãcellarij, ſedet enim illo primo loco poſt regem. vti refert Guillel. Benedict. in. c. Rainuntius. verb. & vxorem nomine. nu. 480. de teſta. Sic & in Francia Præfecto Prætorio Romanorum æqualem eſſe Cancellarium arbitratur Budæus. De Aſſe & partibus eius charta antepe. Eſt & maximum Cancellarij officium in curia excellentiſsimi Allobrogum ducis Regis noſtri Philippi conſobrini, vt à Franciſ. Purpurato in ſupremo ducatus illius conſilio præſidente memoriæ proditum eſt in. l. 1. num. 93. ff. de offi. eius cui eſt mãd. iur. Et de dignitate Cãcellarij pluta ſcripſere Cagnol. in. l. 2. §. dein de cum Aerarium. ff. de orig. iuris. Chaſſenæus in Catalogo Gloriæ mundi. 7. parte. conſ. 7.

7 Ex glo. ſanctiones. tu collige legem condendam à principe eſſe ex conſilio procerũ ſuorum. Et ratio eſt, quia cùm arduum ſit negotium hoc, nõ poteſt princeps id expedire ſine Senatorum ſuorum conſilio. Ne-

8 gotium hoc arduum eſſe negabit nemo, vt non immeritò in eo conſiſtere ſupremũ maximumq; gradum meri imperij Bartolus exiſtimauerit in. l. imperium. num. 7. ff. de iuriſd. omnium iudicum.

9 Sed negotia grauia nõ expedit princeps ſine conſilio ſuorum procerum. l. placet. ſtatim in primis verbis imperatorum. C. de ſacroſanc. eccleſijs. quem tex. primus omniũ notauit ibi Bald. in. 1. notab. dicens Imperatorem non tractaturũ ponderoſa, niſi cum conſilio procerum. Idem Iaſ. ibi. num. 10.

10 Et cùm ſuprema ſit Romani præſulis authoritas,

authoritas,vtpote qui Chriſti Opt.Max.vi-
carias vices gerat,adhuc Papa non poteſt ſo
lus expedire res arduas, niſi conſulat reue-
rendiſsimum illud Cardinalium ſuorum
collegium.Quod Baldi & elegans documé
tum eſt in.l.cùm multa. num.3. verſ.ſed cú
ſint valde pretioſa. C. de bonis quæ liberis.
Quare Papa Vrbanus (referente Baldo in
præſenti) legatis quibuſdam Peruſinis ſup-
plicantibus ipſius ſanctitati pro expeditio-
ne quorundam negotiorum ad ciuitatem
Peruſinam ſpectantium,reſpondiſſe fertur,
negotium illud conſiſtoriale eſſe, atq; Ro-
manos Pontifices nó ſolere huiuſmodi ne-
gotia grauia in camera priuatim expedire,
ſed in Apoſtolico conſiſtorio.& Baldus di-
cit caſum eſſe in hac lege de hoc,quam ipſe
multùm notari mandat. & eandem opinio
nem ſequuntur Cardinalis conſ.137.num.7
verſ.ſed & Papa.idem Cardi.in. c. ex geſtis.
de cleri.non reſiden. & ibi quoq; Ioan. de
Imola num.1.& Panorm.in.c.quęſiuit.nu.
3. in verſ.idem dicimus in Cardinalibus.
de his quæ fiunt à maior. parte capituli. &
ſubdit Panormitanus ibi. hoc eſſe mirabile
Archidiaconi dictum in.c.ſunt quidam.15
quæſt.1 .Ioannes Monachus in. c. ſuper eo.
de hæret.in.6.num.3.& Francus ibi.num.2
vbi refert ille ex Ioan.Andr.in. c. requiſiſti.
de teſtamen.inter Papam & Cardinalé eſſe
quandam vnionis idétitatem (vt ipſius ver-
bis vtar)Barbatius de præſtantia Cardina-
lium.2.quæſt.baſilica.num.11. vbi dicit hác
opinionem eſſe ſuſtentabiliorem. & num.
24.vbi affirmat contrariam minimè eſſe có
munem.Imò hanc eſſe communem. atque
in eius fauorem fuiſſe iam obtentum & iu-
dicatú,Selua de benefi.2.parte. quæſt.2. nu.
7.verſ.ad iſtud reſpódeo. Villadiego in tra-
ctatu de legat.quęſt.1.nu.2.Et hanc opinio-
nem videtur probare text.in.l. humanum.
ibi,tam proceribus.C.de legibus. & pręter-
ea id videtur probari ex text. in.l. 1. ff.de le-
gibus.ibi, virorum prudentum cóſultum.
& eſt text.in.c.1.2. diſtinct. vbi ex Iſidoro re
tulit Gratianus hæc verba.Lex eſt conſtitu-
tio populi, qua maiores natu ſimul cú ple-
bibus aliquid ſanxerunt. Et ex conſilio ho-
minum ſapientum legem eſſe condendam
ſtatuit optimus legiſlator Alphonſus Rex
Hiſpaniæ.l.9.tit.1.p.1.Temperantiſsimè cer
tè ſtatuit Lodouicus huius nominis rex Frã
ciæ duodecimus in ordinationibus ſuis.ar-
ticulo.135.vt iubéte rege ipſo aliquid decer-
ni,ſi cócilium Senatorum aliter arbitretur,
huic non regi eſſe obtemperãdum. Quod
retulit ad nos Andreas ab Exea in rubri. de
conſtit.nu. 174. Neq; obliuiſci iam hic ipſe
poſſum imperatoris Alexandri Seueri mo-
deſtiam,quam ille cú permultis argumétis
tum vel hoc maximè teſtatus eſt,quòd nul
lam vnquam legem condiderit, niſi in me
dium conſilium adhibitis viginti iuriſperi-
tis & quinquaginta viris diſertiſsimis.
Quod ab Alexandro ab Alexandro memo
riæ proditum eſt lib.6.dierum genialium.c.
23.Sed contraria opinio verior eſt, vt prin-
ceps,vel Papa ſolùm ex quadam vrbanita-
te teneatur requirere conſilium ſuorú pro-
cerum,vel Cardinalium,non verò de neceſ
ſitate,etiam in negotijs quę ardua ſunt,qua
lia ſunt legem condere,vel ſimilia.Ita enim
videtur ſentire gloſ. ordinaria in. c. funda-
méta.§.decet.verb.cótingeret.de elect.in.6.
alia in.c.ad apoſtolicæ.gl.1.de re iud. eo.lib.
vbi dicitur Papam non teneri cóſultare fra-
tres ſuos,eſt enim pleniſsima Papę poteſtas.
in.c.2.de præbend.in.6.c.propoſuit. de con
ceſsione præben. clem. 2. vt lite penden.c.
cuncta per mundum. ibi.ſine vlla ſynodo.
9.q.3. Et libera quidem Papæ poteſtas dici-
tur in.c.ſignificaſti. ad finem. de electione.
Vnde conſequitur non teneri eum alterius
conſenſum requirere.gloſ.vulgata in clem.
dudú.verb.licere.de ſepulturis.Sed & Prin-
ceps eandem habet in temporalibus pote-
ſtatem, dominijq; plenitudinem. l. bene à
Zenone.C.de quadriennij præſcrip.l.depre
catio.ff.ad.l.Rhod.de iact. Quare opinio-
nem hanc contra Bald. & qui cum eo aſſe-
uerarunt negotium legis condendæ, ſeu
quoduis aliud arduum, nó poſſe per ſolum
principé expediri,tenuit Hugo doctor anti
quus in.c.in iſtis.§.leges.4.diſtin.&Bar.in.l

omnes

omnes populi.num.15.de iuſt.& iure.atque
communem eſſe affirmãt Oroſcius nu.48.
Geminianus eam ſequutus in.c.ſuper eo,
de hæret.in.6.nu.4.quam etiam tenet Feli-
nus in rub.de conſt.nume.2.affirmans eam
eſſe ſuſtentabiliorem atq; magis commu-
nem.Quam eſſe cõmunem affirmat etiam
Decius eam ſequutus.1.lect.num.8. verſ.ſe-
cunda concluſio eſt.& in.2.nu.3. verſic.ſed
replicari poteſt. Quam etiam tenet Paulus
de Caſtro.l.humanum.num. 6. de legibus.
& eſſe communem multis retro annis affir
mauerat Albericus eam ſequutus in rub.C.
de legibus.num.3.vbi ſubdit clauſulã illam,
quæ tertio quoq; verbo epiſtolis decretali-
bus inſeritur.(De fratrum noſtrorum con-
ſilio) decẽtiæ magis eſſe (vt ille dicit) quàm
neceſsitatis.Teſtantur præterea eſſe cõmu-
nem opinionem hanc eam ſequuti Barbat.
conſ.1.vol.1.col.28.paulò poſt medium.An
nania in.c.firmiſsimè.num.4.de hæret.quã
& Cagnolus ſequitur in.l.fin.num.12.C.de
pactis.& aſſerit communem Cardinalis.S.
Sixti in.c.ideo.num.4.diſtinctione.4.& Ro
chus in.c.fin.nu.114.de cõſuetudine.quam
etiam ſequitur Gometius in regu. de infir.
reſign.q.14.Et eſt pro hac ſententia text. in
l.fin.ibi,ſoli Imperatori.& iterum ibi, ſolus
Imperator.C.de legibus. Neque huic ſen-
tentiæ obſtat text.in.d.l.humanum. Quo-
niam vrbanitatem ſuam teſtatur ibi Impe-
rator,qui pro lege condenda ſoleat ſapien-
tiores, ſeu ſenatus in conſilium adhibere.
Tex.verò in.l.1.ff.de legibus.& in.c.primo
2.diſtinctione.ad vim legis minimè attinẽt,
ſed de ea tantùm dicũt, quæ in populari vel
optimatũ ſolùm repub.inſtituitur; vbi ſui
iuris eſt ciuium multitudo, viciſsimq; im-
perat ac paret, nec totam ſui in vnum tran-
ſtulit poteſtatem.Hodie verò legis conden-
dæ facultas, in ſolum principem tranſlata
eſt.§.Sed quod principi.de iure natu.gen.&
ciui.Atq; hæc quidem poteſtas & hoc ius
multò magis in Romanis Pontificibus elu
cet, qui non acceperunt à populis faculta-
tem imperandi & regẽdi, nec à regibus,aut
Imperatoribus,ſed à Chriſto, cui data eſt o-
mnis poteſtas in cælo & in terra, vt olim pa
tres in concilio Conſtantienſi ſeſsione.15.ad
uerſus Ioannem Hus, ſacroſanctæ matris
eccleſiæ hoſtem peruerſiſsimum teſtatum
reliquerunt.Cùm igitur iuſtæ legitimæque
leges ſint,quæ ab vno totius Chriſtiani or-
bis principe, & parente & capite feruntur,
ſumma illi poteſtas data eſt, non inchoata,
ſed perfecta, nõ ab aliquo homine pendẽs,
ſed à qua cæteræ dependent.Quare non ita
alios ſpectare eſt ei neceſſe, vt ſi ſecùs fece-
rit,eius decreta nullã ſint vim legis habitu-
11 ra. Hinc infertur licere quidem Papæ ali-
quem in Cardinalium collegium coopta-
re,ſine cæterorum Cardinalium aſſenſu,
quanuis negotium hoc arduum ſit.Ita vo-
luerunt Ioan.And.in.c. ſanè. de conuerſio
coniugat. quem ibi ſequitur Antonius.
item Felinus & Decius in rub.de conſt. vbi
falſò citat in hoc Decius gloſ.in verb.pote-
ſtatis.in clem.ne Romani.de electione.Sed
licèt ſolus Cardinalem creare poſsit, creatũ
Cardinalitia deponere dignitate ſolus non
poteſt,ex text.in.c.2. de cler. non reſid. vbĩ
ad priuandum Cardinalem quendam ſua
dignitate, fuit ſynodus congregata. & ita
hoc colligunt ex illo text.Hoſtien.& Ioan.
Andrea.Item Panormitanus, qui pluribus
diſcutiens articulum hunc, vix aperit quã
ipſe in hoc opinionem eligat.Idem videtur
probare text in.c.1.de ſchiſmat. in. 6. ibi, de
fratrum conſilio.& hanc opinionem pluri
bus rationibus nititur fundare Barbat. de
præſtantia Cardinalium.1.parte.8. quæſtio.
Baſilica.Quanquam (vt ingenuè fatear) cõ-
traria ſententia mihi placet magis.Imò q̃ ſo
lus Papa ex iuſta cauſa poſsit Cardinalem
deponere.nam non maior ſolẽnitas in hoc
videtur neceſſaria, quàm in creando de no-
uo.l.nil tam naturale.ff.de reg.iur. Et regu-
lare eſt, vt eadem ſolennitas requiratur in
aliquo actu deſtruendo, quæ requiſita fuit
in illo conficiendo.l.ſi vt proponis.2.C.de
nuptijs.gloſ.notabilis iuncto text in.l. cùm
proponebatur.ff.de legat.2. Præterea ſolus
Papa poteſt ſine Cardinalium conſenſu Re
gem regno ſuo priuare, vt in.c.alius.15. q.6.
vbi

vbi regem Franciæ veluti inutilem Papa depoſuit in.c.ad apoſtolicæ. iuncta gloſ.1. de re iud.in.6. vbi regem Fredericum regno priuauit ſine Cardinalium collegio. Atque hæc opinio mihi magis placet, quam tenet Selua de benefi.3.parte.quæſt.9.num.31.

12 Secundò ex ſuperioribus infertur, licere Papæ ſanctum aliquem hominem vita defunctum, ſine Cardinalium ſuorum aſſenſu, in diuorum numerum referre, quamuis negotium hoc arduum quidé ſit. Ita enim tenuit diuus Antoninus Archiepiſcopus Florentinus in ſumma.2. parte.3. partis.tit. 22.c.5.§.5.col.2.verſ. ſi autem quæratur. vbi allegat Auguſtinum de Anchona, autoré huius opinionis, quam etiam ſequútur Felinus & Decius in illa rub. de conſtitu. Tãetſi hic poſterior dicat contrarium ſentire Ioannem Andream & Antonium in.c.1.de reliq.& venera.ſancto.& contrarium apertè determinat Martinus Laudenſis in tract. de Cardinali.quæſtio.100. Troilus Maluitius de Canonizatione ſanct.2.dubio.num.
13 47. Sed Florentini opinio mihi ex ſuperioribus verior eſt, adeò, vt Papa errare in hoc minimè poſſet, ſi is eccleſiæ ordinem ſequutus, præmiſſa diligenti inquiſitione, aliqué ſanctorum albo aſcribendum curauerit. Quod.D. Thomas aſſeruit quodlibeto.9. articu.vltimo.atq; alij, quos allegat Couar. lib.1.variarum reſolut.c. 10. nu.13. Tametſi contra voluerit gloſ.in.c.1.de reliq.& vene. ſanct.verſ.ſedis apoſtolicę.in.6. Neq; enim Papa in his quæ ad Orthodoxæ fidei pietatem,& morum ſanctitatem pertinent, errare poteſt. Nam cùm ipſi datæ ſint claues regni cęlorum, quò ſine fide, boniſq; moribus aditus non patet, ſimul cóceſſum eſt, vt tanquam certiſsima, ac rectiſsima regula neq; praua neq; diſtorta, de ſumma fidei, pietatiſq; iudicaret. Cumq; dictũ ſit ei, vt agnos oueſq; Chriſti paſceret, ſimul datum eſſe intelligitur, quicquid ad bene paſcendum neceſſarium fore videbatur: eſſet autem durũ, ac minimè ferendum, ſi aut in his errare poſſet pontifex, aut eum cælitibus adderet, qué æternę obruerent calamitates. Nam & hoc ipſum, ad mores religionemque cum primis ſpectat, ſcire quem colere, quemq; orare debeas. Quare erroneam eſſe glo. opinionem exiſtimauit Antonius Corduba, minoris claſsis ſodalis, de indulgentijs quæſtio. 17.in fine.

14 Ego tamen illud certiſsimũ eſſe cóſtitui. (licèt huius opinionis authorem habeá neminem) vt ſi cui inferiori à principe beneficium legis condendæ competat, qualis eſt Præfectus Prætorio, non licere ei hoc tam arduum negotium exequi ſine procerum ſuorum conſultatione: ſolis enim principibus hoc ex iure competere video, vt ſine cõſilio ſuorum procerum poſsint legem condere, ac talia negotia quantũuis ardua explicare. Imò cùm de poteſtate Papæ ac principum nonnulli, quos in initio huius quæſtionis allegaui, dubitauerint, videtur in cæteris inferioribus hoc eſſe expeditiſsimum.

15 Cùm enim de ſuperiorum principũ poteſtate in re aliqua ſtatuenda dubitatur, in cęteris inferioribus res videtur pro parte negatiua expedita. Quę eſt elegãs deciſio Baldi in.c.quanto.nu.5.de iureiurando.

16 Sed licèt ſolus princeps poſsit legem ſtatuere, authoritatis neſcio quid accedit eius legi, ſi fiat cũ conſilio procerum. Quod ex eo patet, quòd reſcriptum impetratum contra legem ita conditam non valet, niſi legis illius expreſſa, & ſpecialis derogatio facta ſit, etiam adiecta clauſula illa generali. (Nõ obſtantibus quibuſcunque legibus.) quod notarunt Claudius & Oroſcius num. 18. in l.1.ff.de legibus.

17 Cui & illud eſt veluti cognatum, quòd per clauſulam illam (non obſtantibus quibuſcunq, conſtitutionibus apoſtolicis) nõ videtur præiudicium factum conſtitutionibus, quæ ex concilij decreto à ſummo pontifice editæ ſunt. Quod Bald. expreſsim notauit in.l.humanũ.3.not.de legibus. & ante eum Archidiaconus in.c.1. de conſtit. in.6. col.2.num.2. verſ. quod ſpecialiter intelligi poteſt. vbi idem ſequitur Gome.nu. 178. & Felin.in.c.1.num.23.de conſt. Decius in. c.1. de iudicijs.num.2.Ripa ibi.nu.8. Euerardus in topi.

in topicis legalibus, in præfatione. colū. 2. Felinus in c. nonnulli. in princip. colum. 4. uerſ. propter authoritatem. de reſcriptis. vbi inquit, quòd Archidiaconum ſequitur totus mundus. Vt tamē interim admoneam duo iura, quorum argumento motus eſt Archidiaconus, id minimè probare. Nam primò allegat ille text. in. c. nōnulli. in princi. ibi. (vel expreſſam de hac conſtitutione fecerint mentionem) de reſcriptis. vbi nil prorſus dicitur de abroganda conſtitutione concilij alicuius, ſed hoc ſolùm illo tex. probatur, non valere reſcriptum impetratum contra ius, niſi iuris illius mentio in illo reſcripto facta fuerit. Secundò allegat Archidiaconus text. in. c. penult. de capell. monach. pro cuius inductione præmittendum eſt, in concilio Lateranenſi fuiſſe ſtatutum ne ſinguli monachi in oppidis vel prioratibus commorentur. In. c. 2. de ſtatu. monacho. Quo præmiſſo dicit text. in d. c. penult. quòd ſi monachi aliqui à ſede apoſtolica impetrauerint, vt in ſingulis prioratibus ſeu villis poſsint cōmorari, impetrationem nullam eſſe, ſi in ea de concilio Lateranenſi mentio facta non ſit: nam textus hic ſolùm probat nō valere impetrationē factam cōtra ius, in qua iuris illius mentio facta non ſit, quod eſt in iure perpetuum. Non tamen probat textus quòd ſi in impetratione facta per illos monachos Papa dixiſſet ſe id priuilegium monachis concedere, non obſtantibus quibuſcunq; conſtitutionibus apoſtolicis, adhuc illa non valeret, quoniam oportuerit concilij expreſſam fuiſſe derogationem. Eſt tamen vera & communiter recepta Archidiaconi ſententia, & ſi iure non probetur.

Summa rerum. l. Tranſigere. C. de Tranſact.

1 *IN publicis criminibus ingerentibus pœnā ſanguinis licita eſt tranſactio.*
2 *Licet unicuique ſanguinem ſuum redimere.*
3 *Fugiens poſt accuſationem, non ex hoc præſumitur deliquiſſe.*
4 *Accuſatus in criminali cauſa an condemnetur in impenſis.*
5 *Licere accuſato reticere ea quæ ſibi ingererent pœnam ſanguinis.*
6 *In accuſatore qua ratione ſuſtineatur tranſactio.*
7 *Habere locū tranſactionē etiā in priuato delicto.*
8 *Item ſi agatur de pœna mutilationis membri.*
9 *Licet unicuique appellare pro condemnato ad mēbri mutilationem.*
10 *In delicto ex quo imponitur fuſtigatio, an tranſigatur.*
11 *Pœna furis apud nos.*
12 *Pro furto æquipollenti tribus an imponatur pœna mortis.*
13 *Licere tranſigere, ſi tortura pro pœna imponatur.*
14 *Item cùm facies alicui ferro inurenda ſit.*
15 *Et quid in pœna perpetui carceris.*
16 *Pœna perpetui carceris, ſucceßit in locum damnationis in metallum.*
17 *Pœna perpetui carceris legibus ciuilibus incognita.*
18 *Sententia ſecularis condemnantis ad perpetuum carcerem, eſt ipſo iure nulla.*
19 *Eccleſiaſtici non imponunt pœnam perpetui carceris laicis.*
20 *Licet patri tranſigere pro filio capitaliter accuſato.*
21 *Etiam emancipato. Et an emancipatus & pater ſint una perſona.*
22 *Et an idem liceat cognato pro ſuo cognato.*
23 *Tranſigente patre pro filio, an ulla probatio contra filium inducatur.*
24 *Et licet tranſigere etiam lite nondum mota, ſed ſi moueri ſperetur.*
25 *Item ſi reus ſit alternatiuè obligatus ad pœnam ſanguinis, uel ad pecuniariam.*
26 *Item ſi agatur de delicto, cuius pœna eſt arbitraria.*
27 *Poteſt iudex arbitrium ſuum ad mortem uſque extendere.*
28 *Tranſactio facta de uulnere pro morte ſequuta, an proſit.*
29 *Qui periit, an in dubio præſumatur ex uulnere deceßiſſe. & num. 30.*
31 *Textum hunc eſſe intelligendum de pœna capitali ſtrictè intelligenda,*
32 *Pœna capitalis triplex.*

I Dam-

33 Damnatus ad pœnam capitalem non eſt neceſſariò uita priuandus.
34 Cùm agitur de cauſa honoris, an liceat tranſigere.
35 Et quid cùm agitur de maiori parte bonorum.
36 Textum hunc non habere locum de iure canonico.
37 Declaratur textus in.c.12.de pœn.
38 Pecunia redacta ex monacho interfecto patri naturali debeatur, an monaſterio.
39 Religionem profeſſus, liberatur à patria poteſtate.
40 Non licet accuſato tranſigere ſequuta iam condemnatione.
41 Niſi eſſet iam à ſententia appellatum.
42 Vel niſi ſententia lata fuiſſet in abſentem.
43 Et an liceat tranſigere poſt concluſionem in cauſa.
44 Licere condemnato tranſigere intra tempora data ad appellandum.
45 Quæ poſſunt fieri appellatione interpoſita, fiunt etiam intra tempora data ad appellandum.
46 Accuſator tranſigens, an incidat in Turpillianum.
47 Iudex non obſtante tranſactione, an poßit in cauſa procedere.
48 Si delictum ſit enorme, etiam poſt tranſactionem, imponitur pœna ordinaria.
49 Delicta enormia quæ ſint.
50 Lege regia inita tranſactione non niſi extraordinaria pœna imponitur.
51 Tranſactio facta in cauſa criminali, non præcludit uiam alijs accuſare uolentibus.
52 Si proximiores conſanguinei iniuriam remiſerint uel tranſegerint, an ſequentes in gradu poßint accuſare.
53 Remotiores non admitti ad accuſandum niſi renuntiantibus prioribus.
54 Et uſque ad quem gradum cognati ad accuſandum & tranſigendum admittantur.
55 Succeßionis ius ad decimum uſq; gradum protenditur.
56 Coniunctus pro coniuncto uſque ad quem gradum ſine mandato agat in iudicio.
57 Vxor hominis occiſi omnibus in hac cauſa præfertur.
58 Sponſam quoq; admitti ad accuſandam mortem ſponſi.
59 Legitimus an ſcriptus hæres, potius admittatur ad accuſandum.
60 Suum hæredem ſcripto hic præferendum.
61 Ius tranſigendi ſuper morte defuncti non eſt hæreditarium.
62 Quare illud competit filio, etiam ſi hæres ille non ſit.
63 Non uideri filium adijſſe paternã hæreditatẽ quòd tranſactionem fecerit cum occiſoribus patris.
64 Tutor, uel curator, an tranſigat ſuper morte patris pupilli.
65 Tutor poſthumi non tranſigit in hac ſpecie.
66 Si delictum non exigat pœnam ſanguinis, non licet tranſigere etiam ſi accuſator petat reo pœnam ſanguinis imponi.
67 Non licet tranſigere ſuper delicto, ſuper quo iterum accuſatus tranſegiſſet.
68 Statutum imponens pœnam pecuniariam pro corporali, non habet locum in delicto iterum perpetrato.
69 In ſupplicatione porrecta principi, debet fieri mentio delicti iterum commiſſi.
70 Super crimine adulterij non licet tranſigere.
71 Pœna adulterij quæ olim, & quæ hodie ſit.
72 Quare ſuper adulterio non liceat tranſigere. Et an ſit grauius homicidio.
73 Cui licet fœminam occidere, non licet adulterium inferre.
74 Committens adulterium cum uxore regis, committit in.l.Iuliam maieſtatis.
75 Per adulterium cenſeri pacem ruptam.
76 Adulterium intrinſecè malum.
77 Adulterium delictum atrociſſimum. Et rationes quare ſuper eo non tranſigatur.
78 Correcta ratione legis, legem ipſam uideri correctam.
79 An ſuper raptu tranſigatur.
80 Declaratur tex.in.l.unica, uerſic.pœnas.C.de rap.uirgin.
81 Super ſtupro an tranſigatur.
82 Libellus ſuper adulterio procedet, ſi de ſtupro probetur.
83 Pœna ſtupri quæ ſit.
84 Declaratur textus in.§.item lex Iulia. uerſ. pœnam.de publ.iudi.
85 Declaratur textus in authen.ut liceat mat.& aui.§.final.& an text.hic procedat in adulterio præſumpto.
86 Licere tranſigere ſuper adulterio probato ex ſolo oſculo.
87 An per oſculum probetur adulterium.
88 Pœna homicidij non comprehendit homicidium probatum præſumptis probationibus.
89 Declaratur textus in authen. ut nulli iudicum. §. adulteram.
90 Partes non compelluntur ad concordiam niſi delicto punito.
91 Declaratur tex.in.l.ſi maritus.2.§.ſi negauerit.ff.de adulter.
92 Quibus liceat hodie adulterium accuſare.
93 Etiam inhoneſta mulier maritata non capitur pro debito pecuniario.
94 Maritus qui poſt adulterium commiſſum uxorem cognouit carnaliter, amittit ius accuſandi.
95 Pactio gratuita permiſſa in adulterio, & inde profecta practica hodierna.

Super

96 *Super crimine leſæ majeſtatis an liceat tranſigere. (næ.*
97 *Et multo minus ſuper crimine leſæ maieſtatis diui*
98 *Tametſi delictum hoc ingerat pœnam ſanguinis.*
99 *Super crimine blaſphemiæ non tranſigitur licèt ſit capitale.*
100 *Vbi diuina maieſtas offenditur, non licet tranſigere ſine Papæ authoritate.*
101 *Et inde egregia quædam Bartoli doctrina notata.*
102 *Explicatur quædam oppoſitio gloſ.*
103 *In criminibus non ingerentibus pœnam ſanguinis non licere tranſigere.*
104 *Et an id procedat tam in priuatis, quàm in publicis criminibus.*
105 *Dominus rei ſubtractæ non poteſt impedire iudicem procedentem contra furem etiam ſi dicat furtum fuiſſe factum ſua uolunrate,*
106 *In delictis, ex quibus applicatur pœna fiſco, non licet tranſigere.*
107 *Regula huius text. an procedat in delictis omittendo commiβis.*
108 *Et an in his delictis licita ſit pactio gratuita.*
109 *Super crimine falſi non licet tranſigere quanuis ſit capitale.*
110 *Quandoq; falſi accuſatio ingerit pœnam mortis, ut in cudente falſam monetam.*
111 *Item in eo qui literas Papæ falſo fabricat.*
112 *Propter falſi grauitatem punitur teſtis apud iudicem incompetentem.*
113 *Rationes quædam notantur quare ſuper falſo tranſigatur.*
114 *Item aliæ eiuſdem rei rationes proferuntur.*

L. Tranſigere.

CYn.in præſ.autor eſt legẽ hanc
conſueuiſſe reputari famoſam
in ſua materia, atque in ea ſcri-
ptores recentes dilataſſe fim-
brias omnes. Addit Barto. legem hãc ſubti-
lem eſſe ac ſingularem, & tractare materiã
vtilem. Conſtat autem hæc. l. quatuor par-
ticulis. In prima ponitur regula quædam
permiſsiua, in ſecunda exceptio quædam
huius regulæ, in tertia regula altera prohi-
bitiua, à qua quidam caſus excipitur, quæ
partes ſunt in textu planiſsimæ.
Ex prima particula text. tu collige regu-
1 lam generalem, In publicis criminibus in-
gerentibus pœnam ſanguinis licitum eſſe
tranſigere. Sed videbatur contrarium, quo-
niam pactum hoc ſeu tranſactio præiudica
re videtur iuri publico, quoniam hìc iam re
manebunt delicta impunita. Vulgata. l. ita
vulneratus. ff. ad. l. Aquil. l. licitatio. §. quod
illicitè ff. de pub. & vectig. Vnde videbatur
pactionem, vel tranſactionem non valitu-
ram. l. iuris gẽtium. §. ſi paciſcar. ff. de pact.
2 Sed adeſt ex aduerſo humanitas, quæ pro
valore contractus huius pugnat, cùm iure
liceat vnicuique ſanguinem ſuum vtcunq;
redimere. l. 1. ff. de bon. eorum, qui ante ſẽ
tentiam mortem ſibi conſci. l. fin. ff. de prę-
uaricat. c. ſi quem pœnituit. §. in omnibus.
2. quæſtione. 3. quibus conuenit. l. 54. titulo
14. par. 5. Hanc rationem huius iuris diſpo-
ſitioni reddiderunt gloſ. in præſenti, in par-
te prohibitum. & ante gloſ. Azo in ſumma
huius tituli num. 4. Barto. num. 1. & eam cę
teri ſequũtur. eſſeq; communem rationem
ęam ſequuti teſtantur Roman. nu. 1. Rimi-
naldus col. 2. communemq; eſſe affirmant
Curt. iun. num. 4. Purpur. num. 17.
Ex qua ratione infert eleganter Barto. in
3 dicta. l. 1. num. 1. quòd fugiens poſt inſtitu-
tam aduerſus ſe accuſationem ſuper crimi-
ne capitali, nõ pręſumitur ex hoc deliquiſ-
ſe, quoniam fugit ille ſanguinem ſuum re-
dempturus. & illam Bartoli deciſionem ſe-
quuntur Ange. num. 8. Iaſ. nu. 169. in. l. ad-
monendi. ff. de iureiur. Rip. ibi. num. 168. Ex
quo cõſtat cõmunem eſſe Bart. deciſ. quam
etiã ibi ſequuntur Caccialup. num. 84. Ca-
thus Sachus nu. 58. Tholome. nu. 77. Curt.
ſen. num. 166. & prætérea Socin. regula. 163.
Fuga. verſ. limita dictum Bar. Feli. in. c. nul
lus. nu. 6. de præſum. dicẽs tamen non de-
fuiſſe, qui dicerent dictum Bartoli non eſſe
planum. ſequuntur prętcrea Barto. deciſio-
nem Roma. in. l. lege Cornelia. nu. 2. ff. ad
Syll. vbi dicit hoc eſſe mirabile, atq; vidiſſe
ſe ita practicari, cùm ei accideret Hippoly-
tus allegans alios in rubrica. de probatio.
nume. 279. & in practi. verb. diligenter. nu.
41. & in ſing. 115. Brunus in tract. de indicijs.
1. part. quęſtione. 9. Marcus Anto. Blancus
in tract. de indicijs. nu. 81. dicens cõmunem
eſſe Barto. deciſ. in. d. l. admonendi Ioannes
Tierri Lingonenſis in tract. de fuga. nu. 14.

Bologninus in tracta.Guidonis de Suza de indicijs & tortura. nume. 40. Præſul Calagurritanus regu.303.colum.3.verſ.1.ſi fugit. Quòd ſi ante inſtitutam accuſationem fuga adeſſet,fugienti præiudicaret.l. lege Cornelia.verſi.præterea cauetur.ff.ad Sylla.

4 Secundò ex eadem ratione infert elegãter Baldus in authen.generaliter . col. pen. C.de epiſco.& cler . quòd accuſatus in cauſa criminali,nunquam eſt condemnandus in impenſis litis, quoniã calumniari minimè videatur is, cui licet vtcunque ſanguinem ſuum redimere. & Baldi opinionem ſequuntur Ana.in.c.accedẽs. de accuſatio. Lanfranc.in.c.quoniam contra.col.1.in parte expenſæ.de probatio.Sed hęc opinio nec Bald.ipſi placere videtur in eo loco, & expreſſè eam reprehendunt Riminal.& Curtius iun.in præſen.Nam & in criminalibus etiam verum eſt, victum victori eſſe damnandum in impenſis.de quo expreſſę leges eſſe videtur in.l.ſi poſtulauerit. verſ.ſi reus. atque ibi notat Bartolus. ff.de adulter. in.l. fi.ſecundũ.vnam lect.C.de fruct. & lit. expen.vbi idem notarunt Bart.nu. 2. Sali. nu. 6.l,qui crimen.ibi. ſed etiam ſumptus. C. qui accuſ.non poſſunt.atq; hoc videtur ſentire glo. in procem.Inſtitutio.in parte,legitimas.quam ibi notat Angelus num.8.glo. in.c.cùm dilecti. gloſ.fin.de dolo & contumac.vbi eam ſequũtur Baldus col.2.Panormita.num.17. & idem voluit quoq; gloſ.in c.finem litibus.in parte.expenſas. ibi.ſed in criminali.eo.titu.vbi eam ſequuntur Canoniſtæ.& poſt omnes Panormitanus num. 24. teſtatur eã eſſe cõmunem opinionem, quam ſequitur Bart.in.l. 1.in prin. nu.13. ff. ad Turpil. vbi iam illo tempore affirmat, Bart.eam eſſe communem ſententiam.Iaſſ. allegans multos idem ſequutus in.l. propetandum.§.ſiue autem alterutra. nu.21. C.de iudic. & teſtantur præterea eam eſſe cõmunem Hippoly.in pract.§.ſupereſt.nu.1. Didacus Couarru.in pract.quæſtion.c.27.nu. 2.Bernar.Diaz in practica.c.144. col.1. Nec poterit quis calumniari.ll. illas, quas paulò ſuperiùs allegaui tantùm agere in accuſatore condemnato,nam & idem eſt in accuſato damnato,quod conſtat ex earundem generalitate,& eſt expreſſim hæc opinio probata in.l. 113. ſtylli. quæ ſententia veritati proxima eſt. Nam nemo vellet alterum in iudicium deferre, niſi ſperaret impenſas ſibi eſſe reficiendas,condemnato illo, quem accuſat. argumen.text.vulgati in. l.cùm de indebito.verſ.qui enim ſoluit.ff. de probat.

5 Tertiò ex eadem ratione infert Alexan. in dicta.l.1.in additio.ad Bar. verſ. Quæro vtrum.licere accuſato,qui iurauit dicere ſuper omnibus veritatem,ea, quæ ſibi probata ingererent pœnam ſanguinis reticere, & ita(inquit ille)conſultũ fuiſſe per quoſdam peritos doctores contra Barto. quam opinionem ſequitur Petrus Grilandus in tracta.de relaxatione incarceratorũ. c. de fuga incarcerati.quæſtio.1.num.9. Sed ante omnes tenuit hanc opinionem gloſ. ordinaria in.c.ex pœnitentibus.verb.nõ prodidit.ibi. alij dicunt.50. diſtin. allegans text. in dicta l.1. & idem videtur ſequutus Panormitan. ex doctrina Innocentij ibid.in.c.2. num.16. de confeſſ.& dicit Aretinus in.c. qualiter.2. §.debet.colũ. 4. de accuſatio. communiter teneri.Quòd ſi quis non ſit infamatus,non teneri eum reſpondere. idem ſequuntur Ioannes de Neuizanis in ſylua nup. lib.3. nume.42.Mart. Nauar.in.c.inter verba.co-rola.64.num.730.11. quæſtione. 3. Maranta de ord.iudiciorum.6.parte.membro. 7.nu. 9.vbi ſolùm allegat Alexan.quem dicit pulchrè hoc tenere Iacobus de Villalpando in repetitione.l.22.titu.1.par.7.p.1.§.1.colum.2. Verùm in hoc contrarium tenuit Panorm. in.c.1.nume.3.de teſtib.cogend. exiſtimans teneri reum à iudice rogatum, veritatem reſpondere, an delictum commiſerit, vel non,quod ſi non fecerit,peccare eum mortaliter.Atque eandem opinionem pluribus argumentis probat Soto eam ſequutus, de ratione tegendi,& detegen.ſecretum.membro. 2. quæſtione.7. & in libro de iuſtitia & iure.5.quæſtione. 6. articu.2. in fine. atque hæc opinio tutior probabiliorque mihi eſſe videtur.

Sed

6 Sed hæc redimendi proprij ſanguinis ratio in reo ſolùm locum habet, ſed qua ratione in accuſatore tranſactio permiſſa ſit. Et Bartolus colum. 1. eandem ratio nem in accuſatore etiam locũ habere exiſtimat, quoniam ſubiret ille pœnam talionis, ſi delictum, quo reum accuſauit, non probaret. l. qui crimen. C. qui accuſare non poſſ. l. fin. C. de accuſatio. Cum hac ratione Bart. tranſeunt omnes, teſte Alexã. nume. 3. Sed cùm hodie pœna talionis iam exoleuerit. §. pœna. de iniurijs. Inſtit. Bar. in. l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iud. num. 2. idem Bartolus in. l. ſi cui. ff. de accuſatio. & multi allegati per Couarruui. lib. 2. variarum. c. 9. colum. 2. videtur iam non valituram tranſactionem reſpectu accuſatoris. Sed Curtius iunior colum. 2. adhuc valituram contendit ratione correlationis. l. fina. C. de indi. viduitate. toll. l. fin. de acceptilatio. l. 1. de cupreſſ. lib. 11. cum alijs.

7 Ampliabis tu modò. l. hanc, vt procedat non ſolùm in publicis iudicijs, quæ ingerunt pœnam ſanguinis, ſed in priuatis, vt ſi pro furto, pœnam mortis, vel membri mutilationem quis paſſurus ſit, ita enim. l. hanc ampliarunt in præſenti Cynus. 3. quęſtione. & alij, quos Iaſſ. allegat nume. 3. & hoc videtur probari in. l. 22. titu. 1. partit. 7. vbi nulla fit diſtinctio in hac materia delictorum publicorum, vel priuatorum, ſed ſolùm habetur reſpectus ad pœnæ qualitatem. & ibi hanc opinionem ſequuntur Gregorius Lopez in gloſ. 2. & Diegus de Villalpando. 1. part. §. 1. num. 11. atque communem eſſe hãc opinionem affirmat eam ſequutus Antonius Gomecius. 3. tomo variarum reſolutio. c. 3. nume. 54. Quorum ea ratio eſt, quia regulariter eſt inſpiciẽda qualitas pœnæ, non titulus criminis. l. quo ad ſtatum. ff. de pœn. Addo ipſe, quòd cùm hoc ſit in hac. l. receptum in delictis publicis, multò magis licebit in priuatis, in quorum accuſatione minùs læditur reſp.

8 Secundò ampliabis legem hanc, vt habeat locum etiam ſi pœna tantùm ſit infligenda mutilationis membri, nam & ea capitalis pœna eſſe dicitur. authent. de collator. §. ad hæc prohibemus. collatione. 9. & fuit hæc opinio Petri, & Iacob. Butrica. hic quos ſequuntur Cyn. quæſtio. 3. Albericus nume. 11. dicens hanc quæſtionem eſſe ſine dubio. Baldus nume. 3. Salicetus colum. 1. Paulus nume. 3. Aretinus. 3. notab. Alexan. num. 6. qui eam opinionem eleganter defendit. quam eſſe communẽ teſtantur eam ſequuti Curtius iun. nume. 23. Purpuratus num. 9. Alciatus. 45. Nec eos mouet, quòd pœna abſciſionis membri inter pœnas capitales iure antiquo relata non ſit. l. 2. ff. de publ. iudic. quoniam illo iure cognita non fuit. quod idem Cynus in præſenti notauit, atque eſſe communem opinionem affirmat Curtius eam ſequutus in. l. imperij. nume. 37. ff. de iur. omn. iudic. iure enim. C. fuit pœna illa introducta. l. 3. C. de ſerui. fug. Poſtremò hæc communis doctorum acceptio. l. regia expreſsiſsimè probatur, qua dicitur locum eſſe tranſactioni, etiam ſi ſolùm membri mutilatio immineat accuſato. quæ etiam iuuatur ex text. in clem. vnica. de homic.

9 Atque ex eo confirmatur, quòd diſpoſitio. l. non tantùm. ff. de appellatio. qua dicitur humanitatis ratione licere cuicunque appellare pro condemnato ad mortem, habet etiam locum in damnato ad membri abſciſionem. quod ex verbis Baldi colligũt nonnulli in. l. furti. §. 1. nume. 5. ff. de his qui not. infam. quem ad hoc allegat Felinus idem ſequutus in. c. cùm ſuper. num. 3. verſ. amplia quartò. ff. de re iud.

10 Sed in delicto, ex quo fuſtigatio tantùm infligenda ſit, an ſit locus tranſactioni. Et eam quoq; cenſeri pœnam ſanguinis, vt locus ſit tranſactioni, exiſtimat Alexan. num. 7. & ante eum Salicetus. 8. oppoſitio. cómu nemq; eſſe affirmat Purpuratus num. 12. ſequuntur eam Curtius ſen. col. 2. Alciatus nume. 47. & eſſe communem ac æquam, nec ab ea recedendũ exiſtimat Cur. iu. n. 26. quam ſequuntur Ioannes de Anan. in. c. 1. nu. 22. de colluſ. deteg. Nam & pœna capitalis ea eſſe videtur. l. aut damnũ. §. hoſtes.

ff.de pœnis. tametſi contra teneat Montaluus in.l.parti. col.2.verſ.quæro iuxta.

11 Exemplum autem huius ampliationis proponi poterit in fure, qui pro primo furto ſolet fuſtigari. gloſ. in authen. ſed nouo iure. gloſ.caſtigabitur.C.de ſerui. fugit.quã ibi ſequuntur omnes, atque communem affirmat Barto.in tract.de iuriſdict.num.10 quæ probata eſt.l.regia.18.tit.14.p.7. Nam etiam ſi iure ciuili Romanorum ſuper furto non liceret tranſigere. vt in. l. athletas.§. fin.cum.2.ſeq.ff.de his qui not. infa. quem ità à Baldo & doctoribus intelligi affirmat Pariſ.conſ.150.num.11.vol.4.illud eſt immutatũ,cùm hodie pro furto imponatur pœna ſanguinis. Sunt tamen qui exiſtiment in fuſtigationis pœna non eſſe locũ tranſactioni,& inter eos Bald.hic quæſt.1.Cuius opinionem ſequuntur tanquam veriorem Gregorius in.l.part.gloſ.4. Villalpando prima parte.§.1.num.6.Claud.in præſ.num.2. Dicit eſſe communem Romanus eam ſequutus.num.9.& videtur fuſtigationẽ non ingerere pœnam ſanguinis, cùm pontifices hac pœna vtãtur.c.1.de calumniat.qui ſanguinis pœnas non poſſunt infligere.c. ſententiam ſanguinis. ne clerici, vel monachi. c.in archiepiſcopatu.de raptorib. quæ opinio verior quidem mihi eſſe videtur. Itaq; regulariter in cauſa furti, ſi primum illud ſit, non erit locus tranſactioni. Quòd ſi fur

12 tum graue ſit, quodque tribus æquipollere videatur, non dubitamus licitam eſſe tranſactionem, cùm pro eo, ac ſi tria furta eſſent, pœna capitis ſit imponenda. argumen.tex. in.l.ſi is qui tres.verſ.Cæterùm putarem. ff. de excuſat.tutor.quo probatur vnicam tutelam pro tribus ſufficere, vt ab alterius tutelæ onere excuſet, ſi tam diffuſa,& negotioſa illa ſit, vt pro pluribus cedat. Ex quo tex. hanc ſententiam in fure tenuit Bald. in authen.Sed nouo iure.num.3.C. de ſerui. fug. atq; idem Bal.in.c.1.§.iniuria. num. 8.de pa. iura.firm. quem ſequuntur alij, vti idem ſe quutus affirmat Segura in.l. imperator. nu. 133.ff.ad Treb.atq; iuxta Bal. opinionẽ ſententia lata ſe in furem animaduertiſſe affirmat Ange. in tract.de malef. verb. & veſtẽ cæleſtem abſtulit.col.2. quam etiam ſequitur Montaluus in.l.6.tit.5.lib.4.fori.in glo. 2.verſ.idem dico ſi eſt magnum furtum.& in.l.18.tit.14.parti.7. Et hanc Bald.deciſionẽ conſuetudine in Hiſpania receptam eſſe affirmat Bernar. in pract. c. 84. colum.3.eam ſequutus.quam & nos vſu receptam fuiſſe aliquando accepimus. Tametſi Baldi & argumentum & opinio. de hac re plerique nolint admittere. Nam eam reprehendunt in proprio loco Fulgo.Salice.& Paul. ire Are.Cepo.& Guido Pap. col.fi. atq; alij quos allegat Didacus Couarr.lib.2.variarũ. c.9.num.7. vbi inquit eam Bald. deciſionẽ pleriſq; non placere.& præterea Anto. Frãcus ad Abbatem in.c.at ſi clerici.in prin.col. 2.de iudic.Boërius deciſ.173.num.9.Grego. Lup.in dicta.l.p.glo.mag.in fi.col.eiuſ.gl.5. vbi dicit, magis communiter doctores tenere in hoc contra Bal. idem Gregorius in l.1.in gloſ. *el furto*.tit.17.part.2.Anto. Gomecius tom.3.variar.reſolut.c.5.num.7. Dominicus de Soto Bald. eleganter reprehendẽs in lib.de iuſt.& iur.5.quæſt.3.artic.3.in reſpõſione ad.2.in fine.& Bald.opinio. præterea reprobat allegans multa contra eum Iacobus Boulene in.l.capitaliũ.§.famoſos. nu.28 ff.de pœnis.Rolandus à Valle. conſi.51.nu. 43.allegans alios.quorum opinio facilè defendi poteſt.Alexander in dicto verſ. cæterùm putarem. cuius deciſio procedit propter difficilem adminiſtrationẽ quã vnius pupilli grande patrimonium in ſe cõtinet. Quare importunè text. ille ad materiã furti Bald.tractus eſt.

13 Quartò ampliabis legem hanc procedere, etiam ſi tortura ſolùm eſſet imponenda pro pœna alicuius delicti.Claud.& Purpu. num. 10. quorum ea ratio eſt, quia grauior eſt tortura vtriuſq; manus abſciſione. in authen.vt nulli iud.§.fi.colla.9.

14 Quintò ampliabis vt habeat locum hęc l.etiam ſi facies alicuius ferro inurẽda eſſet, quo caſu licita eſſet tranſactio. Claud.nu.4 Purpurat.num. 11. Exemplumq; huius rei apud nos proponi poteſt in eo, qui ſecun-

das

das nuptias contraxit, viuente prima vxore, quod iure prohibitũ eſt. l. eum qui duas. C. de adulter. inuritur enim facies illi, candenti ferro, ſigno literæ. q. l. 6. titu'. 15. lib. 8. ordi. quam pœnam praxis huius regni adhuc retinet, vti affirmat Epiſcopus Ciuitatẽſis in epitome de ſponſal. 2. par. c. 7. §. 3. nu. 7. Anto. Gomez. in. l. 80. Tauri. nume. 27. Sed & Itali hac pœna frequentes ſunt, quod Claud. & Purpurat. in præſ. teſtantur, & ante eos Ange. in authẽ. ſed nouo iure. de ſeru. fug. Licèt iure communi prohibitum eſſet, cuiuſquam faciem ſignari: quoniam facies; quæ ad ſimilitudinem pulchritudinis cæleſtis eſt figurata, non deberet maculari. l. ſi quis in metallum. C. de pœn. l. 6. titu. 31. p. 7. Eſt autem caſus, in quo etiam de iure regio facies delinquentis inuritur cãdenti ferro, nempe in eo, qui furtum commiſit in bello. l. 6. tit. 26. par. 2. Sed quod hoc caſu tranſactio non ſit admittenda, illud ſuadere videtur, quòd pœna hęc capitalis minimè ſit, quod eſt manifeſtiſsimũ. Sed nec pœnã ſanguinis ingerit, quod ex eo conſtat, ꝙ de iure põtificum ea pœna locũ habet. c. ad audiẽtiam. de cri. falſi. Sed illo iure ſanguinis pœna eſt incognita. c. ſententiam ſanguinis. ne clerici vel monachi.

15 Sextò ampliabis. l. hanc, vt habeat locũ in delicto, in quo venit imponenda pœna perpetui carceris iuxta canonicas diſpoſitiones, nam & tunc, veluti ſi de pœna capitali agatur, licebit accuſato tranſigere. Ita enim determinat Panormita. in. c. 1. de colluſ. detegend. col. fin. verſ. idem putarem. allegans Cardi. ita tenentem in. c. fi. de tranſact. Et mouetur Panormi. quoniam pœna perpetui carceris æquiparatur morti. allegat Innocentium in. c. qualiter & quãdo. 2. de accuſatio. Panormi. ſententiam ſequuntur Purpuratus hic num. 86. Ioãnes de Anania in illo. c. 1. n. 22. in fi. qui exiſtimat grauiorem pœnam eſſe perpetuum carcerẽ, quàm abſciſionem vnius membri, vel fuſtigationem. pœna enim perpetui carceris ſimillima ſeruituti eſſe videtur. l. 2. ff. de libe. hom. exhiben. ſeruitus autem mortis pœnæ ferè comparatur. l. ſeruitutem. ff. de reg. iur. Sed hæc traditio Panormi. eſt magis communiter improbata, quoniam hoc caſu minimè eſt licita tranſactio. quod tenuerunt Ioan. Andr. & Anto. in illo. c. 1. Alex. in præſ. nu. 7 dicens ſententiam Anto. cõtra opinionem Abb. eſſe veriorem. quam etiam ſequuntur Curt. ſen. in præſ. num. 22. teſtatus hanc eſſe communem. Iun. verò num. 26. Alciat. nu. 49. qui dicit opinionem Abb. approbatam non eſſe. Iaſ. num. 4. Grego. in. l. parti. glo. 4 Diegus de Villalpando ibi. 1. parte. §. 1. nu. 7.

16 Quorum ea ratio eſt, quòd pœna perpetui carceris non ſucceſſerit apud pontifices in locum pœnæ mortis, ſed in locum damnationis in metallum. vti Bartol. exiſtimauit in. l. 2. num. 9. ff. de publi. iudi. idẽ Barto. in. l. imperium. num. 8. ff. de iuriſ. om. iudic. Cuius doctrinã omnes ibi ſequũtur. Sed ſi quis eſſet pro aliquo delicto damnãdus in metallum, dubio procul non admitteretur in eius cauſa tranſactio. Eſt tamen caſus, in quo ex ſententiã Alexandri, Alciati, & noſtratium doctorum, quos ſuprà allegaui, poſſet eſſe locus opinioni Panormitani, ſi tale crimen eſſet; propter quod curiæ ſeculari eſſet quis committendus, præmiſſa de-

17 gradatione, iuxta text. in. c. degradatio. de pœni. lib. 6. Hæc autem de qua agimus pœna perpetui carceris legibus ciuilibus ſemper fuit aliena, imò incredibilis. l. aut facta. §. ſolent. l. mandatis. ff. de pœni. l. incredibile. C. de pœni. quibus cõuenit. l. 4. tit. 31. p.

18 7. adeò, vt ſi iudex ſecularis aliquem condẽnet ad carcerem perpetuum, ſententia ſit ipſo iure nulla. quod Bald. eleganter determinauit in illa. l. incredibile. nume. 1. qui ex ea lege colligit, quòd huiuſmodi ſententia non eſt contra ius partis, ſed contra ius legis. licèt ſententiam hanc valere atq; ita Venetijs ſeruari affirmet Marcus Mantua. lib.

19 10. obſeruationum. c. 96. col. 6. Sed neq; poſſunt etiam iudices eccleſiaſtici hanc pœnã infligere laicis ſubditis. Roman. ſing. 706. Purpura. num. 230. Sapia. num. 39. in. l. imperium. ff. de iuriſ. om. iudic. poteſt nanq; hoc caſu eccleſiaſticus pœnam ſanguinis per

ſuos gubernatores exercere.c. fina. ne cler. vel monac.lib.6. Carcer igitur ſi ſolùm ius ciuile reſpicias, non eſt inuentus ad pœnã, ſed ad cuſtodiam.l.fi.C.de cuſt. reor.

20 Septimò ampliabis legẽ hanc, vt habeat locum etiam in patre tranſigente pro filio accuſato, nã & hoc caſu videtur pater ipſe proprium ſanguinem redimere.l.fi.§.de im pub.& alijs.in.l. iſti quidem. ff. quod met. cauſ.& eſt tex.cæteris pręſtantior.in.l.4.ibi, contra ſanguinem ſuum. ff. de inoffi.teſta. ita enim legem hanc declarant in præſenti Riminaldus colum.2.verſ.item adde. Curtius iunior num.11. Alciatus num.17. atque hanc ampliationem in filio etiam eman-

21 cipato accuſato ipſe accipio, nam & in hoc procedit regula iuris, quæ fictione qua dam patrem ac filium eandem penè perſonam eſſe ſtatuit. quod cenſuerunt Philippus Decius num.2.Curtius num.9. Ioãnes Corraſius nu.26.in.l.fina.C.de impuber.& alijs ſubſtit. Corraſius in.l.frater à fratre.in prçludi.num.34.ff.de condict.indebit. atq; hanc opinionem teſtatur eſſe communem teſtimonio Philippi Decij Fernandus Menchaca de ſucceſſ.creat.§.19.num.17.tametſi ad eos tantùm, qui paterni iuris ſunt, eã fictionem reſtringere viſa ſit gloſ.in.l.cùm ſi lios.in glo.1.qui ætat. & profeſ.ſe excuſ.lib. 10.quam ibi Platea notauit.alia.in.l. ſi mater.§.ſi quis hominem. in gloſ. 1. ff. de excep.rei iudic. quarum opinionem tenet Iaſ. in illa.l.fin. nu.3.communemq́ue eſſe affirmat Lancellotus Decius ibi. col.1.quam & ex noſtris ſequuti ſunt Diegus Segura in.l. imperator.num.80. ff. ad Trebell. Montaluus in.l.1.titu.7.par.2.Gomecius in.§. actio nes autem.de peculio.nu.1.de act.Inſt. atq; hanc opinionem vt habeat locum hæc am

22 pliatio etiam in filio emancipato, videntur admiſiſſe ipſe Riminal. Curtius & Alciatus qui eam ad cognatos omnes producunt ex lege.1.& .2.ff.de liber. cauſ. ſed & ad nõ coniunctos exiſtimat Riminaldus extendi poſ ſe ex lege.non tantùm.ff. de appell. pro quo induci poteſt elegans argumentũ ex tex. in l. vt vim.ff.de iuſt. & iur. quo probatur inter omnes mortales cognationẽ quandam eſſe natura ipſa conſtitutam. Sed hæc duo argumenta generalia quidem ſunt, neq; Riminaldi hanc vltimam extenſionem ipſe probo.

23 Vltimò adde huic ſeptimæ ampliationi, vt tranſigente in hac ſpecie patre pro filio, nulla delicta, ſuper quo tranſigitur, probatio cõtra filium inducta videatur. Quod ex facto conſultus reſpõdit Philippus Corneus conſilio.309.nu.2.vol.3.

24 Octauò ampliabis legem hanc, vt habeat locum non ſolùm ſi accuſatio ſit inſtituta, ſed & ſi timor iam pro foribus immineat proponendæ accuſationis. argumen.tex.in l.2.ſup.eodem. quam ad materiam huius legis extendit ſolus Gregorius Lopius (quod ipſe ſciam) in.l.22.tit.1.par.7.in.gloſ.1.

25 Nonò ampliabis legem hanc, vt habeat locum non ſolùm ſi de cauſa ſanguinis ſim pliciter agatur, ſed & ſi reus eſſet obligatus ad centum, & quo caſu centum non ſolueritad pœnam ſanguinis. Ita enim legẽ hãc ampliat Bald.in pręſen.col.3. verſ.iuxta iſtã primam partem. Romanus num.10. Villalpando in.l.partitæ.1.par.§.1.nu.10.

26 Decimò ampliabis legem hãc, vt habeat locum, vbicunq; pœna non eſt expreſsim determinata, ſed iudicis arbitrio eſt imponenda. Ita enim dicit ſe vltra doctores legẽ hanc interpretari Claudius de Sayſſel.nu.8. Sed ante eum hanc interpretationem ad legem hanc poſuerat Romanus num.10. Ratio huius limitationis ea eſt, quoniam cùm poſsit iudex arbitrium ſuum ad mortem vſque extendere, reliquũ eſt, vt ſit locus trãſactioni.

27 Poſſe autem iudicem pœnam ſuo arbitrio commiſſam ad mortem vſq; protendere, probatur authoritate gloſ. ordinariæ in §.in ſumma.in glo. extraordinaria. de iniurijs.Inſtitu. quam ibi ſequuntur Angelus & Platea & multi præterea allegati per Boërium deciſione.254.num.3.& deciſione.317 num.3.atq; communem eſſe gloſ. opinionem teſtantur Barbatius conſilio. 32. in fin. vol.2.& conſilio.11.vol.1.nu. 1. Decius in.c. ex lite-

ex literis.num.14. de cõſtitut. communem eſſe teſtantur etiam Maranta.de ordi. iudicio.4.par.1.diuiſione iudiciorum.nu.52.Iacobus Boulẽne in.l.capiralium .§. famoſos. num.29.ff.de pœn.& ſolent pro illius gloſ. opinione allegari.tex.in.l.ſacrilegi. in prin. ff.ad. l. Iulia. pecul. & in.l.ſaccularij.§.ſunt quędam.ff.de extraordi.crimi.in.l.lex Iulia. §.hodie.ff.ad.l.Iul.repetun.in.l.qui cùm natu maior. §. ſi tamen quis. ff. de bon.liber. Tametſi quibuſdam diſplicuerit glo. illius opinio, qui non ita cenſent indulgendum eſſe arbitrio iudicis, vt ad mortem etiam extendi patiantur.ita enim videtur ſignificaſſe(obſcurè tamen) gl. in cap.inquiſitionis. in glo.in accuſationis.de accuſat.& gloſ.in illo. §. in ſumma. teſtantur eſſe communiter reprobatã Iaſ.num.4.Deci.nu.9.in.l.qui iuriſdictioni.ff.de iuriſdict.om.iudic. Atq; idem teſtãtur Thomas Grammaticus conſilio criminali.48.nu.2. Chaſſenæus in conſuet.Burgun rubr.1.§.5.verb.albitrage. Matthæus de Afflict. deciſ. Neapol. 276. nu.6. Carrerius in.l.2.in parte homicidij, nu.108. quor.appellat.non recip.atq; hãc opinionẽ tenet vir diuinarũ atq; humanarũ literarũ ſcientiſsimus Alfonſus de Caſtro Frãciſcanus.lib.1.de lege pœnali.cap.6. Pro qua ſolet induci textus in. l. 1. ff. de fur.balneari. & in.l.1.§. expilatores. de effract. & expila. ff. Sed optimè quidam diſtinguunt, vt hæc controuerſia, quæ textuũ, gloſſarum, ac doctorum eſſe videtur, componatur, vt ſemper attendi debeat qualitas delicti ac perſonarum, etſi tale delictum ſit, quod de iure, vel conſuetudine poſſet mereri pœnã mortis, illa imponatur, iuxta opinionem glo.in §.in ſumma. Si verò ſecus ſit, ſit locus ſecundæ opinioni. ita enim voluit Faber in illo.§. in ſumma. num. 1. & eius immemor teſtatur hanc eſſe cõmunem diſtinctionẽ Alex. conſilio.111.volu.1.nu.fi.conſilio.121. vol.7. num.6. Quæ conſideratio & in permittenda tranſactione erit ſemper admittẽdá, vt ſi ex delicti qualitate poſsimus cõiectari prætorem ſententiam ſanguinis eſſe arbitraturũ, tranſactioni locus ſit, ſecúsq; eſſe dicendum, ſi delicti qualitas aliud ſuadeat: atque ita Claudius ipſe & Roma. cenſuerunt. E quibus poſterior admonet conſuetam ſemper pœnam à iudice arbitrante imponi debere.l.hodie.ff.de pœn.l. ſi quis reum.ff.de cuſt.reor.

28 Vltimò hîc ipſe quæro poſt omnes has legis huius interpretationes, an tranſactio facta de vulnere, quo quis aliquem percuſſerit, videatur etiam facta de morte, quæ ex illo vulnere poſtea ſequuta eſt. Et tranſactionem factam de vulnere pro morte inde ſequuta profuturam, exiſtimat Vgolinus de la Fontana, relatus per Albericum in præſenti nu. 12. & tenet hanc opinionem Hippolytus ſingul.46.mors enim vulneri ineſſe videtur, atq; ideo etiam ex poſt facto ſequuta ad diem vulneris refertur.l.ait lex.ff. ad.l. Aquil. Contraria tamen ſententia verior eſt, quam Guido de Suza tener, & eum referens Albericus in pręſent.quam dicit eſſe communem eam ſequutus Albertus de Gandino, in tit.de tranſactio.colũ.5.& eam tenet Gregorius in.l.partitę, in parte, *auctenticis*, & eſt pro hac opinione pulcher tex.in l. ſi vulnerato. ff. ad. l. Aquiliam. vbi hoc manifeſtiſsimè probatur; præmiſſo quòd ſtatutum in ſententia habet etiam locum in tranſactione.l. non minorem. ſup. eodẽ. atq; ita ex illa.l.ſi vulnerato. notat Alberic. ibi nu.2. Et ita pluries fuiſſe iudicatũ refert ex Guidone de Suza Alberic. in. l. damni. §. Sabini.nu.3.ff.de dam. infect. & tenet idẽ Boëri.deciſione. 323. nu.5. Quam tu limita, niſi in trãſactione dictũ eſſet, ꝙ illa fiebat ſuper vulnere mortifero, nam hoc caſu videntur tranſigentes de morte quoq; cogitaſſe, atq; ſuper ea tranſegiſſe. Limitationem hãc ipſe colligo ex Alberico in.l. ſancimus. nu.
29 7.de fideiuſſ. C. Sed facta tranſactione ſimpliciter ſuper vulnere, non ſemper qui percuſſerat pro morte poſtea ſequuta poterit accuſari, ſed tunc demum, ſi ex vulnere illo mortem contigiſſe conſtet. l. huic ſcripturæ.verſ.ſi ſeruus.ff.ad leg.Aquil. vbi Albericus. nu.3. dicit eum textum eſſe aureum. idem probat tex. optimus in.l.qui occidit. verſic.

verſic. fin. ff. eodem titu. nam ſi culpa per-
cuſſus, vel negligentia perijt, percuſſor de
ſolo vulnere tenetur, à quo iam propter ex
ceptionem trāſactionis accuſare nó poteſt.
Sed an in dubio præſumatur ex vulnere de
ceſsiſſe? Et ſiquidem intra paucos dies vul-
neris illati ille occubuerit, præſumptio eſt
ex vulnere eum deceſsiſſe ex textu. in cap.
presbyterum. de homicidio. c. contineba-
tur. ibi, poſt dies octo. eod. tit. vehemens e-
nim præſumptio eſt hæc temporis breui-
tas. l. ſi ventri. §. in bonis. ff. de priuileg. cre-
dit. Sed ſi poſt longiſsimum tempus percuſ
ſus perierit, puta octo menſium, non vide-
tur mortem vulneri eſſe referendam ex tex
tu. in cap. præterea. de cleri. percuſſ.

30 Quibus tu adde, quòd ſi percuſſus poſt
triduum ſurrexerit, & ambulauerit ſuper
baculum, ſi poſteà decedat, non præſumi-
tur ex illo vulnere deceſsiſſe. ita eñ voluit
glo. notabilis in. l. vnica. in parte, depulſa. C.
de emendat. ſeruor. quam ibi multùm no-
tarunt Barto. & Salicet. & ſingularem eam
eſſe affirmat Angel. Socinus conſilio. 178.
vol. 2. Feli. in illo cap. presbyterum. num. 1.
dicens gloſ. illam eſſe ſingularem ſecúdùm
omnes Anania. ibi nu. 5. Iaſſon in. l. lecta. nu.
20. ff. ſi cert. pet. vbi dicit eam glo. eſſe nota-
bilem & ſingularem ac ſignandam. Ana-
nia pluribus de hoc diſputans in illo. c. præ
terea. num. 3. atq; glo. illius meminit Barto.
eius ſententiam ſequutus in. l. fi. nu. 12. ff. ad
l. Cornel. de ſicari. vbi Hippolytus. num. 56.
affirmat, quod doctores ſequuntur gloſ. il-
lam. Boërius deciſio. 323. nu. 11. Poteſt proce-
dere in caſu dubio: nã ſi ſimus certi ex vul-
nere hominem percuſſum deceſsiſſe, nil eſt
ꝙ ſtemus coniecturis. l. cótinuus. §. cùm ita.
ff. de verb. obliga. l. ille aut ille. §. cùm in ver
bis. ff. de leg. 3. quod omnes hoc tractantes
conſiderant. Eſt autem hac in parte neceſſa
rium iudicium medicorum. l. ſemel. de re.
milit. libr. 12. Quòd ſi medici à principio re-
nuntiauerint vulnus nó eſſe mortiferum.
morte ſequuta ex poſt facto, nihilominus
tenenda eſt ſuperior diſtinctio. Bal. elegan-
ter in practica. rub. de extraordi. quæſt. q. 9.
vbi mirũ eſt non meminiſſe gloſſæ. in di-
cta. l. vnica. Et refert quidem Alberi. in illo
§. ſi ſeruus. legem Lombardorum, qua ca-
uetur, vt ſi percuſſus occubuerit poſt an-
num, non videatur ex vulnere deceſsiſſe.
& addit Angelus de Peruſ. in illa. l. vnica.
ex vulnere mortali percuſſum quadragin-
ta diebus ſupereſſe non poſſe, quare ſi poſt
illos decedat, non videri ex vulnere deceſ-
ſiſſe. Sed & ſtatuta quędam eſſe apud quaſ-
dam gẽtes dicitur, ne ſi percuſſus poſt men
ſem ab illato vulnere decedat, iam de vulne
re accuſare poſsit. Sed ſuperior quam tradi-
di doctrina tenenda eſt. Item ſi percuſſus
curandum ſe præbuerit per incantationes,
& ligaturas, & occubuerit, non tenebitur
de morte percuſſor. Quod Socinus nota-
uit in illo conſil. 178. fin. col. Ripa. de reme.
ad curan. peſt. c. medicorum auxilio. nu. 7.
quoniam hic medendi modus reprobatus
iure ſit. c. quoniam. 88. diſtinct. qui tex. Au-
guſtini eſt à Gratiano ibi ſub Paleę nomine
relatus: eſt autem detrũcatus potiùs, quàm
exceptus, qui facilè reſtitui poteſt ex ipſo
beatiſsimo Auguſtino in pſalmum. 70. in
prima expoſitione. col. 81.

31 Hanc primam regulam huius textus tu
limitabis, vt procedat ſolùm in crimine ca-
pitali, ſtrictè hîc accipiendo. Pro cuius rei
euidentia oportet præmittere cum gloſ. 2.
in præſenti quæſt. hoc in loco explicanda,
pœnam capitalem poſſe tripliciter conſide
32 rari. Primo modo ſtrictè ac propriè, cùm
caput alicuius è media republica tollitur. in
princi. verſi. publicorum. de publ. iud. In-
ſtit. Secundò pœna capitalis dicitur, quan-
do quis amittit ciuitatem, ac conſequenter
libertatem, vt ſi quis damnetur in metal-
lum, nam & hic pœna capitali plecti vide-
tur. Tertiò eſt pœna capitalis, quando quis
deportatur. Quæ omnia probat gloſ. no-
ſtra ex text. in. l. 2. ff. de publ. iudi. in. l. edi-
cto. §. rei capitalis. ff. de bono. poſſ. in. l. quæ
33 dam. ff. de pœn. Ex hac vltima particula gl.
ipſe infero, ꝙ damnatus à lege, vel ab homi
ne ad pœnam capitalem, non eſt neceſſariò
vita priuandus, ſed ſatis eſſe, ſi perpetuo ex
illo

ilio mādetur, cùm & hæc pœna capitalis ſit,& in pœnarum executione mitiorē ſententiam nos tenere oporteat.l.ſi præſes.verſicul.mitior.l.interpretationē.ff.de pœn. Quare illationem hanc tenet gloſ.omnibus nota in.l.1.in glo.capitali.C.ne Chriſt.mancip.quam dicit eſſe ſingularem & valde notabilem Ioānes de Imola eam ſequutus.in.l.2.num.3.ff.de publi.Iudic. atq; eſſe communiter approbatam teſtatur Rimінal.in præſen.col.4.ſequūtur eam Panor.& alij in cap.quanto.de iureiu. idem Panor. ex quo etiā conſtare poteſt; hanc eſſe communem opinionē in.c.at ſi clerici.in princ.num.38.de iudi. Ange de Areti.qui tamen glo.illam non meminit in.§.in ſumma.nu.4.de iniu.Inſt.Feli.allegans alios gloſ.illius opinionem approbantes.in cap.ex literis.num.21.Decius ibi.num.13.de conſtitu.Feli.in.c.qua licet.§.licet.nu.52.de accuſat.Alciatus qui multos allegat.45.præſump.3.regul.num.9.Gozadinus.in.l.2.nu.19.C.de edend.Eſt tamen glo.illi,quæ veluti ſingularis allegatur, alia ſimilis, aut melior.in.l.in criminali.verbo,capitalem.C.de iuriſd.omn.iud.quam hîc allegat.Iaſſ.nu.9.atq; alia in.l.fi.in glo.inferiores.C.quæ res ven.non poſſ.& voluit idem gloſ.in.l.1.in gloſ.fin.C.de crim.pecul.quam ibi notat Salice.in fine.alia in.l.fi.verbo,violare.C.de veteri numiſ.poteſt.lib.10.alia in.l.ſed & hę.§.1.in parte.accuſare.ff.de procurato.alia in.l.ſi magnum.in gloſ.1.C.qui accuſ.non poſſ. Atq; harum glo.opinionem allegantes, ſolam illam.ex.l.1.ne Chriſt.mancip.teſtātur eſſe communiter approbatam Philippus Decius.in.l.imperium.nu.15.ff.de iur.om.iudi.Hippoly.in prac.§.opportunè.nu.40. probaturq; hæc cómunis traditio ex text. eleganti,licèt non omnibus noto in hoc.in l.præſenti.C.de ijs, qui ad eccl.confug.ibi, capitali & vltimi ſupplicij animaduerſione plectendos.Nam ſi verbum,capitali animaduerſione, mortem naturalē ſignificaret, fruſtra legiſlator addidiſſet, & vltimi ſupplicij. atque ita eum textum expendit Fulgoſius ibi num.1. Hincq; Iaſſ.in præſenti teſtatur prodijſſe practicam communem iudicum & aſſeſſorum,dicētium cùm pronuntiant iubere ſe aliquem decapitari, ita vt anima ſeparetur à corpore cōdemnati.Sed in præſenti ſpecie vt tranſactioni locus ſit, ſtrictè pœna capitalis eſt accipiēda pro ea, quæ ingerit pœnam ſanguinis, vti glo.hîc admonet,quam omnes ſequuntur: nam eam tenet Paulus num.3.& eſſe communiter approbatam teſtantur Curtius Senior.nu.26.Purp.num.80.teſtātur eſſe glo.huius traditionem communiter approbatam Gregorius in.l.partitæ.in gloſ.4.Diegus de Villalpando.1.part.§.1.nu.5.Gaſpar Velaſcus in.l.imperium.nu.168.ff.de iuriſ.omn.iudi.Ex hac opinione glo.communiter approbata infertur, ꝙ ſi agatur de cauſa honoris,non licebit tranſigere.

34 Licèt enim cauſa hæc capitalis ſit.l.licet capitalis.ff.de verb.ſignificat.nam & vitæ æqualis eſt.l.iuſta.ff.de manumiſſ.vindict. non tñ eſt capitalis,quæ ingerat pœnā ſanguinis. Quæ illatio Alciatū habet authorē.nu.43. Cuius opinio mihi verior eſt,quanuis & in cauſa honoris tranſactioni locum

35 faciant Aretinus.3.notabi.Purpu.nu.81.Addit Alciatus ipſe.nu.44.liriganti ſuper maiore parte bonorum, non licere ex hac lege tranſigere.quod & Curtius Iunior obſeruauit.num.26.licèt cauſa hæc veluti capitalis propter ſui grauitatem videatur.l.propter litem.ff.de excuſa.tut.cap.1.de reſt.ſpol.lib.6. Sed cùm in cauſa honoris hoc non liceat,neq; in cauſa maioris partis bonorum eſt admittendum, eſt enim hæc illa longè inferior vel iuris noſtri æſtimatione.l.Iulianus.cum alijs.ff.ſi quis omiſſ.cauſ.teſtam.

36 Secūdò tu limitabis legem hanc, vt non procedat de iure canonico, nam illo iure (quod æquitatis ſemper fuit pleniſſimum atq; clementiæ) nulla pœna propriè capitalis poteſt imponi.Ita enim legem hanc limitauit glo.ordinaria.in.c.ſi quem pœnituit.§.accuſator.verb.in omnibus.2.q.3.quam ibi ſequitur Archidiaconus.num.1.dicens idem tenere Gofredum in.c.fi.de trāſact. Ioannes Faber in præſenti, fin.verb.Iaſ.nu.

4.atq;

4. atq; ita tenere Alexandrum & cæteros
affirmat Alciatus idem ſequutus. num.48.
quam ſequitur Romanus ſingul.688.tu au
diuiſti.l.tranſigere.

37 Sed contra hanc opinionem cõmunem
eſt tex.expreſſus.in.c.2.de pœnis.vbi pecu-
nia redacta, ex compoſitione pro clerico
interfecto, epiſcopo applicatur. licita eſt, igi
tur tranſactio. Sed illi textui verè reſpondet
Faber in præſen. quòd ibi agebatur ciuili-
ter, quare tranſactio permiſſa fuit. Oportet
autem ad illum text. animum aduertere,
qui probat ex tranſactione facta ſuper mor
te clerici interfecti, pecuniam cedere eccle-
ſiæ, ad quam clericus ipſe pertinebat, non
verò conſanguineis ipſius clerici.

38 Quare multò magis erit idem ſtatuen-
dum in monacho interfecto, qui iam facta
profeſsione liberatus fuit à patria poteſta-
te, vt pecunia redacta ex trãſactione ſuper
illius morte facta monaſterio cedat, non pa
tri naturali. Quod multi doctores conſu-
lendo tenuerũt ſecũdùm Romanum idem
probantem.ſing.450.Decius in.c.in præſen
tia.num.57. de probat. Guillelmus Benedi-
ctus. licèt diuerſum caſum figuret in.c.Rai-
nuntius.verbo.condidit.2.nu.17.de teſtam.
atq; communem eſſe hanc opinionem te-
ſtatur Alciatus in.l.4.§. Cato.num.175.ff.de
verb.oblig. Tametſi contrariã ſententiam,
imò quòd huiuſmodi trãſactio concipien-
da ſit in cõmodum patris naturalis mona-
chi interfecti, exiſtimet eſſe veriorem atq;
communiorem Boerius deciſ.121.nu.9. qui
præcedẽti numero Alciati meminerat. Sed
39 prior opinio verior eſt, maximè cum mona
chus profeſſus religionem, exuerit patriam
poteſtatem patris naturalis, atq; in mona-
ſterij & abbatis illius ditionem tranſierit
glo.vulga.in.l. ſi ex cauſa. §. Pomponius in
glo.cum ſtatum mutat. ff. de minor.quam
ibi ſequuntur Guillel. de Cug. & Bart.in.l.
patre furioſo. ff. de ijs qui ſunt ſui vel alie.
iur.ad finem.vbi ex Iaſon.num.46.conſtat
hanc eſſe communem opinionem, quam
communem eſſe affirmat Oroſcius. nu.4.
Bart.in authent.idem eſt. C.de bon. quæ li-
be. Alberi.in authen.ingreſsi. nu.28.C.de ſa
croſanct.eccle. Cardinalis.in clem. eos.nu.
9.de regula. Et receptam eſſe hanc opinio-
nẽ affirmat Pinellus in.l.1.C.de bon.mater.
1.parte.nu.46. Monaſterio igitur, cuiꝰ iuris
fuit monachus interfectus, non patri pecu-
nia redacta ex tranſactione debet pertinere.

40 Tertiò principaliter tu limitabis le-
gem hanc, vt nõ procedat, ſi tranſactio fiat
ſequuta iam condemnatione, ita enim
videtur neceſſariò hæc lex intelligenda,
quoniam poſt ſententiam nullo caſu eſt li-
cita tranſactio. l. ſi cauſa cognita, infrà eo-
dem.l.poſt rem.l. & poſt rem.ff. de trãſact.
quæ iura licèt agant in cauſis ciuilibus, id
probant, ſi conſideres, ꝙ ſemper in crimina
libus proceditur inſtar ciuiliũ. l. abſentem.
ff.de pœn.ibi; ſecundùm morem priuato-
rum iudiciorũ.& eſt glo. ordinaria in prin-
cipio verb. neq; per actionem de publ.iu.
Inſt.& ita arguit Bart. in.l.quæſitum.fi.col.
ff.ad Turpill. eſtq́; pro hac ſententia pul-
cher.textus, iuncta.glo.1.in.l.ordo. ff.de pu
bli.iud.quem ita expendit Albericus in.l.ſi
vulnerato.nu.1. ff.ad. l. Aquil.& ita viden-
tur omnes intelligere textum hunc. & pro
batur hæc limitatio. in. l. partitæ. verſiculo.
ante que la ſentencia ſea dada.

41 Quæ declaratio eſt ſub limitãda, vt non
procedat ſi ſit appellatum à ſententia, quo
caſu licebit tranſigere. ex lege.1. §. fin. ff. ad
Turpil.& quoniam appellatio reſtituit ſta-
tum cauſæ ad tempus litis conteſtatæ. l. ita
demum. C. de procurat. & ita hanc limita-
tionem poſuit Gregorius in illa. l. partitæ.

Secundò ſub limitanda eſt hæc declara-
tio, vt non procedat, ſi ſententia contra ab
ſentẽ lata ſit, qđ Hiſpanè dicitur, *en rebeldia*,
nam hoc caſu licebit condemnato tranſige
re. ita enim legem hanc declarat vir practi *Nonius de*
ca forenſium negotiorũ inſignis Nonius *Auẽdaño.*
de Auendaño. reſponſo.15.nu.13.in fin.

42 Sed ſi in cauſa ſit concluſum, nec ſenten
tia prolata ſit, an ſit admittenda tranſactio.
Et videtur ex concluſione ceſſare iam facul
tatem tranſactionis, perinde enim eſt, ac ſi
ſententia lata fuiſſet. c. cùm dilectus. de fide
inſtrum.

inſtrum . Sed ego exiſtimo licere accuſato
hoc caſu trãſigere, qm̃ regula tex. illius quo
ad probatiões faciẽdas ſolùm accipi debet.
44 Vltimò adde etiam lata ſentẽtia nec dũ
appellatione ſuſpenſa poſſe tranſigi. ſi trãſ-
actio fiat intra tempora data ad appellan-
dum: quoniam omnia, quæ à partibus fie-
45 ri poſſunt poſt appellationem, poſſunt etiã
eædem partes facere intra tempora data ad
appellandum. ita enim voluit gloſ. omni-
bus quàm notiſsima in. l. ex iudiciorum. in
parte, ſequuta. de accuſ. ff. quam ibi ſequun
tur antiquiores, & præterea Bald. in. l. furti.
§. 1. num. 3. ff. de his. qui notan. infam. dicens
eam eſſe multùm notabilem. & eſt ſimils in
l. 1. in glo. 1. ff. nil noua. appell. pendent. alia
in. l. generaliter. in princ. in glo. vt prouoca
tione. C. de reb. credit. & teſtatur harum
gloſſarum opinionem eſſe communem A-
lexand. in. l. 3. §. ſi ſeruus. nu. 10. ff. de acquir.
poſſ. Lancellotus Decius in. l. qui latroni-
bus. §. fin. ff. de teſtament. quam ſequuntur
multi allegati per Epiſcopum Ciuitatẽſem
in practic. quæſtioni. cap. 23. num. 2. Anto-
nium Gometium in. l. 70. Tauri. num. 11.
pro qua eſt textus vulg. in cap. non ſolùm.
de appellat. lib. 6.
46 Quartò limitabis legem hanc, vt tranſ-
actio tantùm licita ſit ex parte accuſati, non
etiam ex parte accuſatoris, qui ſi tranſigat
poſt factam inſcriptionem ac datum fide-
iuſſorem, incidet in pœnã Senatuſconſulti
Turpilliani. l. ab accuſatione. ff. ad Turpill.
ita enim voluit gl. 3. in præſenti. in parte, pro
hibitum cuius opinionem dicit eſſe cõmu
niter approbatam Bartolus. 1. lectione. nu.
7. Guido tamen de Suza quẽ in præſenti re-
fert Alber. col. 2. exiſtimat licitam eſſe trãſ-
actionẽ etiam ex parte accuſatoris, quoniã
hæc lex indiſtincta eſt ac generalis, & qm̃
viderẽtur decepti ab ipſa lege tranſigentes,
quod non eſt dicẽdum. l. 1. C. de ijs qui ve.
ætat. impet. & legi. ab accuſatione. reſpon-
det Guido legem illam generalem eſſe,
hanc ſpecialem, & ideo ceſſare illius gene-
ralitatem huius ſpecialitate. Et præter Gui-
donẽ, omnes doctores reprobant hãc gloſ.
reſtrictionem ſecundùm Iaſ. nu. 11. propter
rationem vulgarẽ correlatiuorum, & quo-
niam propriè tranſactio dicitur ex parte ac
cuſatoris. l. 2. ſuprà eo. atq; hanc opinionem
ſequũtur indiſtinctè Riminal. col. 5. Alciat.
nu. 9. & fuiſſe hãc opinionẽ omnibus cõem
ante tẽpora Barto. affirmat Curtius Senior.
nu. 30. Petrus tñ atq; Cynus in præſent. 3. q.
ſunt in tertia opinione, dicẽtes ꝙ ſi trãſactio
fiat poſt inſcriptionem factã & datos fide-
iuſſores de proſequẽda lite, tunc accuſator
incidat in Turpillianũ, non ex trãſactione,
ſed propter deſiſtẽtiam. Si verò antè fiat trãſ
actio, nullam pœnã accuſatorem ſubiturũ.
Hanc Petri & Cyni opinionem ſequũtur
Alber. col. 2. q. 11. eam eſſe cõmunem in vno
ſaltem membro quando fit tranſactio ante
factã inſcriptionem. teſtatur eſſe commu-
nem Alciatus. nu. 9. Bart. verò. nu. 7. inquit
ꝙ fortè per omnia ſcripta doctorum non
habetur intellectus huius legis, & quòd for
taſsis gl. habuit bonum intellectum. Quare
Bartolus ipſe pro intelligẽtia huius rei præ-
mittit, quòd in caſibus, in quibus non eſt li
cita trãſactio, vt eſt in omnibus criminibus
nõ ingerẽtibus pœnã ſanguinis, & in crimi
ne adulterij, ſi accuſator deſiſtat ab accuſa-
tione, poteſt iudex ex ſuo officio ꝓcedere,
& proceſſum finire. l. 2. ꝫ. de abolit. hoc ita
præmiſſo inquit Bar. ꝙ quãdo eſt licita trãſ
actio, vt eſt in omnibus criminibus ingerẽ-
tibus pœnã ſanguinis, & in crimine falſi, va
let trãſactio ex parte accuſati & ex parte ac-
cuſatoris, ne iudex vlteriùs ſup illo ꝓceſſu
poſsit procedere: & hic eſt caſus hic. Et hoc
eſt qđ operatur licere trãſigere in cauſis ca-
pitalibus & in crimine falſi, qm̃ accuſatus
euadit pœnã quã ſubiret, ſi delictũ probatũ
fuiſſet, & accuſator euadit pœnã calũniæ,
quoniã iam nõ poſsit iudex de illo crimine
inquirere, ſed ſi fieret trãſactio vbi de iure
nõ licet, iudex poſſet ex officio ſuo inquire
re, & reum vel accuſatorẽ condẽnare. vt in
dict. l. 2. de abolit. Non obſtat. l. ab accuſa-
tione. ff. ad Turpill. quam gl. allegat. Quo-
niam fatendum eſt, quòd incidit accuſator
in Turpillianum, cuius pœna pecunia-

ria eſt. vt in. l. 3. verſi. ſi. ff. de præuaricat. euadit ille tamen pœnam capitalem propter tranſactioné. Et ita dicit Bar. oportere hoc intelligi, & quod eſt fundamentum totius materiæ huius. Et hanc Bart. diſtinctionem ſequūtur Sali. & Paul. de Caſtr. teſtātur eſſe communem eam ſequuti Riminal. col. 4. Curtius Iunior nu. 29. Purpuratus. nu. 97.

47 Addunt tamen Ange. & Fulgoſius, ꝙ ſemper non obſtante trāſactione iudex poteſt in cauſa procedere, ſiue nouum proceſſum inchoando, ſiue veterem exigendo, quod ratione publicæ vindictæ exiſtimat Fulgoſius iudicem facere poſſe. l. licitatio. §. ꝙ illicitè. ff. de publi. & vectiga. Et dicit Ange. nu. 7. ita ſeruari ex conſuetudine, atque vel ex veteri proceſſu iudicem poſſe procedere, eum perficiendo, exiſtimat Alexand. nu. 10. propter circuitum euitandum. l. dominus teſtamento. ff. de condict. indebit. Et Gādinus in tract. de maleſ. rubr. de tranſactio. inquit communem practicam eſſe, vt facta tranſactione, iudex poſsit accuſato tranſigenti imponere pœnam mortis. horum opinio fundari videtur ex tex. in cap. 1. de colluſi. detegen. Sed certè ille textus, ſi rectè perpendatur, minimè hanc Ange. Fulg. & aliorum traditioné probabit: quoniam ibi non fuit facta tranſactio, ſed potiùs colluſio quędam. Secundò, quoniam etſi Papa mandet facta trāſactione ad caſtigationem procedere, non declarat, an eo caſu ſit imponenda pœna ordinaria, vel extraordinaria. Tertiò, quoniam illud ibi ſtatui videtur propter criminis immanitatem, quod textus ipſe videtur ſignificare ibi, quia nuntiati facinoris qualitas nos vehementer impellit.

48 Quare ſi delictum eſſet enorme, nō dubitauerim pœnam ordinariam eſſe imponendam accuſato, etiam ſequuta trāſactione. atque ita tradiderunt in. l. partitæ, Diegus de Villalpando. 1. par. §. 9. Gregorius in gloſ. magn. quoniam propter delicti grauitatem recedi ſoleat à regulis communibus. l. aut facta. §. fin. ff. de pœn. l. 1. ibi, admiſsi criminis atrocitas. C. de preci. imper. offerendi. l. prætor edixit. §. ſi dicatur. ff. de iniur.

49 Et exiſtimo ipſe grauia enormiaque delicta eſſe, præter ea quæ vir bonis arbitrabitur, omnia illa, quæ apud nos ſunt *caſos de corte*: quorum exempla enumerantur in. l. 14. titul. 2. lib. 3. ordinam.

50 Sed lege regia videtur iudicem non poſſe punire delinquentem facta tranſactione, in quibus caſibus licet illam inire. ita enim probat text. partitæ. 22. titul. 1. part. 7. ibi, *que uala quanto pard no recebir pena en el cuerpo el accuſado.* Ex qua lege obtinuit apud nos, ne facta legitimè tranſactione in caſu à lege permiſſo, pœna corporalis imponatur accuſato, ſed alia extraordinaria, ſecundùm Gregorium ibi in glo. magna. Et eſſe communem intellectum ad illam legem affirmat Diego de Villalpādo ibi. 1. par. §. 6. col. 1. Communem eſſe atque ita practicari affirmat Antonius Gomecius libro. 3. variar. reſolutio. cap. 3. num. 56. ad finem. Tametſi aliquando iudices regij ſupremi præcipuè regij prætores pœnam etiam vltimi ſupplicij accuſato tranſigenti impoſuerint.

51 Quintò limitabis legem hanc, vt tranſactio hæc tantùm effectum ſuum operetur inter ipſos trāſigentes, neq; enim alijs præcludet viam idem delictum accuſare volentibus. tex. eſt in. l. qui cœtu. §. qui vacantem. ff. ad leg. Iul. de vi. ex quo text. hanc tertiam limitationé tenet glo. 3. in præſenti ibi, item nunquid tranſactio. quam ſequuntur Bar. nu. 8. Salicet. 4. oppoſ. communem eſſe glo. opinionem teſtātur idem ſequuti Riminal. 5. col. Curtius Senior. num. 32. Purp. nu. 107. Curtius Iunior. nu. 34. & tenuerunt hāc gl. opinioné doctores antiqui Iacobus de Areti. & Hugol. de la Fontana, quos referens affirmat hanc eſſe cōmunem opinionem Albericus nu. 4. & idem quoq; tenuit gl. in. l. ſi qui. §. in popularibus. in parte, per colluſionem. ibi, tu dicas indiſtinctè. ff. de iureiu. vbi glo. allegat tex. in illo. §. qui vacantem. & ibi eam ſequuntur omnes. atq; communem eſſe affirmat Iaſ. nu. 10. & idé tenuere propè oēs antiqui Canoniſtę in. c. de his. de accuſ. quo in loco Feli. nu. 3. idem ſequutus affirmat

affirmat hanc eſſe cõmunem opinionem, quam etiam cõmunem eſſe affirmat Gregor. in l. partitæ. Et hoc in omnibus pactis perpetuũ eſt, ne perſonas paciſcentium illa egrediantur. l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact. Sed cõtra hanc opinionem cõmunem induci ſolent duo textus. in l. præuaricatio nis. ff. de præuari. & in l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiur. Sed gloſ. his legibus reſpondet, leges illas agere, quando fuit lata ſententia, quo caſu non eſt quis amplius de illo crimine accuſandus. l. ſi cui. §. iiſdem. ff. de accuſat. l. pen. verſ. fin. ff. nautæ. caup. c. de his. de accuſat. vel eſt delatum iuramentum quod ſententiæ hic vicem ſuſtinet. l. 2. ff. de iureiu. l. actori. C. de reb. credit. Guido tamen de Suza & multi alij ſecundùm Alberic. nu. 3. ex generali conceſsione huius legis ſequuta legitima trãſactione omnibus accuſare volẽtibus exiſtimabant viam præcluſam eſſe, ſaltẽ ſi primò offenſus ipſe vel huius hæres accuſaſſet & tranſegiſſet, nam ſi extraneus trãſegiſſet perſequẽti ſuam vel ſuorũ iniuriã cõcedi oportere facultatẽ accuſandi. Et ad. l. qui cœtu. §. qui vacãtem. reſpõdent ipſi agere eam in raptu, in quo non liceat trãſigere. de quo inferius paulò agemus. Sed opinio cõis tenenda eſt, licẽt alij antiqui gloſſematarij (quod Accurſius refert) differẽtiam hic cõſtituant inter pactũ & tranſactionẽ, vt illud non noceat ſequẽ-

52 tibus, hæc verò noceat. Sed hæc in publicis criminibus locũ habent, ſed in priuatis, putà homicidio vel cæteris, pax facta cũ hæredibus occiſi, qui ſunt proximiores, præcludet viã alijs accuſare volẽtibus. Boerius deciſ. 120. nu. 7. vbi inquit, ꝙ ſi proximiores remiſerint iniuriã, vlteriores non admittentur ad accuſandũ. Quæ opinio vera eſſe videtur, quã tenet etiã Iacobus de Villalpando in l. partitæ. 2. part. §. 25. nu. 4. Epiſcopus Ciuitatẽſis, cuius authoritas & in ſcholis & in prætorijs eſt ſuprema, lib. 2. variar. reſolu. ca. 10. nu. 5. verſ. nono idem canõ. vbi id exiſtimat vir doctiſsimus procedere etiam ſi ignorãtibus ſequẽtibus in gradu trãſactio expedita fuerit. Et hæc opinio mihi placet,

Suprema eſt authoritas Epiſcopi ciuitatenſis.

tametſi contrariũ tenuerint Maranta. de ordin. iudici. 6. par. in prin. nu. 58. Diegus Perez in l. 2. tit. 11. col. 5. verſi. eſt tamen elegãs. lib. 1. ordinam. In comitijs autem quę Toleti conuenerũt anno. 1560. regni actores Philippo regi petitione. 74. ſupplicarunt, vt lege lata declararet, an pax facta cum aliquibus ex cõſanguineis hominis occiſi, præiudicet alijs conſanguineis eiuſdem hominis eandem litẽ excitare volẽtibus. Qui reſpondit, leges in hoc latas ſeruãdas eſſe, quæ vbi

Actorum regni petitio.

53 ſint, ignoro ipſe. Cauere autem oportet latrunculatores, ne aliquẽ ex remotioribus ad accuſandum admittant, quouſque conſtet proximiores nolle accuſare, vel Baldo admonente. in l. ſenatus. nu. 1. C. qui accuſ.

54 nõ poſſunt.

Sed ad quotum vſque gradum conſanguineus ad accuſandum atq; tranſigẽdum

55 ſuper morte conſanguinei admittatur.

Et videtur ad decimum vſque gradum protendi hoc ius accuſandi, quoniam vſq; ad eum gradum ius etiam legitimæ ſucceſſionis agnatorum pertineat. §. fina. de ſucceſsio. cognato. in cognatis autem ad ſeptimum vſq; gradum ius ſucceſsionis pertinet. l. 1. in prin. verſ. hæc autem bonorum poſſeſsio. ff. vnde cognat. l. nõ facilè. in prin. ff. de gradibus. Sed hodie cognati quoque etiã vſq; ad decimũ gradum ſuccedunt. qđ glo. notauit in illo. §. fi. de ſucceſ. cognat. in parte. natę ve. Cuius opinionẽ ſequũtur ibi Faber & Angelus. glo. in auth. in ſucceſsione. verb. ſola naturali ratione. C. de ſuis & legitim. liberis. quam ibi ſequũtur Cynus & Barto. gloſſ. in authen. de hæred. ab inteſta. veniẽt. §. ſi autẽ cum fratribus. in glo. cognatos. coll. 9. & fuit Azon. traditio hęc in ſumma. C. de legit. hęre. nu. 13. quã tenet etiã Batt. in l. ſi. C. vnde legitimi. n. 2. vbi Romanus. nu. 4. teſtatur hãc eſſe cõem opinionẽ. Et vera quidẽ eſt, etiã ſi cognati velint tãtùm ſuccedere de iure prętorio. qđ Alexan. & Iaſ. ibi tenuerũt. nu. 3. cõtra Salicetũ. nu. 2. tametſi huius opinionem tenere velit Decius ibi. nu. 10. Eſt autem opinio hęc cõmunis, ꝓbata lege regia. 6. tit. 13. par. 6. Videtur

igitur & ad ſimilitudinem ſucceſsionis ad
accuſandum eſſe admittendos conſangui-
neos vſq; ad decimum gradum, ſalua ſem-
per gradus prærogatiua.

56 Rurſus videtur non niſi vſq; ad quartú
gradum conſanguineos admittendos, in-
tra quem ſolùm videtur conſiſtere ius con
iunctionis, & neceſsitudinis, cùm in vlte-
rioribus gradibus impunè liceat conſan-
guineis matrimonia legitima contrahere.
c.fi.de conſangui.& affinita. Nam & cùm
coniunctus pro coniuncto in aliqua cau-
ſa admittatur ſine mandato. l. ſed & hæ. in
princip.ff.de procurator. & dubium ſit in-
tra quem gradum coniunctio in hac ſpe-
cie ſit æſtimanda. etiam ſi Bartolus ibi ad
ſimilitudinem ſucceſsionum ad decimum
gradum vſque id extendat, cuius opinio-
nem teſtatur eſſe communem Curtius Iu-
nior.in.l.exigendi.num.54. C.de procurat.
verius tamen exiſtimat Bald.in dict.l.ſed &
hæ.non niſi vſque ad quartum gradum id
eſſe intelligendum. Atque hæc opinio pro
bata eſt lege regia.10. tit.5.par.3. quæ in hoc
notanda eſt. Neque obfuerit ordo ſucceſ-
ſionum ad decimum vſque gradum exten
ſus, quoniam fauorabile ſemper fuit ordi-
nem ſucceſsionum extendere, ne ſine ſuc-
ceſſore quis decedat.§.adhuc.de bono.poſ-
ſeſ.Inſt. His rectè penſitatis, adhuc in eam
opinioné procliuior ſum, vt ad decimum
vſque gradum admittatur aliquis ad accu-
ſandam necem, vel iniuriam cognati:nam
ex vnius iniuria, vniuerſa familia vide-
tur offenſa.l.lege Cornelia.in prin.ff.de in-
iur.nam & è republica eſſe videtur, ne accu
ſandi facultatem reſtringamus, nam hinc
poſſet euenire, vt in maximam reipublicæ
perniciem delicta remaneãt impunita, niſi
accuſator adſit q̀ illa deferat. Sed apud nos
intra quartum gradum ſolùm permittitur
accuſare ex lege.2.tit.1.part.7.

57 In quo illud in praxi notabis, ꝙ vxor
hominis occiſi cenſetur propinquior per-
ſona ad accuſandum & tranſigendum cæ-
teris conſanguineis. quod Antonius Go-
mecius verè (iudicio meo) obſeruauit. li-
bro.3.variarum reſolut.cap.3.num.63. quo-
niam in illa concurrunt maior coniunctio,
& affectio quàm in cæteris, ſunt enim duo
illi in carne vna.cap. gaudemus. de diuort.
Et quoniam ea perſona eſt potiùs admitten
da ad accuſandum, quam maiori dolore
iudicium executuram eſſe credimus. l. 2. §.
fin.ff.ad.l. Iul. de adult. Et licèt regulariter
mulier non admittatur ad accuſandum.l.
de crimine. C.qui accuſ.non poſſ. niſi pro-
ſequatur ſuam vel ſuorum iniuriam.l. ſi fœ
mina. C. ad Turpill.pro morte tamen ma-
riti rectè illa admittitur ad accuſandum.
Bartolus in.l.2.nume.2. ff. de accuſat.& eſt
textus.in.l.3.ibi, vel vxori. ff. de liber.cauſa.
optima lex regia.26.in fine.titul.27. part. 7.
Sed vidi aliquãdo ex facto agitari, maritus
vxoré occiderat, his coniugibus filius com-
munis fuit, vxoris conſanguinei maritum
accuſabant:econtra filius contendebat ius
accuſandi ad ſe, vt qui proximior fuerit ma
tri, pertinere. Et in hac ſpecie cenſeo ipſe fi-
lium admittédum minimè eſſe vt patrem
accuſet, argumento tex. in.l.ſi adulterium.
§. imperatores. ff. de adulte.ibi, nam cuius
famę parcimus, alij igitur patrem accuſa-
bunt, non filius. Qua ratione nec filius hæ-
res ſcriptus priuabitur hæreditate vt indi-
gnus, ſi mortem defuncti non vindicaue-
rit, cuius pater ipſius autor fuit. Quod Pi-
leus quæſt.2.determinauit. Albericus in ru
brica.C.de ijs qui. vt indig. Sed hic ſi filius
patri iniuriam remiſerit, conſanguineos ex
iſtimo minimè accuſaturos.cùm hic proxi
mior remiſerit iniuriã: accuſare patrem igi-
tur non poteſt quia filius eſt, & ſi remittat
iniuriam, cæteris obſtabit. facit igitur par-
tem, etſi non admittatur ad partem. vt in
alia materia dicitur.l.planè. §. ſi cóiunctim.
ff.de legat.1.

58 Sed & ſponſam etiam admitti conſtat
ex Boërio, deciſ.237. Item adde filium etiam
ſpurium admittendum ad accuſandam
mortem patris. ita enim voluit Bartol.in il-
la.l.2.numero.3.quare & tranſigere ille po-
terit. ſecundùm Gomecium vbi ſupra.nu.
66. Quod ipſe accipio, niſi extarent in hac
ſpecie

ſpecie naturales vel legitimi, qui ſpurium eſſent excluſuri.

59 Sed quid ſi occiſus extraneum à familia ſua inſtituiſſet, qui vult accuſare mortem defuncti, rurſus & opponitur propinquior ſanguine teſtatori, vter ſit præferendus. Et videretur conſanguineum eſſe ſcripto hîc præponendum. cauſam enim ille naturalem prætendit, quæ eſt præferenda. l. qui habet. ff. de tute. Sed ego procliuior ſum, vt ſcriptus præferatur, qui perſonam defuncti repreſentat, atque eadem iuris interpretatione eſſe videtur, & cauſa hæc naturalis magis eſſe videtur.

60 Eſt tamen caſus, in quo conſanguineus ſcripto præferretur, vt ſi filius ille fuerit, hic enim propter iura ſui hæredis quæ retinet, propterque nudum nomen hæredis, habet fortius ius accuſandi mortem patris, ac ſuper ea tranſigendi.

61 Quoniam ius tranſigendi ſuper mórte defuncti atq; faciendi pacem, non eſt hæreditarium, quemadmodum nec iura ſepulchrorum. l. Papinianus. §. fi. ff. de acqui. hær. l. quæſitum. ff. de ſepul. violat.

62 Quare notat Bart. ius faciẽdæ pacis cum occiſore defuncti competere filio, etiam ſi hæres non ſit patris. quod ille eleganter ſcripſit. in. l. ſi filius qui patri. num. 8. ff. de vulg. & pupil. vbi eius opinionem ſequuntur omnes, vno dempto Aretino. & cómunem eſſe affirmat Iaſſ. eam ſequutus. nu. 21. tenet eam Socinus. nu. 30. & idem videtur voluiſſe idem Bartolus. in. l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infect. num. 2. verſic. item pro hoc. vbi inquit, q persequutio iniuriæ non competit iure hæreditario. allegat text. in dict. §. fi. & in illa. l. quæſitum. teſtatur hanc Bart. opinionem eſſe cómunem Iaſſ. in. l. cum filio. num. 95. ff. de legat. primo. & teſtatur eſſe communem idem Iaſſ. eam ſequutus. in. l. 4. §. Cato. nu. 59. de verb. oblig. Ripa. nu. 101. teſtatur etiam eſſe communem eam ſequutus. quam ſequitur Boërius deciſ. 121. col. 1.

63 Vnde & illud ſubſequitur, filium, cui eſt debita hæreditas patris, non videri eam adijſſe, quòd pacem tranſactionemq; fecerit ſuper morte patris cum illius occiſoribus. Nam cùm actus hic geri poſsit citra ius & nomen hæredis, geſtus à filio non inducit additionem hæreditatis, ex regula quam tradit Iuriſconſultus. in. l. pro hærede. §. Papinianus. & in. l. gerit. ff. de acqui. hære. Illationem hanc ſatis inſinuant omnes, quos paulò antè allegaui. Et eã tenet præter eos glo. in. l. venditæ in glo. propter negotiationem. ff. de hære. vel act. vẽdit. quam in hoc expẽdit Maranta. idem ſequutus in. l. is poteſt. nu. 83. ff. de acqui. hære. Atq; communem eſſe affirmat Iaſſ. in illo. §. fina. num. 2. communem præterea eſſe affirmat Nellus de ſancto Geminiano in tractatu bannitorum. 3. parte. in princ. quæſt. 36. licèt referat Albericum contrarium tenentem.

64 Quibus tu addes, tranſactionem factam à tutore, vel curatore nomine pupilli, vel adulti ſuper morte patris, validam eſſe, atq; cæteris conſanguineis viam præcludere ne iam poſsint idem delictum accuſare. ita enim voluerũt Speculator & Galeotus, quorum opinionem ſequitur Bald. qui vtrumque refert. in. l. pactum curatoris. fi. col. verſic. quæro in iſta lege. C. de pact. vbi eam opinionem ſequũtur Salicet. & alij. atq; communem eſſe eam ſequutus affirmat Alexã. ibi num. 7. qui eam opinionem Iacobo Butricario aſcribit: quam ibi præterea ſequuntur Aretinus ad finem. verſic. ex hoc etiam dicit hîc Baldus. Iaſſ. num. 5. Decius. nu. 7. & communem videri hanc opinionem teſtatur Panormi. eam ſequutus conſi. 108. illud in effectu de iure quæritur. volumi. 2. nu. 3. quam tenet Paulus de Caſtro poſt Iacobum ibi in. l. reſcriptum. §. plerumque. nu. 6. ff. de pact. imò neque ipſi pupillo maiori facto permitteretur rũpere hanc tranſactionem, aduerſus quam non eſſe concedendam in integrum reſtitutionem Iacobus de Aretio determinauit in. l. 1. C. de in integrum reſtit. vbi eum ſequuntur Cynus Bal. & alij, & omnium vltimus Alexan. ibi num. 4. Albericus in rub. eiuſdem tit. nu. 2. vbi hanc opinionem veram eſſe profitetur. Ex quibus conſtat non procedere in hac

ſpecie opinionem Guidonis de Suza, & Alberti Gandini, quam refert Albericus in illa.l.pactum curatoris, exiſtimantium hanc pacem à tutore fieri non poſſe, ſi liquidò conſtaret de offenſa patris pupilli, vel minoris, ſecùs ſi non conſtaret, & eſt quidem vera hæc opinio: niſi remiſsio huius iniuriæ atq; tranſactio dedecori eſſet ipſi pupillo, vt quia infamiam aliquam in patre fratre ve occiſo, perpeſſus fuiſſet, quo caſu non expediret multum hãc iniuriam remittere, ſed iudicis authoritate eam vindicare tutor teneretur. argumẽto tex.in.l.miles.§.ſocer. ff.de adulter.

65 Secundò hæc pacis conuentio, non procederet in tutore poſthumi, qui eam poſthumi nomine antequam in lucem edatur inire non poteſt. Ita dicit fuiſſe ex facto determinatum Baldus.in.l. ſi nemo.§. teſtamento. ff.de teſta.tutel. vbi idem ſequitur ipſe Bald. qui eam determinationem Cyni nomine ſubſcribit, quaſi Cyni quoq; fuerit illa ſententia, quam & Cumanus ibi probat: quoniam hic tutor adhuc minimè eſt, vt eadem lege probatur. Tertiò non procederet hæc cõmunis traditio, ſi iam eſſet lata ſententia condemnatoria, contrà inimicos pupilli, cùm hoc caſu non poſsit tutor remittere illis iniuriam. Albericus in.l.clarum.nu.3.ff.de autho.præſtan. ſed ego contra cenſeo ſi remiſsio non fiat in pupilli dedecus ac iniuriam.

66 Sextò tu limitabis legem hanc vt non procedat quando re vera non eſt imponenda pœna ſanguinis accuſato: licèt accuſator petat in libello accuſatorio, vt imponatur pœna ſanguinis, potius enim attendi hìc oportet quod debetur: quam quod petitur.l.ampliorem.§.fin.C.de appellatio. & hanc opinionem teneo, cum Gregorio, in l.partitæ.in gloſ.3. Sed fuit ante ipſum ſententia hæc Claudij de Sayſel. in præſen.nu. 18.nam quod alibi dicitur petitionem libelli attendi debere, id ad iuriſdictionis modum ſpectat.l.cùm quędam puella.§.fin.ff. de iuriſd. omnium iudicum. Præterea hæc opinio illa ratione iuuatur, quoniam ſi aliter diceremus, eſſet in poteſtate accuſatoris, facere locum tranſactioni, vel illam excludere. Vt mihi mirum ſit contrarium determinaſſe Oldra. & Albericum in præſenti num. 9. nã quod hi cauſantur ſolere iudices interdum pœnarum metas excedere, id me mouet nil. qui nõ quid iudices faciant. ſed quid facere eos oporteat conſiderem. l.ſed licèt.ff. de offi.præſid. vnde & illud ſubſequitur, quòd ſi de iure communi pro aliquo delicto eſſet imponenda pœna ſanguinis, & per ſtatuti diſpoſitionem eſſet iam receſſum ab huius pœnæ impoſitione, impoſita pœna pecuniaria non liceret iam tranſigere, ex legis noſtræ diſpoſitione. Quod tenuerunt in pręſenti Iacobus de Aretio, Ricardus, & Oldra. item Cynus.q. 10.dicens hãc ſibi videri veritatem. Alberi. nu.9.verſic. quæri conſueuit. Bald.nu.17.& eam eſſe communem opinionem affirmat Grego.in.l. regia.in gloſ.3. quam ibi tenet Diegus de Villalpando.1.part.§.1.nu.8.quoniã id quod pœnæ nomine imponi debet, inſpici oportet, nõ quod imponi poterat.l. etſi crimen.ff.de bon.liber. & hanc opinionem ipſe ſequor. Tametſi contrarium tenuerit Guido de Suza.

67 Septimò limitabis legem hanc, vt non procedat ſi accuſatus qui tranſegit iterum iã deliquiſſet, atq; ſuper delicto de quo accuſabatur tranſegiſſet: nã nõ eſſet illi iterũ permittenda tranſactio.arg.text.optimi.in l.3.C.de epiſc.audient. vbi legis priuilegiũ conceſſum delinquentibus, non competit illis qui iterum delictum illud de quo agitur deliquiſſent.

68 Limitationem hãc iuuare videtur, quòd ſtatutum commutans pœnam ſanguinis, in pœnam pecuniariam minimè habet locum in delicto iterum commiſſo. Barto. argumento text.ibi in.l.omnes.de delat.libro. 10. & ita fuiſſe in Francia receptum iam in praxi. affirmat Guillelm. Benedict. in quæſtione, an occidere peccatores liceat. num. 32.

69 Quare ſi princeps ſupplicãti remiſsionẽ homicidij immunitatem cõcedat, non cenſetur

ſetur illam voluiſſe concedere, ſi ſupplicans
aliud etiam homicidium commiſiſſet, de
quo in ſupplicatione mentio habita non
fuerit. Quod tenuerunt præter alios Barbat.
in.c.ſuper literis.col.23.num.177.de reſcrip.
Felinus in.c.poſtulaſti.col.4.eo.tit.Iaſſ.in.l.
nec damnoſa.num.3.C.de preci. Imper. of-
feren.Decius in.l.liberos. num. 5. de collat.
Ioannes Lopius in repet.c.per veſtras.4.no-
tabil.num.11.de dona.inter vir.& vxo.Hip
poly.ſing.378.Franciſcus Marcus deciſ.504
num.15.quorum opinio apud nos probata
eſt lege regia.2.tit.11.lib.1.ordinament.verſ.
Pero ſi acaeſciere. Et limitationē hanc ad hanc
legem poſuit nominatim Diegus de Villal
pando in.l.regia.§.1.1.partis: nume.8.quam
ita accipio, ſi delictum prius commiſſum,
ſuper quo tranſactum fuit, eiuſdem generis
fuit, nam ſi diuerſi eſſet, impunè ex lege hac
permitterem tranſactionem. quod ipſe col-
ligo ex Andrea Alcia. in.c. cùm non ab ho
mine.num. 43. de iudici. ita interpretante;
quod paulò antè dicebam de immunitate
à principe conceſſa. Ex quibus expedita eſt
prima regula permiſsiua huius legis.

70 Secundò principaliter collige ex litera
textus huius. Super crimine adulterij non li
cere partibus tranſigere. idem probat text.
in.l.de crimine.j.de adult. quibus & lex re-
gia conuenit, quam ſupra allegaui, quāuis
71 crimen hoc capitale quidem ſit, quodq; in-
gerit pœnam ſanguinis. quod text. hic pro-
bat manifeſtiſsimè: cùm exceptio hæc fa-
cta hic de adulterio, fiat à criminibus inge-
rentibus pœnam ſanguinis: ac perpetuum
ſit in iure vt exceptio ſemper ſit de regula.
l.nam quod liquidè.§.fin.ff. de pœn. legat.
atq; idem probat text. expreſsior. in.l.quā-
uis.2.C.de adul.in fi.vbi ſacrilegos nuptia-
rum gladio puniendos eſſe ſtatuitur.l.caſti
tati.C.eo.titu.§.item lex Iulia. de adulterijs.
de publi.iudi.Iure autem digeſtorum, pœ-
na mortis non fuerat in adulteros ſtatuta.
quod ex vniuerſo tractatu Cōſultorum ad
legem Iuliā.de adulterijs ſatis conſtat. Et ex
lege Claudius. ff.de his quib. vt indig. vbi
hoc notat gloſ.damnatus.alia in.l.qui cum
vno.§.fin.in parte, recipiendi.ff. de re milit.
Iure autem authenticorum inducta pœna
in adulteros fuit, detruſionis in monaſte-
rium.authē vt nulli iud.§.ſi verò quādo.col
lat.9.& in authen.ſed hodie. C.de adul. qui
bus lex regia conuenit.15.tit.17.part.7.ſed iu
re Hiſpaniæ nouiore adultera cum adulte-
ro in iudicio cōuicti, marito accuſanti eos,
committuntur, vt ſi velit eos occidat.l.1.tit.
7.lib.4.for.legum.l.2.tit.15.lib.8.ordinamē.
Vt tamen aut vtrunq; maritus accuſet, aut
neutrum.l.80.Tauri. & de pœna adulterij
apud omnes gentes multa diuerſaque affe-
runt Andreas Tiraquellus in.13.lege cōnu-
bi.num.4.cum ſequentibus.& Diegus Co-
uarru. à Leyua. Epiſcopus Ciuitatenſis in
epito.de ſpon.2.par.c.7.§.7.nu.16.Antonius
Gomecius in.l.80.Tauri.nume. 47. & qua
pœna adulteri apud Germanos, atq; Aegy
ptios puniantur, proſequitur Marcus Man-
tua.lib.1.obſeruat.c.5.

72 Sed de ratione huius exceptionis dubita
tur, quare ſuper crimine adulterij tranſige-
re non liceat. & gloſ.quidem in præſen.non
curauit huius rei rationes diſquirere. quare
quidem antiqui doctores, quod ex Cyno,
Bartolo, atq; Alberico in præſenti conſtat,
hoc eſſe dicebant in cauſa, ne ſuper adulte-
rio tranſigatur, quoniam delictum hoc gra
uiſsimum ſit omnium quæ ſunt in mundo.
l.codicillis.§.matre.ff. de legat.2. ibi, ſed &
alia mihi deteriora fecit. vbi grauiùs eſſe cē-
ſetur, crimen adulterij homicidio atq; rapi
na. nam verba illa, ſed & alia. de adulterio eſ
ſe accipienda exiſtimāt ibi Raynerius, Albe
ricus, Imola, & alij. Et prætetea Baldus in.l.
athlete.§. calumniator. ff. de his qui notan.
infam. Et Philippus Decius inquit in.c. at ſi
clerici.§.de adulterijs.ſuper gloſ.1.de iudici.
quod ita intelligunt doctores illa verba il-
lius legis. Et præter eum ita textū illum in-
terpretantur Lopius in repet.rub.de donat.
inter vir.& vxor.§.72. num.3. Gomecius in
§.fuerat.de act.inſtitu.num.44. Andreas Ti
raquel.in.13.lege.connub.nu. 10. & hi alios
allegant. Idemq; probat text. ex epiſtola di-
ui Clementis relatus à Gratiano in .c. quid

in omnibus.32.q.7.quare eleganter ſcripſit
beatiſsimus Hieronym' in Amos.c.7.mari
tus enim libẽtiùs audit vxorẽ interfici quã
73 pollui.Vnde eleganter Bal.ſcripſit in.l.fina.
col.2.verſ.alij dicunt.C.ſi cõtra ius vel vtili.
publi.quòd ſi ex forma ſtatuti, vel iudicis
permiſsione liceat mulierem occidere,quo
caſu licebit etiam illam deprædari.l.1.verſ.ſi.
ff.de aleæ luſ.& aleat.non tamẽ licere cui-
quam adulterare, neq; ſtatutum hoc, vel
iudicẽ,veluti homicidio ipſo longè grauiùs
videri cõceſsiſſe ei,tametſi contrarium Bal.
immemor determinauerit Nellus de ſan-
cto Geminiano in tracta.bannitorum.2.p.
2.temporis.quæſt.46. verſ. poſtquã de mu-
liere . Bal. opinionem ſequũtur Lopius vbi
ſupra.nu.9.Decius nu.3. Cagnolus nu.6.in
l.non debet.ff.de regu. iur.& eſſe hanc deci
ſionem Baldi, cõmuniter approbatam affir
mant eam ſequuti Decius in.c.quæ in eccle
74 ſiarum.nu.16.de conſtitut. Quare ſicuti of-
fendens regem,atq; contra eum conſpirãs,
committit crimẽ læſæ maieſtatis.l.quiſquis.
C.ad.l. Iul. maieſt.ita etiam eiuſdem crimi-
nis nota conſpergitur , qui cum vxore eius
adulteriũ cõmiſerit.l.1.tit.14.p.7.l.1.ti.7.lib.
8.ordinamẽ. Ex quibus iudicio meo malè
75 Alexan.de Imola cõſuluit, qui conſilio.113.
vol.2. reſpondit non videri pacem ruptam
cum patre vel marito ſi vel filia ſtupretur,
vel cum vxore adulterium committatur,
hæc enim non minùs pacem offendunt,
quàm ſi pater vel maritus occiſus fuiſſet,tã-
etſi Alexã. quoq; ſententiam eum referens
ſequutus ſit Claudius de Seyſel in.l.ſi ita ſti
pulatus.§.Chryſogonus.nu.16.ff. de verbo.
obligat.Item Iaſ.in.l.qui ſeruum.nu.4.ff.eo
tit.de verb.oblig. quibus tu adde adulteriũ
eſſe prohibitum,quia malum, neq; vlla ex
cauſa iuſtũ illud fieri poſſe.c. & ſi Chriſtus.
76 verſ.quædam enim.de iu.iur.eſt enim adul-
terium eorum quę Theologi dicunt intrin
ſecè mala eſſe.c.eſtote miſericordes.de reg.
iur.in antiqua.& inquit glo.in.l.auxilium.
77 in.gloſ. atrocioribus. ff. de minor. delicta
quædam eſſe atrocia , quædam atrociora,
quædam atrociſsima.& inter hæc glo.enu-
merat adulterium,verùm hæc ratio quę ex
grauitate adulterij ſumpta eſt, pro hac exce
ptione noſtri text. ante omnes in præſenti
fuit gl.ordinariæ in rub.ff.ad.l.Iulia.de adul
te. Sed eſt falſa , atque eſſe communiter re-
probatam teſtatur Ioannes Corraſius lib. 2
Miſcellane.ca.1. nu . 2.ſunt enim multa cri-
mina, quæ quotidiè perpetrantur adulte-
rio lõgè grauiora . nam vt alia omittam ho
micidium adulterio grauius eſt.l. fin. §.1. ff.
de publi.& vectig. c.ſi quod verius. 33. q.2.
Et eſſe quidem homicidium grauius omni
bus delictis, exceptis his quæ ex propoſito
diuinam offendunt maieſtatem,optimis ra
tionibus probat Dominicus Soto de iuſti.
& iure.lib.5.q.10.art.3.col.1.imò non ita gra
ue cenſetur adulterium,quod inter minora
delicta à iure connumeratum ſit.c. at ſi cle-
rici.§.de adulterijs. de iudi. cui in hoc con-
uenit.l.63.tit. 5.p. 1. quare ſecundam ratio-
nem ad hanc text.noſtri particulam affert
Bart.nu.2. quoniam Imperatores condito-
res harum legum, ſunt amatores caſtitatis.
vt in aut.de lenonibus.in princ.& in.§.ſanci
mus.collat.3. vbi dicitur quòd omnes ca-
ſtitatem colere maximè deceat, quoniam
caſtitas cum fiducia potens eſt offerre ani-
mas Deo,& fundamentũ eſſe caſtitatẽ vir-
tutum omnium, affirmat idem Imperator
in authẽ.quo.opor.epiſ.§. neq; enim ſecun-
das.verſ.nil enim.coll.1.ſed neque hęc ratio
quicquã valet,qm̃ eadem habet locũ in ra-
ptu & in ſtupro,& tamẽ in illis licet trãſige
re,vt in inferioribus videbimus.Tametſi ra
tionem pro explicanda hac difficultate, cõ
muniter teneri affirmet Alciatus nu.20.qui
& illud conſiderat, quòd ex adulterio cla-
ri natales deturpantur. l. ſuper ſtatu . C. de
quæſt. Tertiam rationem allegat Barto-
lus quæ fuit Petri in præſenti. propter fre-
quentiam huius delicti, & vt multis graſ-
ſantibus locus ſit: exemplo.l.aut facta.§. ſi.
ff.de pœn. atque hanc Petri rationem teſta-
tur communiter approbatam Fulgoſius
nume.5. Et ante eum hanc rationem Pe-
tri iunctam cum delicti huius grauitate
teſtantur eſſe communiter approbatam
Alberi-

Albericus num.17.Quarta ad hanc difficul
tatem ratio fuit Bartoli ipſius in præſen. di-
cétis ex parte accuſatoris rationem eſſe,qua
re in adulterio non liceat tranſigere, quo-
niam qui accipit pecuniam, pro comperto
hoc delicto, vel eo celando, committit in
ipſam legem Iuliam de adulterijs.l.auxiliũ.
ff.de minor. quare tranſigens incideret in
legem illam. Videtur enim lenocinij ſuſpi-
cio hic ſubeſſe. & hæc eſt ratio ex parte ac-
cuſatoris. Ex parte verò accuſati eſt ratio
prohibitionis,frequentia delicti.Quinta ra
tio eſt Andreæ Alciati in præſenti num.22.
exiſtimantis exceptionem hanc de adulte-
rio factam fuiſſe, habito ſolùm reſpectu ad
iura digeſtorum,ex quibus non erat pœna
adulterij capitalis,quo caſu non licebat ex
ſecunda parte huius reſpóſi tráſigere. Qua
re etiam ſi iura codicis pœná gladij in adul
teros ſtatuerunt, non fuiſſe tamen immuta
tam hanc traditionem. & eádem rationem
repetit idé Alciatus lib.paradox.5.c.8. quæ
falſiſsima prorſus eſt, nam ceſſante ratio-
78 ne, quæ antiquitùs prohibebat in crimine
adulterij tráſigere, oportuit iam locum eſ-
ſe tranſactioni.l.adigere.§.quanuis. ff.de iu
re patrona. & proloquium fermè apud o-
mnes eſt,correcta ratione legis,correctam
videri legis ipſius diſpoſitionem.c.tráſlato.
de conſtitu.gloſ.notabilis ac vulgata in.l.1.
verb.prouidentia.ff.de legit. tut. quam ibi
notat Barto.num.1. Imola in.l.ſi verò.§.de
viro.num.12.ff.ſolu.mat. Alexander in.l. ſi
conuenerit.num.8.ff. de re iudic. vbi dicit
eam gloſ.reputari ſingularem Iaſ.in.l.poſt-
humo nato.num.18.verſ.Et pro iſta ſenten-
tia.C.de bono. poſſ. contra tabul. allegans
multos authores eam ſequétes Decius ibi.
num.8.qui allegat text. pro ea.in.c. mira-
mur.de ſerui.non ordinan.iuncto tex.in.c.
à multis.de ętat.& qualit. Curtius ibi.n.42.
qui multa addit.Richardus ibi.num.71.Ti-
raquellus de cauſ.ceſſante.1.part.num.125.
qui nu.130.teſtatur glo.opinioné eſſe cóiter
approbatam. Quare ſi fingamus lege regia
Hiſpaniæ caueri, vt pro aliquo delicto qđ
hactenus nó ingerebat pœnam ſanguinis,
pœna ſanguinis imponatur, iam licebit ſu-
per delicto illo tranſigere quod certè nega
bit nemo. & expreſſè conſuluit Pariſius có
ſilio.180.num.11. vol.4.Sextam rationé ad
hanc difficultatem ex antiquorum ſcriptis
affert Cynus in præſent.col.3. dicens quòd
oportuit ſuper adulterio licere tráſigere ex
iuris noſtri regulis,ſed Italos conditores ha
rum legum,qui ſunt maxima zelotypia er-
ga ſuas vxores affecti,induxerunt ne ſuper
hoc crimine tranſigere liceret. Sed hæc ra-
tio nihil eſt vt vides,quoniam non ſolùm
Atridæ vxores ſuas diligũt, quod ex Home
ro refert Cóſultus in. l. ſi vxor. ff.de adulte.
atq; legem illam commemorans rectè ex-
plicauit Deſiderius Eraſmius centuriá ſexta
chiliadis quartæ. prouerbio. 34. Septimá
igitur rationem poſuit huic rei Ioánes Cor
raſius in miſcell.lib.2.c.1.num.10.dicens eũ
cuius conſilio fit vt hoc delictum pecunia
redimatur,lenocinij crimen incurrere. l.is
cuius ope.ff.de adult. quare noluit lex trá-
ſigentes decipere vt lenocinij crimine illa
que arentur.Sed hęc ratio Corraſij priùs vi
detur fuiſſe Bartoli, vbi eum ſuprà retuli.Et
falſa præterea eſſe videtur,quoniam ſi tranſ
actio in hac ſpecie fieret legis authoritate,
tranſigentes non incurrerent ſuſpicionem
lenocinij,ne viderétur decepti legis autho-
ritate.l.1.C.de his qui ve.æta. impetra. Qua-
re octaua ratio eſt ex Fulgoſio num.3.exiſti
mante nullam hîc rationem eſſe quę ſuffi-
ciat. neq; enim omnium quæ à maioribus
tradita ſunt, ratio reddi poteſt; alioquin
multa eorum quæ certa ſunt, ſubuerteren-
tur, aut ſi aliqua ratio colorata videri poſ-
ſit, ea eſt quam in frequentia huius delicti
79 notarunt. Sed contra textum hunc oppo-
no ipſe textum in.l.ſi quis ſeruus.quę eſt pe
nul.C.ex qui.cauſ.ſerui.ꝑ premio.libert.ac
cipian.ibi,aut pactione tráſmiſſum. vbi etiá
videtur ſuper raptu permiſſa tranſactio.gl.
3.in præſen.in verſ.Imò contrà ex ſententia
Io annis determinat. quod etiá ſi idem ſta-
tuatur in raptu, quod in adulterio propter
ſimilitudinem quam habent, quod tamen
in raptu licet tranſigere per text. illum. &
eſt etiam

eſt etiam tex. pro hac opinione in.l.qui cœ-
tu.§.qui vacantem.ff.ad.l. Iul. de vi. publi.
Sunt tamen qui exiſtimant gloſ. hìc fuiſſe
in contraria ſententia, imò quòd in crimi-
ne raptus tranſigere non liceat contra Ioan
nem, hanc enim opinionem refert gloſ-
ſæ huic Cynus in præſenti.in.4.oppoſitio-
ne,qui eam ſequitur, contra Ioannem alle-
gãs eiuſdem opinionis authores Iacobum
de Arenis, & Hugolinum de la Fontana.
ſequitur eandem opinionem Baldus in.8.
oppoſitione, qui paſſum hunc notabilem
eſſe dicit. addit Fulgoſius nume.5. quod do
ctores reprobant hanc opinionem Ioan-
nis & probabiliorem eſſe horum opinio-
nem contra Ioannem affirmat Alciatus nu
me.24.idem ſequutus,quam diſputãdo ſu-
ſtineri poſſe putat Iaſſ. nu.14. quam etiam
Montaluus probauit in.l.partitæ. colum.2.
verſic.item nota. ſolum Baldum allegans.
Horum aduerſus Ioannem rationes ſunt
duæ. Prior illa eſt, quòd grauiùs ſit crimen
raptus adulterio. l. raptores. ibi, peſsimum
criminum peccantes ſup. de epiſc. & cleric.
Cùm igitur in adulterio non ſit licita tranſ-
actio, neque in raptu, qui grauior illo eſt, li-
cere debet. vulga.l.nec in ea.ff.de adult.ver-
ſicu.& qui occidere. Poſterior ratio ab illis
ſumitur ex textu in.l. vnica. verſicu. pœ-
nas.in fi.ȷ̃.de rap. virg. vbi parentes q̃ tranſi
gunt ſuper raptu filiæ, deportatione ple-
ctuntur. Sed ſi ex legis huius diſpoſitione
legitimè tranſigerent, minimè punirentur.
vulga.l.Grachus.C. ad.l.Iuliam. de adulte.
Sunt tamen plures nec ſuperioribus autho
ritate ſuperiores authores, quibus Ioannis
opinio relata in gloſ. placuit magis, exiſti-
mantibus licere ſuper raptu tranſigere: hãc
enim opinionem ſequuti ſunt in præſenti
Oldraldus & Franciſ. Accurſius, quos re-
tulit Albericus nume.19.qui num.20.affir-
mat credere ſe opinionem Ioannis eſſe ve-
riorem, eam ſequutus. quam Barto. etiam
tenet num. 11. Angelus nume. 4. & iterum
num.8.Fulgo.num.5.Salicetus num.8. Ale
xander num.12. qui affirmat hanc eſſe veri
tatem. & eſſe hanc opinionem commu-
nem affirmat Iaſ.num.13. Riminal. colum.
6.communemq́; eſſe teſtantur Curtius ſe-
nior.num.33.Purpur.num.67.eam ſequuti,
licèt Purpura. articulum hunc diſputabi-
lem eſſe pro vtraque parte affirmet. cõmu-
nem eſſe hanc opinionem præterea teſtan-
tur Alciatus num. 23. Curtius iunior num.
35.Claudius num.21.eam ſequuti.& cõmu-
nem eſſe hanc opinionem eam ſequuti te-
ſtantur Gregorius in.l.regia in glo. de adul
terio. Diegus Villalpando ibi.§.17.nume.4.
tenet etiam hanc opinionem Barto.in.l.qui
cœtu.§.qui vacantem.verſ. & ſi pater.nu.1.
ad.l.Iul.de vi. Baldus in.l.penulti.C.ex qui.
cauſ.ſerui pro præm.libe.accip.& hanc opi
nionem, quod ex Cyno hìc conſtat, tenuit
Petrus de Bellapert. & referunt eam nõnul
li ex recẽtioribus Iacob.But.& pręter ſupe-
riores teſtantur eam eſſe cõmunem Aymõ.
Craueta de antiqui.tempo.folio paruo.133.
num.24.Boërius deciſ.91.quorum eę ratio-
nes ſunt præter illa duo iura, quæ iam alle-
gaui, quòd text. hic, qui adulterium ſolùm
excipit, videtur innuere in omnibus alijs
regulam permiſsiuam locũ habere. l. nam
quod liquidè.§.fi.ff.de pœnu legat.l.Luci⁹.
§.pluribus.ff.ad Trebell.l.quęſitũ.§.deniq;.
ff.de fundo.inſtruct. quã hìc allegauit Bal.
Secunda ratio eſt, quoniam in raptu nõ ad-
ſunt eędem rationes, quę ſunt in adulterio,
quoniam crimen raptus non ita frequens
eſt, ſicut adulterium, quod paſsim commit
titur, & ſi rarò illud in iudicij telam defera-
80 tur. Neq; obſtat huic opinioni tex.in.l.vni-
ca.verſ.pœnas.de rapt.virgin. quoniam & ſi
lex parentes puniat, non ex hoc videtur in-
firmare tranſactionem: quoniam trãſactio
valet quoad imponendum finem proceſ-
ſui, licèt tranſigentes puniantur, ſicuti in ſu
perioribus dicebamus de pœna Turpilliani,
ita enim illi legi vnicæ reſpondet Barto.
in præſ. & eſſe eius intellectum cõmunem
affirmat Alexander num.12. Sed fuit quæ-
ſtionis ad ſtuprum, an extendatur hæc
prohibitio. Quod videtur, nanq; adulte-
81 rium & ſtuprum ſimillima ſunt, adeò vt
antiqui illi iuris Ciuilis authores verborum
pro-

proprietatis obſeruantiſsimi vnũ pro alio
facilè acciperent.l.inter liberas. verſ. lex Iu-
lia.ff.de adulte.l.de crimine. C. de adulte.l.
82 inter ſtuprum.101.ff.de verbo. ſigni. Vnde
eleganter Baldus in.l.ſi ea.C. de adult.Ana
niaq; in.c.ad falſariorum.num.9. de crimi.
fal. obſeruarunt libellum ſuper adulterio
conceptum procedere,ſi de ſtupro probatũ
ſit. Quare licèt pœnalis atq; exorbitans ſit
hæc lex, non impropriè ad eum caſum ex-
tenderetur,qui ſublata verbi ſignificatione
potuit comprehendi.l. filium habeo.ff. ad
Macedo.Et ita hãc opinionem videtur hîc
tenuiſſe Hugoli.Iacobus,& Cynus,quos ſe
quitur Alciatus num.26. Bart. tamen nu.2.
contrarium ſenſiſſe videtur, vt in ſtupro
tranſigi poſsit,quaſi ceſſent etiam hîc ratio
nes, quare ſuper adulterio eſt prohibita trãſ
actio. Hãc Bartoli opinionem aliorũ etiam
eſſe affirmat eam ſequutus Alexã.nu.4.Sed
& cõmunem eſſe conſtat ex Alciato nu. 26.
quam & Curtius iun.optimè defendit eam
ſequutus nu.37. & cõmunem præterea eſſe
affirmat Corraſius lib.2. miſcella. quæſtio.
c.1.nu.5.quæ opinio indubitabilis eſſe vide-
tur,quoniam ex ſecunda huius reſcripti re
gula videtur prohibita tranſactio, cùm pro
83 ſtupro pœna ſanguinis non imponatur,ſed
publicationis dimidiæ bonorum partis ſtu
pratoris,ſi honeſtus ille ſit,& ſi humilis,cor
pore coërcetur cum relegatione.§.item lex
Iulia.de adulte.verſ.pœnam.de publi. iudi.
Inſt.quem textum pauci ſciũt ſecundũ Ma
theſella.ſing.99. Sed adhuc dicendum eſt
pœnam ſanguinis pro ſtupro eſſe exigen-
dam.quod probat textus in.l.1.§.qui puero.
84 ff.de extraordi.crimini.Neq; obſtat tex.In-
ſtitutionum: quoniam Cota atq; Baptiſta
Pius corruptum eum eſſe exiſtimarunt, &
legi in eo oportere pro ſtupratoribus pedi-
catoribus: ſed & aliquando fuit qui exiſti-
maret precatoribus eſſe legẽdum, quaſi in-
terpretibus atq; ſceleris hortatoribus. Sed
verum eſt literam bene ſtare,& reſponden-
dum,lege Iulia non fuiſſe hic inductã pœ-
nam ſanguinis, ſed poſtea in extraordina-
rio iudicio fuiſſe inuentam. ita Alciatus re-
ſpondet in præſent. & latiùs ipſe lib.5.Para.
do.c.10.Barto.autem in illa.l.1.§.fina.longè
aliter interpretatur textum in illo verſ. pœ-
nam.nam inquit Bart. quòd ille verſiculus
eſt accipiendus, quãdo nulla vis interuenit
ſtupro,neq; vlla interpellatio,ſed fuit factũ
ſtuprum pręcedente virginis viduęue ho-
neſtæ voluntate.& hunc Bart. intellectum
affirmat eſſe cõmunem Gregorius Lopius
in.l.2.tit.19.par.7.fi. col. qui affirmat exiſti-
mare ſe quòd in practica non imponeretur
pœna mortis illius.§.fin. niſi interueniſſet
vis aliqua,ſeu conamen comitum,vel inter
nuntiorum corruptio. Eſt tamen caſus, in
quo omni dubio procul pœna mortis non
imponeretur, nempè in ſtupro, quod fuit
commiſſum in mulierem nondum viri po
tentem.l.ſi quis aliquid.§.qui nondum.ff.
de pœn.facit optimè textus in.l.ſi ſtuprum.
in fine.ff.de adulte. ſed videtur non minùs
eum delinquere, qui virginẽ immaturam
corrupit.l.ſi ſeruus ſeruum.§.ſi oliuã. ff.ad
leg. Aquil. vbi grauiùs puniri videtur qui
oliuam immaturam decerpſerit, quàm qui
maturam. Et Bald. quidem ſeueriter profi-
tetur in.l.ſi quis non dicam rapere.fin. col.
C.de epiſ.& cleri.ſe iudice pœnam mortis
hoc caſu eſſe imponendam, quod Ioannes
Baptiſta & eum referens hic Curtius nu.40
reſtringat,vt procedat interueniente aliqua
vi.idem Bermondius de publicis concubi-
nar.rub.de ſtupro.num.80.
85 Sed iterum cõtra textum, quod in adul-
terio liceat tranſigere, allego textum in au-
then.vt liceat matri & auiæ.§.fin. collat.8.
verſ.quæ igitur per pręſentem.ibi, aut ami-
cabili compoſitione deciſa ſunt.Glo.in pręſ
ſen.ibi,item contra. opponit hanc difficul-
tatem,& eam ſoluit,dicens primò, quòd te-
xtus ille corrigat hunc,quę ſolutio non po
teſt tolerari.Secundò ſoluit gloſ.quòd cùm
de alijs quoque capitalibus criminibus ibi
actum eſſet,clauſula illa quam retuli,nõ eſt
referenda ad crimina adulterij, ſed ad alia.
Hanc ſolutionem ſequitur Barto. num.13.
& teſtãtur hunc eſſe communem intelle-
ctum illius legis Alexan.num.14.Riminal.
col.6.

col.6.& dicit Iaſ.nu.15.quoniã hunc intellectum tenent doctores.& eũ ſequuntur omnes,teſte Curtio iun.nu.34. Sed huic intellectui duæ inſunt difficultates, quòd ibi non niſi de crimine adulterij actum fuerat in ſuperioribus, quare ad adulterium videtur neceſſariò eſſe referenda verba illa. præterea etiam ſi de pluribus criminibus actum eſſet, ad omnia videbatur ſpectare clauſula in fine poſita. l. 3. §. filius inter medias. ff. de libe.& poſthu. Quare alio modo reſpondet huic difficultati Bald.in præſ.9.oppoſit. poſt Iacobum de Bellouiſo in proprio loco,dicens textum illum agere in adulterio præſumpto,vt cũ quis poſt tres denuntiationes aliam vxorem nõ deſinit ſolicitare,hinc enim præſumptionem adulterij colligit ius ipſum.authen.ſi quis ei quem.C. de adulte. & hoc caſu licitum erit tranſigere. & dicit Bald.hanc ſolutionem eſſe notabilem, quã etiam pro text. illo ſequuntur Ange. nu.9. Salicetus nu.9.& eam videntur ſequuti Alexan.& Iaſ. & communem eſſe eam approbantes teſtantur Alcia. nu.31. Curtius iun. num.40.Purpurat.num. 68. nam exceptio in text. hoc facta de adulterio, de proprio, veroq; adulterio accipi debet. l.3.§. hæc verba.ff.de neg.geſt. Vnde pulchra ſupereſt limitatio ad textum hunc, vt non habeat locum in hac exceptione in adulterio ficto atq; præſumpto, vt minimè caſus fictus hìc idem quod verus operetur, regulariter contra.l.cùm ex oratione.ff.de excuſ.tut. l. Gallus.§.& quid ſi tantũ.ff. de liber. & poſthu.

86 Ex qua ſolutione communi infertur, quòd ſi mulier adulterij crimine accuſetur,& cõuicta ſolũ ſit,ꝙ ad oſculũ & tactus mamillarum aliquem admiſerit,licere ſuper hac ſpecie adulterij tranſigere, quoniam præſumptum hoc adulterium ſit,non verum.

87 Tametſi ex his præparamentis ad adulterium,mulierem incurrere in pœnam adulterij videatur tenere gloſ.in.l.1. in gloſ.propter voluntatem.ff.de extraor. crim. quam ibi notat Albe.gl.in.c.nec aliqua.in gl. concubitus.27.q.1.& propter hæc reſultare præſumptionem adulterij ſcripſit Albe. in.l.itẽ apud Labeonem.§.appellare.nu.2. ff.de iniuri.atq; vxorem dotem perdere Bal. notauit in.c.tuæ.nu.4.de procurat.cuius opinionem cõmunem eſſe affirmat Bellonus in rub. C.de edẽ.nu. 81. nã & feudatarius feudo priuatur, ſi vxorẽ dñi deoſculatus fuiſſe conuincatur.c.1.§.1.ibi,aut cũ ea turpiter luſerit.iuncta gl.qui mod.feu.amit. nã adulteriũ hoc præſumptum eſt,non verũ,quare licebit in eo tranſigere.Sed & ſunt qui dicũt Bal.ſententiæ aduerſantes, ex his oſculis & amplexibus non induci præſumptionem adulterij, vt iam mulier dote priuari poſſit. potuit enim mulier intra oſculi vel amplexuũ fines ſe cõtinuiſſe.ita enim tenuerũt Alcia.& Bellonus,& eos referẽs Epiſcopus Ciuita.in epi.de ſpõ.2.p.c.7.§.6.nu.3.atq; hanc opinionẽ eſſe cõmunẽ contra Bal. affirmat Bero.in rub.de iudi.nu.22. quæ mihi verior

88 eſt.Præterea ex hac ſolutione ad tex. illũ infert eleganter Bal. ſtatutũ imponẽs certam pœnã pro homicidio, eſſe intelligẽdũ de homicidio probato per veras probationes, nõ per contumaciã, vel fictas confeſsiones.qđ hìc ſequuntur Sali. Alexã.item Areti. nu.4.

89 Sed iterum contra tex. hunc oppono tex. in authẽ.vt nulli iudi.§.adulterium. colla.9. vbi marito liberum eſt vxorẽ ſuã adulterã ſibi ſine vlla culpa copulare.Gloſ.in præſ.in verſ.itẽ contra.in authẽ. ſoluit primò hanc difficultatẽ, quòd ille tex. loquatur in viro. Sed hac ſolutione veluti ſpreta, tranſit ad ſecundam, quòd ibi compoſitio illa fuit facta de adulterio muliere iam punita de illo crimine. & gloſ. intellectum ſequitur Barto. num.13. reprehendens quoſdam doctores, qui ex lege illa contendebant ceſſare iam generaliter legis huius diſpoſitionem. Bald. 10. oppoſitione. qui vtranque ſolutionem iungit,& quòd mariti fauore hoc conſtet, ne ille thoro careat, cùm ad aliam accedere ſine animæ ſuæ iniuria non poſſit. & ſequuntur glo. ac Barto. intellectũ Ang. nu.9 teſtatus eum eſſe cõmuniter approbatum. Alex.num.15.& affirmat Riminal.col.6.Iaſ. nu.15.quòd hanc ſolutionẽ ſequũtur doctores, & eſſe hunc intellectum communiter appro-

approbatum teſtatur Curtius iunior nu.41. Purpu.nu.71. Ex quo ſupereſt ſecunda limitatio ad legem hanc, vt liceat marito vel accuſatori facere pacem ad remittendum rancorem abolendamque iniuriam. quod Bartolus expreſsim notauit conſ. 175. domine.& ſequútur in præſenti vterq; Alex.Iaſ. vterq; Curtius, Alciatus & Purpu. Neq; his obſtat quod alibi dicitur, remittentes dolorem hunc puniri.l.vnica.verſ.pœnas.de rap.virgi.ſed textus ille de dolore extrinſeco agit, quo intenditur accuſatio, non de intrinſeco, quo animum Chriſtiani affectum eſſe,
90 Chriſtiana vetat relegio. Ex hac ſolutione communi infert eleganter Bal. quòd etiam ſi iudex poſsit partes compellere ad cócordiam.l.æquiſsimum.in fine. ff. de vſufruct. id debet accipi punito priùs delicto. atque ita dicit Bal. notari per Iacobum Butric. in illa.l.æquiſsimum. allegat Bal. text. in. l.5.ff. de manumiſſ. idem tenet Bal. ex hac glo.in l.cùm affirmes.de lib.cauſ.& ſequútur eum Alex.nu.15.Iaſ.nu. 16. quare eleganter Bart. inquit in.l.quid ergo.§.pœna.num.7.de his qui not. infa.delicto punito impunè partes ſuper pœna paciſci poſſe.

91 Sed iterum contra tex.húc oppono tex. in.l.ſi maritus.2.§.ſi negauerit.ff. de adulte. ybi pater atq; maritus quibus adulterij accuſatio primò defertur, poſſunt huic accuſationi renuntiare Gloſ.noſtra in verſ. item contra.ff.de adul. ſoluit hác difficultatem, dicens, ꝙ ibi repudiauit pater vel maritus, hîc autẽ tranſegit, vel pactũ fecit. Sed hic intellectus gl.verbis videtur impoſitus, quare non eſt tenendus. Et Aretinus inquit nu. 4. quòd doctores cõmuniter reprehendunt hunc gl. intellectum. addit Iaſ. nu.16. quòd gl.ſolutionem reprobant omnes. Gl. audiédum.in.l.contraria.multa [illegible]uoluit in explicanda hac difficultate. Quare diſtinctiùs Bart.nu.13.in præſen. dicit legem illam duplicem habere intellectum: priorem, vt intelligatur antequàm inchoaretur iudiciũ: alterũ, vt nõ valeat repudiatio illa vt hic ad imponendum finẽ proceſſui, ſed valeat ad repellẽdũ accuſatorẽ vt ſuſpectũ, & ad pronuntiandũ incidiſſe eum in Turpillianum. Cynus verò in præſ.7. oppoſitione præfatus hanc eſſe fortem oppoſitionẽ ex ſententia Petri eam aliter ſoluit, dicens ꝙ in lege contraria.pactũ, ſeu tranſactio ſuſtulerũt patri ac marito ius ſpeciale quod habent, vt licèt ius accuſandi hoc delictũ ſit publicũ, præferantur tamen omnibus, ſi intra ſexaginta dies velint accuſare: ſed ius cõmune, quod publicè competit, renũtiatione quis vel pacto perdere non poſsit: quoniã faciliùs iuris ſpecialis quàm cõmunis renuntiatio repudiatioq; ſit admittẽda.l.eius militis.§.militia miſſus.ff.de milit.teſtamen.l.ſi quis curialis.C.de epiſ.& cler. Et Cyni intellectum ſuſtinet Aretinus num.4. qui eum ſubtilem eſſe dicit. Et ſequuntur eum Iaſ.nu.16. Curtius ſenior num.36. viderique communem eſſe Purpuratus affirmat.num.79.

92 Vltimò adde ſuperioribus, hodie accuſare mulierẽ de adulterio licere ſolũ marito, patri, fratri, patruo, vel auunculo, non alij.l. 2.tit.17. par. 7. quæ optimè interpretatur.l. quamuis.2.de adult. C.cõtra gl. ibi in parte, proximis. Sed iure nouiori ſolùm marito licet huiuſmodi delictum in iudicium deferre, aut ei, cui maritus permiſerit. l. 3. titu. 7. libro.4. for. legum. quæ ſeruaretur in praxi. ſecundùm Gregoriũ in. l. partit. qui addit iudicem, neque inquirentem, neq; prouinciam ſuam purgantem contra maritatam poſſe procedere, niſi accuſante marito. Quibus tu addes, ius occidẽdi mulierem repertam in adulterio hodie propter leges huius regni ſoli marito competere. Quod notarunt Pinelus in rubri.C.de bon.mat.2. part.num.19. Fernandus Menchaca de ſucceſſ.creat.§.22.num.7.neq; iam patri hoc ius competere, à cuius poteſtate filia contractu matrimonij fuit liberata.l. 47. Tauri. licèt iure communi non liberaretur. l. ſi vxor. C.de con.infert.in princip.ad Tertull.Inſt. Sed neq; incidenter licere alij q̃ marito de adulterio vxoris diſceptare. ex regu. vulga. text.in.c.cùm quid vna via.de reg.iur. in.6. quare cùm regulariter fœmina pro debito pecuniario in carcerem detrudi non poſsit.

L. authen.

authen.ſed nouo iure.C.de offi.diuer.iudi.
83 niſi in honeſta illa corpore ſuo ſit.l.62. Tau
ri,etiam inhoneſta maritata capi non po-
teſt,ne alius quàm maritus ipſius vel inci-
déter de eius agat adulterio.ita ènim legem
illam regiam declarat ibi Ioannes Lopius,
& hunc referens Gomecius nu.11.Lopius in
repet.c.per veſtras.3.notabili.§.21.num.21.
de donat.inter vi.& vxor. Epiſcopus Ciuita
tenſis allegans alios in epito.de ſpon.2.p.c.
8.§.11.nu.6.Ioan.And.ante omnes, & hunc
referés Roma.in.l.ſi verò.§.de viro.nu.23.ff.
ſolut.matri.Petrus Dueñas Salmanti.regu-
la.312.limit.1.allegans multos.Iudex autem
eccleſiaſticus poterit etiam marito non ac-
cuſante punire clericum repertum cum có
coniugata.Bernardus Diaz in practi.c.79.
verſi.vnum præterea aduertendum.
94 Vltimò adde, quòd ſi maritus poſt com
miſſum adulterium vxorem ſibi reconci-
liauerit, iam amittit ius accuſandi eam.l.ſi
vxor.in fine.l.quæſitú.ff.de adulter.idemq́;
eſt,ſi poſt adulterium commiſſum maritus
ipſe non ignorans,carnaliter eam cognoue-
rit,quod fortaſſe honeſta ſyllepſi voluit ſi-
gnificare ſummus Pontifex in.c.plerunq;.
de donat.inter vir.& vxor.ibi, nec reconci-
liata.& allegatur gloſ.in.c.fi.de adulte. quá
dicit eſſe receptam in hoc Epiſcopus Ciui-
tatenſis in epito.de ſpon.2.p.c.7.§.6. num.6.
95 Sed illa gloſſ. hoc non dicit,ſed quanuis
tranſactio in adulterio ſit prohibita, pactio
gratuita permiſſa eſt.ita enim voluit elegá-
tiſsimè Azo in ſumma huius tituli.num.4.
Gofre.in ſumma.§.in criminnalibus. quo-
rum opinioné dicit eſſe mirabilem eá ſequu
tus Albericus nu.18.& eam ipſe confirmat.
tenet tamen contrarium poſt Oldraldum
per hunc textum. Sed Azonis opinio lege
regia,quam iam citaui,probata eſt; & for-
taſsis hinc prodit practica hodierna,ná ma-
riti paciſcentes cum vxoribus,dicunt ſe gra
tis diſcedere à querela adulterij, tametſi re-
uera pecunias accipiant, quod pauperes
abiectoſq́; homines vulgo facere videmus.
96 Sunt tamé præter adulterium delicta quæ-
dam, in quibus & ſi ingerant pœnam ſan-
guinis,non liceat tráſigere propter eorum
grauitatem·nam ſuper crimine lęſę maieſta
tis (quod ſanguinis pœnam ingerit.l. quiſ-
quis.C.ad.l.Iul.de adult.l.6.tit.13. p.2.l.2 tit.
2.par.7.tametſi lex ordinamét. 2.tit.7.lib.8.
vitam huius delinquentis in regis arbitriú
reponat)tranſigere non licet. quod Cynus
hic & Ioannes Faber ſcripſere, quos cæteri
97 ſequuti videntur,& cùm hoc admiſſum ſit,
& illud neceſſariò admittetur,ne ſuper cri-
mine lęſæ maieſtatis diuinę tráſactio admit
tatur.argu.tex.in.c.cú ſecundú leges.de hæ
re.lib.6.quod idé Cynus & Faber veluti có
pertiſsimum tradiderunt.& ſequſitur Ioan.
Nicolaus Arelatanus in tract.de hęret.8.no
tab.Iacob.Septimá.de inſti.catho.c.30.nu.7
98 Tametſi & hoc capitale & vltimi ſuppli
cij crimé ſit.l.Arriani.verſ.Manichęis etiam
l.quicunq;.C.de hæret.Et imponitur hodie
his, qui propter hæreſim vltimum ſuppli-
cium meruerunt pœna ignis, quam pœ-
nam conſuetudine fuiſſe receptam in hære
ticos teſtatur Hoſtienſis in ſumma de hæ-
ret.§.qua pœna.nu.9. idq́; eruditiſsimè pro
bant noſtra tempeſtate viri vndequaq; cla-
riſsimi Diegus Couarr. à Leyua Epiſcopus
Ciuita.lib.2.varia.reſó.c.10. n.10.Septimá.
de catho.inſtit.c.45.nu.9.Sed & ſemota có
ſuetudine, iure etiam communi pœnam
hanc ignis in hæreticos fuiſſe ſtatutam con
tédit probare Petrus Godofredus in. l.4.C.
de hæret. Sed in hoc clariſsimo ac Petro &
eius ſucceſſoribus obtemperantiſsimo Ca-
ſtellano principatu multis iam retro annis
in hæreticos pœna ignis fuit ſtatuta. l.2. tit.
26.par.7.l.2.tit.1.lib.4.foro legum. Maioré
autem eſſe pœnam ignis quàm capitis,colli
git optimè Bal.ex tex.ibi.in.l.1.col.1.verſ.Ex
hoc nota ꝙ pœna cóbuſtionis.C. ď rap.vir.
99 Sed neq; ſuper crimine blaſphemię tráſ-
actionem ipſe admitterem, quod grauiſsi-
mú hoc crimen ſit,ſi quis contra Deú ipſum
Optimum Maximum vel ſánctorú aliqué,
maximè verò beatam virginem effrænem
linguam remiſerit.c.2.de maledi.quodq́ue
vehemens blaſphemia in hæreſim iam labi
videatur.quod ex alijs notarunt Iaſ.in.§.itē
ſi quis

ſi quis poſtulante.nume.60.de act.inſt. Godofredus in rub.C.de hære. col. 10. tametſi & hoc blaſphemiæ crimen capitale ſit, pœnaq; vltimi ſupplicij pro eo imponatur. in authen.vt non luxurient. contra natu. homi.§. præcipimus. ibi, & vltimis ſubdere ſupplicijs.collat.6. de quo plura ſcripſit nec indiligenter Lodouicus Montaltus in tractatu de reprobatione ſententiæ Pilati. c. 11 num.9. Tametſi iure noſtro partitarum atque etiam nouiſsimo pragmaticarum aliter hodie blaſphemi puniantur, quorum ex legibus regni pœnas praxi receptas proſequuntur Gregorius Lopius in.l.2. in gloſ. fina. titu.28.part.7. Epiſcopus Ciuitatenſis in.c.quanuis pactum.de pact.lib. 6.1.part.§. 7.num. 10. Iacobus Septimancenſis lib. de catho.inſtitut.c.8. Gomecius lib.3.variar.reſol.c.1.col.1.

100 Sed & blaſphemantem illa ratio prohibet tranſigere, quòd in omnibus delictis, in quibus principaliter offenditur diuina maieſtas, non eſt licita cócordia niſi cum Papa ipſo, qui vices Dei offenſi hîc ſuſtinet tráſigatur. ita enim voluit elegáter Bal.in.l.vnica.nu.2.C.de rap.virg. qui in.l. accuſationé. nu.9.C.qui accu.nó poſſ.illud ſcripſerat, epiſcopum (etiam ſi legatus Dei eſſe dicatur) non poſſe hanc iniuriam delinquéti remittere.& paulò poſt Bald.ipſe exemplum huius rei fingit in blaſphemantibus.

101 Quare malè Bartolus videtur conſuluiſſe conſ.167. quòd miniſter fratrú de pœnitentia.nu.1.dicens, quod cùm ex forma ſtatuti Peruſini in die veneris maioris hebdomadæ ſint carcere liberandi quinq; captiui, dummodo pacem habeant cum offenſo, vel eius hærede, ſicuti & eodem die Rex Hiſpaniæ viginti homines liberat.l.2. & .5. tit.11.lib.1.ordinament. detruſum in carcerem propter blaſphemiá videri pacem habuiſſe ab offenſo vt iam poſsit liberari, ſi proprij ſacerdotis pœnitentia ſit abſolutus, videri enim. hunc Bartolus inquit pacem à Deo, qui erat offenſus habuiſſe. & Bartoli opinionem ſequuti ſunt Ancharanus nu.11 Anania nume.8.in.c.2. de maledi. Felinus in.c.de his.num.3.de accuſat. Ferratius cautela.25. Decius conſilio.137. nume.3. nam Barto.ſententiam ex ſuperioribus falſam eſſe conſtat, quam iam reprehenderant Iaſ. in.l.3.§. iurari. nume.3. & in.l.iuriſiurandi. nume.1.eo.tit. Diegus Septimancenſis de inſtitu.catholi.c.8.num.4. Epiſcopus Ciuitatenſis lib.2.variar. reſolutio.c. 10. num.3. Citaldinus in tractatu de ſyndicatu.nu.131

102 Vltimò gloſ.in fine facit oppoſitionem quandam cótra regulam permiſsiuam huius legis, nam videbatur non valituram tranſactionem, quoniam iuri publico derogat.§.ſi paciſcar.in gloſ.allegato. Gloſ.reſpondet legem illam eſſe generalem; hanc ſpecialem, & ita hanc per illam diſtingui. quam ſolutionem Barto. & omnes receperunt.& eſſe communiter approbatá teſtantur Ange.nu.9. Curtius nu.43. Secundò ſoluit gloſ. quòd hic tranſigere vel paciſci ſolùm tranſactioné importet, & ita quòd paciſci in his non liceat, vt in cótrario, tranſigere tamen liceat. vt in præſ. & inducunt authores huius interpretationis in ſimili legem.præſes.ſup.eo. Sed hæc expoſitio violat textum hunc, nec eſt admittenda: quoniam faciliùs in his admittitur gratuita pactio, quàm tranſactio.l.furti.§. pactus. ff. de his qui nota.infam.& in.l. præſes. adminiſtrator poteſt tranſigere, ſed non paciſci, ne vniuerſum reipublicæ ius gratuita pactione abſorbeat.

103 Tertiò principaliter tu collige ex litera text.huius in criminibus non ingerentibus pœnam ſanguinis non eſſe licitam tranſactionem. idem probat textus in.l. ſi quidem.C.de contra.& commit. ſtipul. Cuius e ratio ab omnibus tradita eſt, ne delicta hæc remaneant impunita, publicè enim intereſt illa puniri.vulga.l. ita vulneratus. ad l. Aquil. quare ſtatutum puniens certo modo delictum veluti fauorabile eſt extendendum. Bartolus in.l. quemadmodum nume.4.de agri & cenſ.libro.11. cuius doctrina receptiſsima eſt in mille locis. quod egregiè hic Andreas Alcia. temperat nu.6. vt non procedat, ſi lex, vel ſtatutum impo-

nant pœnam ſanguinis, tunc enim reſtrin-
gendum potiùs eſſe. argumen. huius reſcri
pti. idemq; ipſe Alciatus obſeruauerat in.l.
venia.num.21.ſup.de in ius voc.& lib.5. pa-
104 radox.c.9.colum.1. Circa hanc tertiam re-
gulam huius textus potiſsima inueſtigatio
eſt, an ea in priuatis quoq; delictis procedat,
nam in publicis tantùm videtur inducta
hæc prohibitio. Gl. in publicis tangit hanc
difficultatem, in qua argumenta voluit in
vtranq; partem. Nam primò videtur hoc li-
cere, quoniam prohibitũ non ſit.l.nec non.
§.quod eis.ff.ex qui.cauſ.maior. Rurſus vi-
detur nõ eſſe in hac cauſa permiſſam tranſ-
actionem, cùm compromiſſum ſit prohibi
tum.l. non diſtinguemus. §. Iulianus. ff. de
recep. arbit. præterea tranſigens habetur
pro confeſſo.l.quoniam. ff.de his qui nota.
infam. igitur non licet tranſigere. & ita hãc
opinionem fuiſſe Ioã. inquit Accur. quam
eſſe communiter approbatam teſtatur Al-
bericus num. 22. Gloſ. tamen eleganter di-
ſtinguit in hoc, quòd ſi agitur criminaliter,
non liceat tranſigere, licere tamen, ſi ciuili-
ter agatur. Iacobus autem Butricarius, cu-
ius argumẽta latiſsimo ſermone refert Bar-
tolus atq; confutat, aſſeruit conſtanter ſem-
per eſſe licitam tranſactionẽ in his delictis
punitis. ſed gloſ. opinionem ſequuntur Bar.
ipſe num.16. Bald.6.col.in princi. Ange.nu.
11. & teſtantur hanc eſſe cõmunem opinio-
nem cum glo. Alexander. nu. 15. Iaſ. nu.17.
Curt. ſenior nu.38. iunior verò num.44. Al
cia.nu.53. Purpu.nu.128. qui iterũ nu. 138. cõ
munem eſſe affirmans admonet non eſſe
in iudicando ab ea recedendum. commu-
nemq; eſſe eam ſequutus affirmat Grego-
rius in.l. partitæ in gloſ. *ſobre el bierro.* Prius
membrũ huius diſtinctionis quãdo agitur
criminaliter, probatur: quoniam non poſ-
ſunt partes iuri publico renuntiare, & face-
re ne delicta maneant impunita.l. iuris gen
tium.§.ſi paciſcar.ff.de pact. iuncta. l. licita-
tio.§.quod illicitè. de publ. & vectigal. nam
hic agitur ad commodum fiſci, ac reus, qui
in hac cauſa accuſatorem corrupit data pe-
cunia, committit crimen falſi.l. eius qui de-
latorem. ff.de iure fiſ.& actor deſiſtẽs, extra
ordinem punitur.l.ſi quis repetere.§.fina.ff.
ad Turpillia. Poſterius membrum proba-
tur in.l. poſt deciſionem. C. de furt. vbi in
cauſa furti ſi ciuiliter agatur, licita eſt tranſ-
actio. idẽ probat tex.in.l. ſi pro fure. in prin.
ff.de condict.furt.in.l.interdũ.§. qui tutelã.
l.ſi pignore.§.fin.verſ.ſi tutor.ff. de furt. l.ſi
tibi.§.quædam.ff.de pactis.& has leges om-
nes præter text.in.l.ſi pignore. Barto hic al-
105 legauit. Ex hac communi omnium reſolu-
tione infertur, quòd ſi iudex inquirat con-
tra aliquem furem, & dominus rei ſubtra-
ctæ compareat, dicens illud ipſo volente fa
ctum fuiſſe, quare ceſſare furti actionem,
quæ non datur niſi re ſubtracta inuito do-
mino. vt in.§.1.& in.§.placuit.de oblig. quæ
ex delicto naſcunt. adhuc non ceſſaturam
inquiſitionem: quoniam dominus rei ſub-
tractæ non poſsit hac ſua confeſsione iuri
publico derogare, cùm iudex hic furtum
hoc criminaliter punire contendat. atq; ita
tenet Bartolus in.l. inter omnes.§.rectè.nu.2
ff.de furt. bene notans Iacobum Butrica-
rium, qui contrarium tenuit in quadã ſua
diſputatione. Et Bartoli opinionem tenet
Alexander ibi in additione incipiẽti. iudex.
allegans Bartolum in præſenti idem tenen-
tem & alios, qui idem ſequuntur. idem Iaſ.
in præſen.nu.17. qui falſam eſſe dicit Iacobi
Butricarij ſententiam. & cõmunem eſſe hãc
Bartoli deciſionem teſtatur eam ſequutus
Curtius iun.in.l.1.num.5. C.de ſerui. fugit.
& communem eſſe præterea affirmat Aegi
dius Boſsius in pract.crim.tit.de furtis. nu.58.
106 Secundò ex eadem communi text. no-
ſtri interpretatione infertur generaliter in
omnibus iudicijs, ex quibus oporteat pœ-
nam fiſco applicari, non eſſe locum tranſ-
actioni, quoniam omnia illa iudicia cenſen
tur criminalia. gl. 1. in.l. agraria. ff. de termi.
mot. alia in.l.3. in. glo. centum aureorum. ff.
de ſepul. violat. vbi Bart. eam ſequutus affir-
mat hoc tenere omnes. & approbatam eſſe
glo. illam teſtatur Iaſ. in præſen.nu.17. & idẽ
quoq; voluit gl.ſi.in.l.1.C.de ſepul.vio. quã
ibi expendit Salicetus in hoc. nu. 4. & harũ

gloſ.

gloſ.opinionem teſtatur eſſe communem
Feli.in rub.de iudi.ad finem. Decius ibi.col.
penul.& in.2.lectio.nume.7. Ripa num.92.
& eam tenet Beroius ibi. nu. 62. cómunem
eſſe teſtantur Iaſſ.in rub. C. de iudi. num.2.
Gomecius in prin.de acti.inſt.nu.18.ſoletq́;
pro illis expendi textus in.c.tuæ.de procur.
quare reprobari oportet glo.contra ſentien
tem in.l.ſi qua per calumniam.in gloſ.auri.
C.de epiſco.& cler.

107 Limitabis tu modò regulam hanc noſtri
textus, vt minimè habeat locum in delictis
quæ ſunt commiſſa in omittẽdo, hæc enim
& ſi non ingerant pœnam ſanguinis, tranſ-
actionem admittunt. vt ſi ſeruus domi-
num non defenderit. ita enim legem hanc
limitauit eleganter Bartolus in.l.2. nume.2.
ff.ad Syllani. & tenet idem Alciatus in præ
ſenti, qui neminem allegat.nume.57. Iaſſ.in
l.ſancimus.nume.22.C. de iudic. Andreas
Tiraquellus licèt non ſatis firmet pedes,
quod illi frequens eſt, de pœn. temperan.
cauſ.44.num.27.Et eſt ratio huius reſtrictio-
nis, quoniam ſemper delictum omitten-
do cõmiſſum leuius cenſetur, quàm quod
in faciendo commiſſum fuit. glo.vulga. in
illa.l.2.ff.ad Syll.alia in.l.ſi mora.in glo.nec
facto.ff.ſoluto matrimo. vbi Iaſ.nume. 22.
Claudius num.16. plura allegat. & teſtatur
eſſe harum gloſ.traditionem communiter
approbatam.Iaſ.in.l.pręſcriptione.nu.9.C.
ſi contra ius vel vti.pub.& optimè eam ex-
plicat Curt.iun.in.l.vnica. de ſent.quæ pro
eo quod intereſt prof.nu.23.videturq́; text.
pro hac traditione in.l.ſolo.C.de liber.cauſ.
Bartolus tamen in dicta.l.2.non ſatis audet
hoc generaliter ſtatuere, & de hac limita-
tione dubitat Curtius iunior hìc. nume.19.
108 & contra eam tenet Roman. nu.11.Sed ipſe
eam ſequor, communior enim videtur eſſe
ex gloſ.verbo, nõ licet.quòd ſicut in crimi-
nibus quæ non ingerũt pœnam ſanguinis
non eſt licita tranſactio, ita nec gratuita pa-
ctio, cõtra aliquorum opinioné cõſideran-
tium in hac ſecunda regula non repeti ver-
bum, paciſci.Sed opinio gl.verior eſt, quo-
niam differẽtia inter pactum & tranſactio-
nem in hoc conſiſtit, quòd pactus non no-
tatur infamia, tranſigens notatur. vt in.l.
furti.§.pactus.ff.de his qui nota.infam.
Sed quoad terminos huius legis ſicut non
licet tranſigere, ita nec paciſci. & gloſ. opi-
nionem ſequuntur Bartolus fina.colum.
Cynus & Albericus nume.24.qui tamen
contrariam fuiſſe gloſ. ſententiam teſtan-
tur. & hanc etiam ſequuntur Alexander,
Iaſſo, Riminaldus & Curtius iunior. & te-
ſtantur eſſe communem Curtius ſenior
nume.41. Gregorius in.l.partitæ in gloſſ.
pechandole algo.

109 Quartò collige ex litera huius textus ſu-
per crimine falſi quanuis publicum illud
ſit, & non ingerat pœnam ſanguinis, lici-
tam eſſe tranſactionem. Idem probat text.
in.l.ſi ex falſis.ĵ. eo. in.l. ipſe ſignificas.ĵ.ad
legem Cornel.de falſis. quibus & lex regia
conuenit. Sed de ratione huius exceptio-
nis dubitatur. Et gloſ. fina.in præſent.eam
huic rei rationem prætendit, quoniam fal-
ſi accuſatio condemnatioq́ue plerunque
ad pecuniariam condemnationem ſpectet.
Pœna enim falſi eſt publicatio bonorum,
& deportatio.l.1.§.fina.ff.de falſis. quæ ra-
tio Ioannis fuit. vnde videtur hoc ſolo ca-
ſu ſuper falſi accuſatione licere tranſige-
re, quando ad pecuniariam æſtimationem
refertur, non etiam ſi falſi accuſatio inge-
rat pœnam ſanguinis. Quæ opinio neque
gloſ.placet, neq; eſt admittenda, ſed omni
caſu licitam eſſe tranſactionem, quoniam
generalis fuit legis huius determinatio. &
ita videntur intelligere omnes textũ hunc.
& eſſe communem hanc interpretationem
teſtatur Riminaldus fina. colum. quare
gl.rationem eſſe communiter reprobatam
teſtatur Alciatus num.65.

110 Nam & pœnam mortis accuſatio falſi
irrogare ſolet, vt in eo qui falſam mone-
tam percuſit, qui lege patitur vltimum
ſupplicium.l.1.C.de falſa monet.l.7.titul.
12.lib.4. foro legum. Imò & igne ille com-
buritur.l.2.de falſ.monet.ĵ.l.9.titul.7.parti-
ta.7. & dimidia eius bonorum pars fiſco
applicatur.l.4.titu.6.lib.8.ordinamenti.

Expendens etiam falſam monetam ſciens, punitur pœna ordinaria falſæ monetæ, niſi indicet authorem, à quo pecuniam illam habuit. l. 78. ſtili. qua probata eſt ſententia Saliceti ita determinantis in l. 2. numero. 5. C. de falſa mo. ſed lex ſtili correcta videri poteſt ex pragmatica ſanctione regum catholicorum, quæ de falſa moneta lata eſt. §. 69. vbi pœna exilij & dimidiæ partis bonorum huic imponitur. Sed hic textus accipiendus eſt, ſi authorem falſæ pecuniæ ille oſtendat, eum ſaltem, à quo ille illam habuit. Ita enim has leges componit Epiſcopus Ciuiratenſis de monet. c. 8. num. 4.

111 Sed & qui regum vel Papæ literas falſas fingit, capite punitur. l. 8. titu. 9. part. 2. l. 6. titu. 7. part. 7. & ſi clericus ſit, qui falſas literas Papæ fabricauerit, ipſo quidem iure eſt pro tanti criminis grauitate excomunicatus, & ſacris ordinibus exauthoratus, curiæ committitur ſeculari, vt ab ea iuxta ciuiles ſanctiones legitimè puniatur. c. ad falſariorum. de crimi. falſi. Quare apud nos clericus commiſſus curiæ ſeculari, ex lege regia vltimum ſupplicium paſſurus eſt. quod expreſſim notauit Bernardus Diaz de Luco in practica. c. 108. colum. 1. Et punitur etiam pœna falſi, qui breuia non ſolùm qui diplomata apoſtolica fabricauit: nam cùm in illis breuibus ſit ſigillum Papæ, præſumitur ſcriptura authentica & apoſtolica. c. 2. de fide inſtrument. c. tertio loco. de probat. & referunt Gomecius in tractatu breuium. num. 5. Rebufus in praxi beneficiorum. rubri. de breuibus apoſtolicis. num. 67. ab Alexandro Sexto fuiſſe combuſtum archiepiſcopum quendam, quia in breui Papæ falſum cõmiſiſſet. Quare cùm pœna ſanguinis interdũ in falſi crimine ſoleat imponi, interdum non imponatur, quærenda ratio eſt, quare ſuper eo liceat tranſigere. Secundam igitur rationem profert Bartolus num. 5. ad hanc difficultatem, quę fuit Cyni ante eum. colum. penul. qui eam fuiſſe inquit Hugolini de la Fontana, qui exiſtimat, quòd ſicut in criminibus ingerentibus pœnam ſanguinis licet accuſato tranſigere, quò ille redimat ſanguinem ſuum, ita etiam in crimine falſi licet tranſigere propter honorem redimendum: nam nullum crimen ſub cælo eſt quod ita irroget infamiam, ſicut crimen falſi, ex quo qui condemnatur, exinanitus honore ſupereſt. Et hanc rationem Bartoli ſequuti videntur frequentiores. & communem eſſe teſtatur Romanus num. 7. & eam tenet Alexander nume. 17. dicens, quòd alij tranſeunt cum Bartolo. communemque eſſe rationem hanc teſtantur Riminaldus fina. colum. Curtius ſenior nume. 27. iunior verò num. 18. Alciatus num. 68. Purpuratus nume. 146. & eam ſequitur Anania in rub. de crim. falſi. num. 5. Verùm hæc ratio communis periculi plena eſt, quoniam ex ea ſequeretur, quòd vbicunque verteretur cauſa honoris, liceret tranſigere ſicut & in criminibus ingerentibus pœnam ſanguinis, quod difficilè defendi poſſet. Præterea crimen hoc falſi grauiſsimum eſſe ipſe non negauerim, imò eſt hoc falſi crimen & læſę maieſtatis grauiſsimum omnium delictorum, vt colligit Angelus ex textu ibi. in authen. de nupt. §. minores. collat. 4. Et grauitatem huius criminis ex multis probat Tiraquellus de pœn. tempe. cauſ. 31. nume. 24

112 nam & ex hac huius criminis grauitate obſeruauit gloſ. ordinaria. in l. nullum. in glo. præſcriptionẽ. C. de teſtibus. iudicẽ incompetentem, puià laicum punire poſſe clericum falſi teſtimonij apud ſe conuictum, cùm teſtis coram eo produceretur. Et gloſ. eius opinionem ſequuntur ibi Cynus ac Bartolus. 2. lectione. num. 8. Salicetus num. 4. Aufrerius de poteſtate ſeculari ſuper eccleſiaſticas perſonas. 1. regula. num. 6. Seruarię; eam apud Gallos memoriæ proditum eſt à Guillelmo Benedicto in. c. Raynùtius in parte, & vxorem. nu. 434. de teſtam. Tamẽ ſi Cynum quis ac Saliceũ diligenter ibi legat, ſolùm admittunt gloſ. traditionem quando clericus deponit coram alio iudice non ſuo, verùm eccleſiaſtico, vt ab eo tunc puniri poſsit. Non tamen permittunt hoc caſu clericum à laico puniri poſſe. Et hoc

hoc in Cyno animaduertit Anania. in cap. 1.num.2.de crimi.fal. vbi de gloſſæ illius diſputat veritate.atq; eam reprobat Bartolus. argumento optimi textus ibi. in. l. diuus Pius. ff. de fal. num. 4. & communem eſſe contra glo. opinionem alios allegantes teſtátur Epiſcopus Calagurritanus in pract. crim.c. 87. ante finem. Antonius Capicius deciſ.5. nn.3.Epiſcopus Ciuitatenſis in prácticis quæſt.cap.18.num.8.Sed quòd graue adeò hoc crimen ſit, non inde conſequitur permittendam fuiſſe tranſactionem: nam in adulterio propter eius criminis grauitatem quidam cenſuerunt tranſactionem eſſe prohibitam, & ita non licebit iam cauſari propter delicti huius grauitatem, ſecundam huius reſcripti partē fuiſſe violatam.

113 Andr. Alciatus. Quapropter Andreas Alciatus vir bonarum literarum atque iuris vtriuſq; peritiſsimus in præſenti num.70. & latiùs libr. paradoxorum.5.ca.9. aliam huic difficultati rationem prætendit, dicens in crimine falſi condemnari neminem poſſe niſi ex veris probationibus. allegat ille text. in. l. iubemus.C.de probat. cùm igitur cōfeſſus quia tranſigit nō verè cōuictus ſit, nō eſt ex hac tranſactione damnandus. Quæ ratio etſi arguta quidem ſit, non tollit difficultatem. Quare iterum idem Alciatus in præſenti acutiſsimè (me hercle) tentat textum hūc ita interpretari, quaſi velit dicere, non quòd ſuper hoc crimine tranſigere liceat, ſed ꝙ in his criminibus, de quibus hîc agitur in regula prohibitiua, tranſigere nemo poſsit citra falſi accuſationem, hoc eſt, quin falſi crimen tranſactor incurrat. Sed eſt profectò hæc interpretatio, vt ſubtilis, ita quoq; falſa, eſt enim cōtra textum in.l.illa.ipſe ſignificas.& in.l.ſi ex falſis. vbi ſuper crimine falſi apertiſsimè concedūt imperatores tranſigere. Vnde aliam rationem huic difficultati Purpuratus hîc accommodauit. nu. 149. quod cùm multa ſpecialia ſint inducta cōtra delinquentem in crimine falſi, oportuit hoc in eius gratiam proſpicere, vt tranſigere illi liceret. argumento regulæ vulgatæ. text. in. l. eum qui. ff. de iureiur. quæ ratio perſuadere hoc magis quàm demonſtrare videtur. Quare rationes ſupradictas omnes iungi oportet, vt quæ non proſunt ſingulæ, veluti agmine facto opitulentur huic difficultati.

ANTONII DE PADILLA Y MENESES IN TITVLVM DE SER VITVTIBVS ET AQVA. C. Commentaria.

(·:·)

¶ *Summa rerum rubricæ. C. de ſeruitu. & aqua.*

1 *Rubrica continuatur.*
2 *Seruitutes oēs in perſonales ac reales diuidi.*
3 *Quæ reales dicuntur, proprius prædiales dicerentur.*
4 *Seruitutem aquæ ſingularia præcepta habere.*
5 *Quo pacto ſermo ille domini accipiēdus apud Marcum: Dicite diſcipulis eius & Petro.*
6 *An inuenire liceat ſeruitutem merè perſonalem.*
7 *Seruitutis realis definitio.*
8 *Seruitus quædam formalis, quædam cauſalis.*
9 *Seruitutes etiam reales iure gentium inuentas fuiſſe.*
10 *Seruitutes quædam nominatæ, quædam innominatæ.*
11 *Seruitutes non imponuntur niſi rebus duraturis.*
12 *Naui non imponitur ſeruitus.*

Rubr. de ſeruitu. & aqua.

1 GLoſſa rubricæ ita titulum húc ad præcedentes continuat. In ſuperioribus actum eſt de ſeruitutibus perſonalibus, nempè de vſufructu, quę ſeruitus perſonalis eſt, eius cui illa conceſſa fuit perſonæ ſolùm cohærens. §. finitur. Inſtitut. de vſufruct. l. vxor patrui. C. de legat. l. Sempronius Atalus. ff. de vſufruct. legat. Eſt & habitatio ſeruitus perſonalis. l. ſi habitatio. in princi. verſicul. nec ad hæredem ipſa tranſit. ff. de vſufruct. & hab. Sed & vſus alicui vel qui conſtituitur, vel qui relinquitur ſeruitus perſonalis eſt, quod illi commune eſt cum vſufructu. in princ. Inſtit. de vſufruct. & habit. quibus conſequens fuit de realibus ſeruitutibus tractatum hunc ſubnectere.

2 Continuationem gloſ. ſequuntur Barto. & cæteri, conſtatq́ue continuatio ex illa generali ſeruitutum diuiſione, qua eas in perſonales ac reales partiri ſolemus poſt Martianum. in. l. 1. ff. de ſeruitut.

3 Quæ autem reales ſunt appellatæ (Azone obſeruante in ſumma huius tituli num. 1.) meliùs, propriuſq́ue prædiales nuncuparentur.

4 Et quoniam (licèt aquæ ſeruitus prædialis & ipſa ſit) habet ſingularia quædam præcepta, quæ cæteris rerum ſeruitutibus non conueniunt, ſpecialiter de ea inſcribitur rubrica dę ſeruitutibus & aqua. Cui ſimile & illud eſt, quod ex ſacra ſcriptura glo. hîc aduocat teſtimonium: Dicite diſcipulis eius & Petro.

5 Ideo autem ſpecialiter ibi Dominus dixit Petro, quoniam iudicauerat ſe ille indignum diſcipulatu, qui dominum proximè abiurauerat, quod vt à domino iam ſibi eſſe condonatum Petrus intelligeret, additum fuit, & Petro. Ita locú illum Marci. capit. 16. interpretantur ibi Theophilactus, Beda, Diuus Thomas, Aymon Epiſcopus, & Caietanus. Ex quibus Diuus Thomas, Diuo Gregorio hoc acceptum refert in homilia ſuper illud euangelium. Et de hęreticis & Manichęis rubrica altera inſcribitur.

6 Sed an ſeruitutem aliquam inuenire liceat, quæ merè perſonalis ſit, illæ enim vſusfructus habitationis ac vſus non merè perſonales ſunt, cùm ratione rei patientis ſeruitutes illæ debeantur. Et Dinus quidem de Muxello. in. §. ęquè ſi agat. de actio. Inſtitut. vti eum refert ibi Ioannes Faber. colum. 1. verſic. item realium. fingit exemplum ſeruitutis merè perſonalis in ſeruo debente domino ſuo ſeruitutē, quę merè perſonalis

ſonalis

ſonalis eſſe videtur.§.ſeruitus.de iure perſo. Inſtit.atq; hoc exemplum Dyni & Fabri ſe quuntur Florianus in.l.1.num.5.ff.de ſeruitut.Cepola de ſeruit. vrbano. prædio.c.1. ſed hoc exemplum Dyni ſuſtineri minimè poteſt, cùm dominus in ſeruo ſuo, vtpote in re propria, ſeruitutem habere dici non poſsit.l.vti.frui. ff. ſi vſusfruct. petat.l.in re communi.ff.de ſeruit.vrban. prædior.non igitur eſt ſeruitus in ſeruo ſeruitus perſona lis formalis, hoc eſt forma à dominio ſerui diſtincta. Quanquam ſeruitus illa cauſalis cum noſtris dici poſsit à cauſa, pro-
7 prietatis profecta ex his quæ ſcripſit gloſſa ordinaria in princi. verbo. eſt ius. Inſtitut. de vſufruct. quæ ſeruitutem diuidit in formalem & cauſalem. Cuius traditionem ſequuntur ibi omnes, & præterea Bart. in.l.1. num.4.ff.de condict.ex leg. Albericus licèt eam non alleget in.l.is cuius in ſeruo.nu.2. ff.de legat.2. Iaſſ.in.§.æquè ſi agat.nu.4.de actio.communéq; eſſe eam ſequutus affirmat Pinellus in.l.1.C.de bon.mat.2.par.nu. 9.quare exẽplum Dyni & Fabri tenendum minimè eſt.atq; eſſe communiter reprobatum teſtatur Ioãnes Corraſius in.l.1.nu.14. ff.de ſeruit. Aliud igitur exẽplum quærendum eſt ſeruitutis merè perſonalis. Et Azo in ſumma ſup.de vſufruct. num.36.exemplum ponit ſeruitutis perſonalis in miniſterijs ſeruorum, quorum proprietas ad aliquem pertineat, nam illa obligatio operarum in homine alieno non iniuria diceretur ſeruitus perſonalis. Sed & hoc exemplum reprehendit nominatim gloſſ.ordinaria in l.ſi quis binas. in gl.quod perſonæ.ff.de vſufruct. ex eo quòd obligatio operarũ in ſeruo alieno debitarũ non expirat morte eius, cui ſeruitus illa debetur.l.2.ff.de vſufruct.legat.igitur ſeruitus perſonalis nõ eſt.l.ſicut §.fin.ff.quibus mod.vſusfruct. amittatur.l. non ſolùm.§.tale.ff.de liberat. legat.l.idem Africanus.§. ſi quis alicui. ff. de legat.1. Sed & alia ratio eſt, ne exiſtimemus hanc eſſe obligationẽ ſeruitutis perſonalis, quoniam operarum ſeruilium preſtatio in facto conſiſtere videtur.l.1.ff. de operi.ſeruor. eſt enim diurnum officium.l.1.ff. de oper.libert. at verò ſeruitutes in iure conſiſtunt, cùm ita definiantur.

8 Seruitus eſt ius quoddam prædio inhærens, ipſius vtilitatem reſpiciens, & alterius libertatem ſeu ius diminuens. ex Bartol. in l.1. nume.2.ff.de ſeruit. Et hanc definitionem probarunt ibi Angelus, & Florianus nu.3.& communem eſſe teſtantur Corraſius in rubr. eiuſdem tituli. Bartholomæus Cepola.de ſeruitu. vrban. prædio.c.2.nu.4. receptioremq́ue eam eſſe affirmat Ioannes Oroſcius in.l.libertas.§. ſeruitus.nu.3.ff. de rer. diuiſio. quę probata in effectu eſt lege regia.1.titu.31.part.3. & idem quoq; tenuit Bartolus in.l.ſi is qui pro emptore. num.31. ff.de vſucapio.tametſi glo. ordinaria in.l.2. §.& harum.in parte. viam.de verb.obligat. exiſtimet ſeruitutes in facto etiam cõſiſtere. Tertiò quòd miniſteria ſeruorum nõ ſit ſeruitus merè perſonalis, probatur ex eo, ꝙ contra prohibẽtem vti tali miniſterio non competit actio confeſſoria, quæ ſolet dari pro ſeruitutibus, ſed actio iniuriarum. l.iniuriarum.verſic. ſi quis me prohibeat.ff.de iniur.l.qui pendentem.ff.de act.empt.quæ ſunt omnia fundamenta dicentium obligationem operarum non eſſe ſeruitutẽ perſonalem.quam opinionem cum glo.in dicta.l.ſi quis binas.ſequuntur Cynus, Bald. & Salicet.in rubri. C. de vſufruct. Angelus in.l.vſufructu.2. verſic. vltimò ſcias.C.eod. titu.teſtatus hanc opinionem communem eſſe Cepola de ſeruitut. vrban. ca.7. num.1. Gomecius in.§.æquè ſi agat.num.3.de acti. Inſtitu.exiſtimantes poſt cæteros hanc eſſe obligationem quandam perſonalem. Mihi verò opinio Azonis non diſplicet, ſi modò exemplum fingamus in operis ſeruorum competentibus alicui quãdiu vixerit duntaxat, neque enim hoc caſu communis opinio negabit hanc eſſe ſeruitutem perſonalem. Iam verò ſecundum argumentum, ꝙ operarum præſtatio in facto cõſiſtat, id quidem ipſe ingenuè fateor, ſi ad miniſterium ipſum reſpicias: ſi tamen obligationem attendas, qua miniſteriũ illud præſtatur, intelliges

telliges hanc veluti cæteras ſeruitutes in iure conſiſtere. Minùs longè obſtat quod tertio loco afferunt argumentum, quod contra prohibentem me vti miniſterio ſeruorum, poſsim iniuriarum actione experiri: nam iura illa, quæ iã citaui, id minimè probãt, quod ſi probarent, reſpondere non ꝙ actione iniuriarum agi poſsit cõfeſſoriã denegari. quare glo. opinione reiecta, alteram illam Azonis ſequuntur Bartolus. in rubr. C. de vſufruct. in fine. Faber col. 1. Iaſſ. nu. 7. in. §. æquè ſi agat. de actio. Inſtitu. quorum opinio probari videtur lege regia. 1. titu. 31. part. 3. vbi lex ponit exemplum in operis ſeruorum.

9 Præmittendum præterea eſt, non ſolùm ſeruitutem, quam captiuitatẽ appellamus, iure gentium fuiſſe introductam. l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. ſed & ſeruitutes reales etiam eodem iure gentium fuiſſe inuentas. §. fin. verſi. expoſuimus. Inſt. de vſu & habit. Bart. in illa. l. ex hoc iure. num. 21. & ante eum Petrus ibi. quem idem ſequutus Albericus refert. num. 23. Paulus de Caſtro. num. 21. & 23. idemque. idem Bartolus obſeruauit in. l. 1. ff. de ſeruit. & in extrauag. qui ſint rebelles. verb. rebellando. ibi. item quæro de dominio.

10 Sunt autem ſeruitutes nominatæ quædam, vt illa, itineris faciẽdi, tigni immitendi. altius non tollẽdi, pecoris ad aquam appulſus & ſimiles, aliæ innominatæ. Sicuti & in cauſa contractuum dicere ſolemus. glo. ſingularis. in. l. 1. §. in ruſticis. in glo. computanda. ff. de ſeruit. ruſti. præ. quam ibi ſequũtur omnes & Alexander præterea. conſi. 18. volu. 4. Iaſſ. poſt Cumanum in. l. de pupillo. §. Sextus. num. 4. ff. de noui oper. nunt. Imò ſunt innominatæ nominatis lõgè plures, ſi credimus Baldo in. l. ſi plures. num. 12. C. de condi. inſert.

11 Vltimò nota, ſeruitutem imponi non poſſe niſi illis rebus, quę ſuapte natura ſunt duraturæ, qualis domus eſt fundus, fons, fluuius, vel ſimilia. l. foramen. verſi. omnes. ff. de ſeruit. vrban. prædior.

12 Quare notat Angelus ibi. nume. 4. naui ſeruitutem imponi non poſſe, quoniam res mobilis cenſeatur. l. 1. §. illud vtiq; iuncto verſiculo. ſi quis de naui. ff. de vi. & vi. armat. l. vim facit. §. quod in naui. ff. quod vi. aut clam. & Angel. opinionem ſequuntur Cepola de ſeruit. ruſt. præd. ca. de naui. Andreas Tiraquellus de vtroq; retract. §. 1. glo. 7. nu. 91. Tametſi poſsit aliquãdo nauis perpetua effici. Iuxta text. in. l. proponebatur. verſi. itẽ qui nauem. ff. de iudic. l. inter ſtipulãtem. §. ſacram. verſi. & nauis. ff. de verbo. obligat. Commendauit præterea hunc ſeruitutum vſum Plato. in ſua republica. dialogo. 8. de legib. col. 7.

❡ *Summa rerum. l. ſi quas actiones.*

1 SEruitus habens cauſam continuam, præſcribitur ſpatio longi temporis.
2 Seruitutes non poßidentur.
3 Quaſi poßidentur tamen.
4 Seruitutum quaſi poſſeßionem, poſſeßionem aliquando dici.
5 Leges loquentes de poſſeßione, & in quaſi poſſeßione eſſe accipiendas. Idem in ſtatutis num. ſequẽti.
7 Mortuo poſſeſſore maioratus, quaſi poſſeßionem etiam in ſucceſſorem ipſo iure tranſire.
8 Impropria ad modum poſſeßio eſt, quam habet creditor in re ſibi obligata.
9 Sicut quaſi poſſeßio, ita & quaſi proprietas inuenitur.
10 Licèt poſſeßio ſit impropria, dominium rerum incorporalium eſt proprium.
11 Habere nos dominium actionum.
12 Oppoſitio quædam fit contra text. cui ex aliquorum ſententia reſpõdetur num. ſeq.
14 Quaſi poſſeßio ſeruitutis incipit ab eo tempore, quo quis probibenti ædificare acquieuit.
15 Negatiuum non præſcribi niſi ex illo reſultet affirmatiuum.
16 Et quæritur quaſi poſſeßio, etiam ſi uiolenter quis prohibitus ſit ædificare.
17 Etiam ſi prohibitio fuerit extra iudicialis.
18 Quaſi poſſeßio in incorporalibus quæritur eodẽ modo, quo poſſeßio in corporalibus.
19 Vaſalli longo tempore non uenati niſi aliquando fuerint prohibiti, non amiſere ius uenandi.
20 Quod multo tempore ueneris ad meum molendinum, non acquiro quaſi poſſeßionem in te.
21 In ſeruitutibus affirmatiuis quomodo quaſi poſſeßio quæratur. Et num. ſeq.

23 *Ex unica electione acquiritur ius eligendi.*

24 *Ex unica præſentatione ius præſentandi.*

25 *Ponitur ſecundus legis huius intellectus.*

26 *Mala fides, bona fides, non mala fides, unde producantur. Et num. ſeq.*

28 *Sicut in corporalium rerum præſcriptione requiritur bona fides, ita in incorporalium.*

29 *Sed prior illa producitur ab ignorantia rei alienæ, hæc à credulitate proprij iuris.*

30 *In corporalium præſcriptione ſatis eſt bonam fidem à principio interuenire.*

31 *In incorporalium requiritur perpetua uſq; in fin.*

32 *In fructuum præſcriptione requiritur etiam perpetua bona fides.*

33 *Item in præſcriptione procedēte ex generali titulo pro ſuo.*

34 *In præſcriptione corporalium bona fides ſemper præſumitur, ſecùs in incorporalibus. Et duobus nume. ſequentibus.*

37 *In præſcribenda libertate contra q̃cunq; ſeruitutem, præſumitur bona fides.*

38 *In præſcribenda libertate contra ruſticam ſeruitutem, non requiritur bona fides.*

39 *Et quæ ſit ratio huius. Et duobus num. ſeq.*

42 *Præſcriptiones procedentes ex ſola negligentia aduerſarij, an hodie etiam procedant cum mala fide extante. c. fi. de præſcr.*

43 *Quo pacto poßit procedere ſanctio pragmatica 157 & num. ſeq.*

45 *Declaratur nouiter text. in. l. ſequitur. §. ſi uiam. ff. de uſucapio.*

46 *An mala fides reſpectu unius impediat uſucapionem contra alium.*

47 *Ponitur. 3. intellectus. l. patientia uitiosè poßidentis non tribuit ius præſcriptioni.*

48 *Qui patronus exiſtimabatur præſentans non tribuit ius præſentato. Et declaratur text. cum num. ſequenti,*

50 *Patientia tyranni non tribuit ius præſcribendi.*

51 *In præſcriptione meri imperij longißima an requiratur ſcientia aduerſarij.*

52 *Lex fin. titu 13. lib. 3. ordinament. contra Lopium declaratur.*

53 *In præſcribenda iuriſdictione cōtra principem. Et mero imperio contra priuatum requiritur ſciētia.*

54 *Merum imperium contra priuatum tempore ordinario quæritur.*

55 *Deberi autem aduocatum ſemper ſcientiam deducere eius contra quem præſcriptio intenditur.*

56 *An ſcientia magiſtratuū uel officialium suppleat ſcientiam principis uel domini.*

57 *Actiones quæ proditæ ſint pro cauſa ſeruitutum.*

58 *Confeſſoria & negatoria actiones quomodo dentur, aut pro quibus rebus.*

59 *Cōpetere etiā has actiones utiliter ſaltē creditori.*

60 *Item & ſuperficiario.*

61 *Item & fructuario.*

62 *Declarātur text. in. l. 1. §. idem Iulia. ff. de remißio. & text. in. l. 1. in prin. ff. ſi uſusfruct. pet. qui uidebātur propè diſſentire.*

63 *Competere etiam illas actiones contra quemcunq; impedientem uſum ſeruitutis.*

64 *Et an competant non ſolùm pro ſeruitutibus, ſed pro alijs rebus incorporalibus, putà uectigalibus, decimis, iuriſdictione, iure patronatus, & ſimilibus.*

65 *Nil intereſſe competant actiones illæ utiliter, uel directò*

L. Si quas actiones.

LEgem hanc valde vtilem eſſe Odofredus & Albericus eam interpretaturi teſtantur, notabilem eſſe dicit Bald. vtilem & difficilem Fulgoſius. Habet autem textus hic tres principales intellectus, examinabo ipſe vnumquemq; ſigillatim. Diuiditur in tres particulas. In prima ponitur dictū principale. In ſecunda ponitur aliud dictum veluti per modum rationis. In tertia ſuperiora cum limitatione declarantur. Secunda eſt ibi, is qui iudex erit. Tertia ibi, ſi modò is qui pulſatur. Hoc continet in ſumma ſecundùm primam intelligentiam.

1 Seruitus quę habet cauſam continuam, acquiritur ſpatio longi temporis, ſi præſcribens fuerit bonæ fidei.

2 Sed contra textum hunc ego ita argumentor. Imperator hîc cócedit ſeruitutum præſcriptionem, ſed nullo iure præſcribi eas poſſe videtur. Seruitutes enim cùm res incorporales ſint. §. 1. in fin. de reb. l. 1. §. quædam. ff. de rer. diuiſ. minimè poſsidentur. l. ſeruus. §. incorporales. ff. de acquir. rer. domi. l. 3. in princ. ff. de acqui. poſſeſ. l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſucap. igitur nó pręſcribuntur, quoniam ſine poſſeſsione non poteſt præſcriptio contingere. l. ſine poſſeſsione. l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucapi. l. qui in ſeruitute. ff. de regu. iur. c. cauſamq́; de præſcrip. vbi hoc ſolo laicus decimarum ius nó præſcripſit, quoniā illud propter incapacitatem perſonæ poſsidere non potuit. cap. ſine poſſeſsione. de regul. iur. in. 6. quibus conuenit.

conuenit.l. regia.8.tit.11.lib.2.foro legum.
3 Sed hîc dicendum ſeruitutes, quæ minimè poſsidentur, quaſi poſsideri. tamen.l.ſi ædes meæ.§.fin. ff.de ſeruit.vrban.prædior. vbi ita Iulianus ſcribit.natura enim ſeruitutum ea eſt, vt poſsideri non poſsint, ſed intelligatur poſſeſsionem earum habere, qui ædes poſsidet.ad idem eſt tex.optimus in.l. ait prætor.§.1.verſ. itē ei.ibi, ſed vſusfructus quaſi poſſeſsionem.ff.ex quib. cauſ.maior. Quare poſſeſſoria interdicta etiā pro tuenda ſeruitute competūt.l.quoties.2.ff.de ſeruitu.l.ſicuti.§.Ariſto. verſ.ſed & interdictū. ff.ſi ſeruit.vendicet.l.fi.ff.vti poſsidet.vnde cùm nuntiare nouum opus ei permittatur, qui poſsidet rem, in qua ædificatur, etiam quaſi poſſeſſori ſeruitutis competit ius nuntiandi.l.de pupillo.§.Sextus Pedius.verſic. impoſititiā.ff.de noui.oper.nuntia.& idem videtur probari in.§.meminiſſe.ibi, at ſi in ſuo, & ibi hoc ſentit glo.ſentiat.l.inter ſeruitutes. verſic. quodcunq;. ff. de ſeruitut.vrban.prędior.l.in hoc iudicio.ff.fami.herciſ. licèt vſufructuarius non poſsit ſuo nomine nuntiare nouum opus.l.1.§.ſi.ff. de noui oper. quoniam debile ius habet, atq; facilè periturum.
4 Superioribus tu adde, hanc quaſi poſſeſſionem rerum incorporaliū poſſeſsionem ſimpliciter interdum appellari.l.1.verſicul. cùm ipſe.C.de his qui potent.nomi.l.regulariter.ff.de pet.hær.l.fin. ff.de itine. actuq; priuat.
5 Vnde infertur primò, leges loquētes de poſſeſsione eſſe etiam intelligēdas in quaſi poſſeſsione.glo.ordinaria.in.l.ſi quis in tantam.in glo.magna.verſi.ſecundò an in iuribus.C.vnde vi.vbi ex ſententia glo.conſtitutio illa pœnalis coërcens ac puniens eos qui poſſeſsionem rerū ſuarum apud alios conſtitutarum occupant, habet etiā locum in occupantibus quaſi poſſeſsionem ſeruitutum, videlicet vrbanorū ſeu ruſticorum prædiorum ſeu præbendarum, cuius gloſſ. opinionem ſequuntur ibi Cynus.col.pen. verſic. quæritur primò. Bartolus num.19. Bald.num.24.affirmans eam tenere doctores.teſtantur glo.opinionem eſſe communem Salicetus ibi num.7. Ripa in cap. cùm eccleſia Sutrina.nu.106.de cauſa poſ.& pro priet.& eam approbant omnes ſecundùm Aretinum.in rubr.nu.7.ff.de acqui. poſſeſ. & communem eſſe teſtatur Andreas Tiraquellus poſt leges connubiales.glo.3.num. 122.& ſecundùm poſteriorē impreſsionem in.l.6.glo.5.num.230.Et inquit Socin.in.l.3. in princ.num.9.ff.de aquir.poſſ. gloſ.illam ab antiquis & à nouis eſſe approbatam.& voluit idem gloſ.quæ rarò in hoc allegatur in cap.ſine poſſeſsione.in glo. ſine.de regu. iur.in.6. in finalibus verbis. pro quibus eſt pulcher text.in cap.eum qui.de præben.libro.6.vbi lex illa.ſi quis in tantam.ad quaſi poſſeſsionem præbendarum eſt extenſa.
6 Secundò infertur, ſtatutum etiam ſi ſuapte natura ſtrictè intelligendū ſit, ſi tamen diſponat circa poſſeſsionem, & in quaſi poſſeſsione eſſe intelligendum. Bal. in ca. licèt cauſam.in finalibus verbis.de probat. Aretinus in rubr.ff.de acqui.poſſeſ.num.7. Socinus in.l.3.in princ.num.2.ff. de acquiren. poſſeſ.vbi id intelligit, modò ſit eadem ratio.Et hæc opinio mihi magis placet, quanuis contrarium tenent Anto.de Butr.in ca. fin.num.13.de cauſ.poſſ.& propriet. Alexā. num.2.Iaſ.nume.13.in illa.l.3.in princi.vbi Zaſius nu.4. teſtatur opinionem Antonij eſſe magis cōmunem.& teſtatur eam communem Ripa.in rubri.de cauſ. poſſ. nu.26. Mihi Socini opinio placet magis.
7 Quare exiſtimo quaſi poſſeſsionē rerum incorporalium mortuo poſſeſſore maioratus trāſire in ſucceſſorem. iuxta.l.45.Tauri.
8 Et licèt impropria admodum ſit poſſeſſio hæc rerū incorporalium, magis impropria eſt illa, quam creditor habet in re ſibi debita.gl.vulgata in.l.regulariter. ff.de peti. hære. cuius præter ordinarios ibi meminit Bald.in.l.1.C.vnde vi.nu.31. Ripa. in rubric.de cauſa.poſſ.& propriet.nu.25. ſed eſt ſimilis inſolita allegari. in.l.ſicut.in glo.vel ius.j.de præſ.30.vel.40.annorum.
9 Vltimò his addes, quòd ſicut quaſi poſſeſsio in iure eſt admiſſa, ita & quaſi ꝓprietas

tas non eſt incognita.gloſ.ſingularis in.l.2. §.quædam.in glo.de liberis.ff.de interdict. ſingularis Iaſſo.in.l.naturaliter.§.nil commune. nume. 9. ff. de acquirend. poſſeſ. idem in.§.omnium.num.62.de actionibus. inſtitu.citanti ſemper text.pro ea.in cap. fi. de iud. & eam ex alijs quoque approbat idem Iaſſo.in.l.ſed & ſi poſſeſſori.§. item ſi iurauero.num.27.ff.de iureiur.& in.l.traditionibus.C.de pact.num.12.

10 Sed licet ſeruitutũ ac cæterarũ rerũ incorporalium impropria poſſeſsio ſit, dominium quo res illas tenemus, propriè dominium nuncupatur, poſſum enim propriè dicere me eſſe dominum huius ſeruitutis. l. qui vſumfructum.ibi, dominium adepti ſunt. ff. quibus mod. vſusfruct. petat. Ex quo textu hoc ita docet Bartolus in. l. naturaliter.§. nil commune.col.1. ff. de aquirend. poſſeſsio. vbi eius opinionẽ ſequuntur Cumanus num. 3. Ioannes de Imola num.4. Paulus num.5. Aretinus num.4.& eſſe communem affirmat Iaſſ. num. 30. ſequuntur eam præterea Alexan.num.4.Socinus. 1.lect. num. 2. Zaſius num. 7. Ripa num.26.Corraſius.2.lectione num.2.Claudius num.38. Bologninus num. 10. atque communem eſſe teſtantur Fabius. nu. 28. Berengarius num. 12. & fuit illa.l.illius inductio ante Bartolum, Guillelmi de Cugno. in rubric. C. de vſufruct..vbi eum retulit Paulus de Caſtro in finalibus verbis.

11 quare inquit gloſſ. fin.in.l. ſi longius.ff.de iudi. quòd poſſumus dicere habere nos dominium actionum.

12 Sed hîc ego iterum contra textum oppono in præſenti. Non fuit poſſeſsio ſeu quaſi poſſeſsio, ex qua præſcriptio ſeruitutis initium capere potuerit, non igitur ex hoc ſolo cenſeri debet ſeruitus altiùs non tollendi impoſita, quòd ego habuerim domũ meam ſublimiorem, tu tuam, quæ iuxta meam eſt, paulò depeſsiorem.

13 Huic difficultati reſponderunt antiqui aliquot iuris noſtri interpretes, quod ex Cyno in præſenti conſtat. 6. quæſt. dicentes, quòd ſi domus tua depreſsior mea ſit, per ſpacium triginta annorum cenſetur mihi acquiſita ſeruitus ne altiùs tu iam tollere poſsis. Horum intellectus ſuſtineri minimè poteſt, lædit enim mirum in modum generalem regulam textus in l.altiùs. infrà iſto tit. neque ſolum tempus modus eſſe poteſt inducendæ obligationis.l.obligationum.§.placet. ff. de actio. & obligat. imò neque per mille quidem annos cenſeretur impoſita hęc ſeruitus, quod ex Cyno & Fabro obſeruauit Rodericus in procemio.ll.fori folio.2.colum.1.verſic. ex quo infert. Namque dicunt illi, quòd ſimplex abſtinentia ædificandi non tollit libertatem ex tollendi ſolum vſque ad cœlum.

14 Quare meliùs glo.in præſen. in verſic. & incipit ab eo tempore. ponit ſingularem doctrinam, dicens quòd tempus præſcriptionis in ſeruitutibus negatiuis, qualis eſt illa altiùs non tollẽdi, incipit currere à tempore, quo is, contra quem imponitur ſeruitus, eſt prohibitus ædificare, & acquieuit prohibitioni. Gloſ. intellectum & opinionem ſequuntur in præſenti Odofredus nume. 2. Petrus & cæteri antiquiores, Cynus.6.quæſt.Bartolus.col.1. Bald.col.2.Salicet.2.opposi.Albericus nu. 2. Faber nu.3. Angelus num. 6. Paulus de Caſtro num.7. Et idem quoq; voluit glo. in.l.qui luminibus.& ibi etiam Bartolus.ff.de ſeruit.vrba. prædio. idem ſequuntur Paulus ibi nu. 2. Florianus num.1.glo.in cap.abbate.in glo. 3.de verbo.ſignific.Abbas ibi num.10. Bartolus per textum ibi in. l. etſi fortè.§.1. ff. ſi ſeruit.védicet.Paulus ibi.nu.3.Florianus in prin.idem Bart.in.l.ſi prius.col.3.verſic.reſtat vt videamus. ff.de noui oper.nunt.Angelus.§.æquè ſi agat.num. 15. vbi dicit hoc eſſe notandum Iaſ.ibi num.41.de actio.Inſtitut.Cepola de ſeruit.vrba. prædiorum.c. 20.nu.7.Franciſcus Balb.in tract. præſcrip. 2.par.4.part.principalis.quæſt.1.num.12.teſtantur eam eſſe communem Iaſſon in.l. quominus.num. 31. ff. de flumi. Melchior Clin.in cap.1.nu.18.de cauſa poſſeſ. & propriet.ſequuntur eam Matthæus de Afflict.

M deciſ

deciſ.388.nu.2.Guido papæ deciſione.298.
nu.1.Boërius deciſ.125.col.5.
15 Quare elegãter Baldus ſcribit in.l.de qui
bus.nu.35.ff.de legib.ad finem.negatiuum
non poſſe præſcribi niſi ex eo reſultet affir-
16 matiuum.Adde quòd etiam ſi violẽter do
minus ædificij paſſus ſit non ædificari, &
ita prohibitioni acquieuerit,quæritur hæc
quaſi poſſeſsio. ita enim voluit Bart. in.l.1.
§.in operis. 4. oppoſit.num.2.ff.de noui o-
per. nuntia. Cuius opinionem falſam eſſe
reor vel ſolius textus noſtri argumẽto ibi,
nec vi.vbi oportet hãc quaſi poſſeſsionem
non eſſe violentam vt proſit poſsidenti.
17 Procedit tamen doctrina gloſ. & com-
munis, etiam ſi prohibitio fuerit extraiudi
cialis. quod ex Abbate refert Iaſ. idẽ ſequu
tus in illa.l.quominùs.num.31.& ſequitur
Caſtellus in.l.64. Taur.col.15. Cuius rei ra-
tio eſt, quoniam prohibitio ſeu denuntia-
tio conſtituit poſſeſſorẽ qui poſſeſſor non
erat.l.ſi is qui pro emptore.§.ſi ſeruus. ff. de
vſucapio.l.1.§.quod prætor ait.verſi.quæſi-
tum. ibi, maximè. ff. quor.legat. ratio autẽ
quare ante prohibitionẽ non ſum in quaſi
poſſeſsione ea eſt, quoniam requiritur fa-
ctum hominis ordinatum ac veluti præpa
18 ratum ad illam quaſi poſſeſsionem. Poſſeſ-
ſio enim rerum incorporalium, authore
Innocentio in cap.in literis.nu.9.de reſtitu.
ſpoliat.eodem ferme modo quæritur, quo
poſſeſsio rerum corporalium, nempè cor-
pore & animo, vel facto & animo.
19 Ex hac communi omnium reſolutione
infertur,vaſſallos dñi alicuius, etiam ſi nõ
fuerint venati per mille annos, non poſſe à
venatione per dominũ prohiberi,cùm nul
lo facto acquiſierit quaſi poſſeſsionẽ prohi
bendi eos à venatione, quouſq; eos ſemel
ſaltẽ prohibuerit, & illi ꝓhibitioni acquie-
uerint.authores huius illationis ſunt Iaco-
binus de ſancto Georgio in tractatu de feu
dis.§.& cũ venationibus.nu.2. Decius cõſi.
197.in cauſa inquiſitionis.col.2. Balbus de
pręſcr.4.par.5.par.q.5.nu.4.Ripa in.c.cùm
eccleſia ſutrina. n.51.de cauſ.poſ. & ꝓpriet.
idẽ in.l.quominùs.nu.133.ff.de fluminibus.

20 Secundò infertur, quòd ſi per multos
quidem annos vicinus vel ciuis meus triti-
cum ſuum in molẽdinum meum trituran
dum detulerit,non eſſe me in aliqua poſſeſ
ſione compellendi ipſum ad meũ molen-
dinum accedere,præterquam ſi ſemel pro
hibuiſſem aliò ire,& ille meæ prohibitioni
acquieuiſſet, nã ex hac prohibitlone cum
patientia acquiro ipſe quaſi poſſeſsionem
huius iuris. quod Petrus in præſenti notaſ-
ſe dicitur,& poſt eum Cynus verſi.item du
bitatur.Bald.col.2.verſi. & ex prædictis in-
fert Petrus.Panor.in cap. ſignificante.nu.1.
de appelat. Iaſ.nu.31.Ripa. nu.133.in.l.quo-
minùs.ff.de flumini. atq; idem conſulit Si-
gnorolus de Homod.inter cõſilia Bal.cõſi.
70.volu.1.Iacobinus de feudis.verbo.& cũ
molendinis.nu.4.Franciſcus Marcus deci
ſione.123.& hãc etiam opinionem dicit du
bio procul eſſe cõmunem Epiſcopus Ciui-
tatenſis in regula.poſſeſſor.2.p.§.4.n.6.de
reg.iur.in.6.verſ. huic ſanè obiectioni. quã
tenet allegãs alios Ioãnes de Neuizanis cõ
43.nu.10. Sed & alia ſunt innumera exem-
21 pla huius propoſitionis. Et hoc de ſeruituti
bus negatiuis dictũ ſit.Nam in affirmatiuis
lõgè aliter acquiritur quaſi poſſeſsio, nã in
illis ſunt actus quidã qui fiũt iure facultatis
cuiuſdã,vt iter facere per agrũ alienũ,quod
ſemꝑ licet mihi,modò nõ ꝓhibear. l. diu⁹.
ff.de ſeruit.ruſt.prædior.l.3.§.1. ff.de acqui.
rer.domi. & in his actibus acquiritur qua-
ſi poſſeſsio trãſeundi per agrum alienum,ſi
triginta vicibus per vnum annum tranſi-
tum quis fecerit per agrum alienum. text.
eſt in. l.1. in prin. vorſi.hoc interdicto. ff.de
22 itin.actuq; priuat. Sũt verò actus quidam,
qui non explicantur iure facultatis, ſed po
tiùs iure debiti,vtpote,aquam ex alieno du
cere, & in his per vnicum actum acquiri-
tur quaſi poſſeſsio in his incorporalibus.l.
1.verſic.quod autẽ ſcriptum eſt.ff. de aqua
quoti.& æſtiu.ibi,non quotidie,ſed hoc an
23 no, vel vno die, vel vna nocte. Hinc in-
fertur ex vnica electione acquiri eligenti
quaſi poſſeſsionẽ eligẽdi.c.querelã.de elec.
24 Et ex vnica pręſentatiõe acquiritur quaſi
poſſeſ-

poſſeſsio iuris patronatus.c. conſultationi-
bus.de iure patro. & tenet hanc illationem
glo.in cap.cum eccleſia.in parte, trium Epi
ſcoporum.de cauſ.poſſ.& propri.quam ibi
ſequuntur Innocentius,Bald.& Panor.nu.
22.Melchior Clin.nu.17. teſtatur eſſe com-
munem eam ſequutus Ripa. ibi. num. 90.
& idem quoque (licèt non ita clarè) vide-
tur etiam ſignificaſſe glo. fin.in cap.ſi verò,
de iure patro. vbi eam ſequitur Panor. nu.
& voluit idem Bartolus in.l.1.§.hoc interdi
cto.nu.1.& iterum num.6. de it.actuq; pri-
uat.Calderinus conſilio.12. ſub rubr. de iu-
re patro.Antonius de Butr.in cap.ſi. nu. 24.
& iterum num.28.de cauſ.poſſeſ.dicit hanc
eſſe communem opinionem Decius, eam
ſequutus conſilio. 124. & eam tenet ipſe al-
legans alios in.l.ſi emancipati.num.4.verſi.
ſed tamen videtur. de collat. Paulus de Ci-
tadinis de iure patro.6.par.artic.3.nu.17.Ro-
chus de Curte. in parte, competens alicui.
quæſt.14.teſtantur hanc opinioné eſſe com
munem eam ſequuti Lambertinus de iure
patr.lib.2.1.part.3.quæſt.articulo.11. num.5.
verſi.reperi etiam.Bellonus conſi.85. quam
ſequitur allegans multos Rolandus a Vallè
conſi.47.nu.27.& ita videtur ſatis notabilis
eſſe hic primus gloſſæ intellectus ad legem
Secūdus.l. huius intellectus. hanc,quem approbant doctores pro intelli
gentia huius text.teſte Fabro ſtatim in prin.

25 Secundo modo legitur text. hic vt agat
de præſcribenda libertate aduerſum ſerui-
tutem tempore vel promiſsione quæſitam.
Et ſecundùm hanc ſecundã lectionem hoc
dicit textus in ſumma, Libertas ædes altiùs
tollendi, quęritur longo tempore ab eo qui
eſt in quaſi poſſeſsione libertatis. Et ſecun-
dùm hanc lectionem exponitur tex.ibi ſer-
uitutis, ſcilicet, amiſſæ. Ex hac lectione tu
collige in præſcribendo iure libertatis ne-
ceſſariam eſſe bonam fidem in præſcribéte.

26 Pro cuius rei intelligétia præmitti opor
tet, malam fidem produci à ſcientia rei alie-
næ.l.item veniunt.§.petitam. ff.de peti. hæ-
redit.glo.ſciétes.in.l.1.C.de his qui.vt indig.
Bona fides producitur ab ignorãtia rei alie-
næ.l.bonæ fidei emptor.ff.de verb.ſignific.
l.ſi exiſtimans. ff. pro ſolut.l. ſi fundum.ff.
de acqui.poſſeſ.l.fin.C.vnde vi. Non bona
fides producitur à dubitatione.gloſ.in.l.3.§.
fi.in glo.non bona.ff. de acqui. poſſ.quam
ibi in hoc notant Alexan.num.6.Iaſſ.num.
19.& eſſe cómuniter receptam teſtatur Epi-
ſcopus Ciuitaten.in cap.poſſeſſor.2.par.§.7.
nu.3.de reg.iur.in.6.

27 Aliquando tamen non bona fides pro-
ducitur ab ignorãtia, vt in poſſeſsione quę-
ſita domino ingnoranti per procurato-
rem. gloſſ.in. l. 2. ff. pro ſolut.alia in. l. 1. de
acquirend.poſſeſ. alia in. l. poteſt pluribus.
de vſucap.ff.

28 Sicuti igitur in præſcribendis rebus cor-
poralibus neceſſaria eſt bona fides.l. lógi.ī.
de longi temp. præſcript. l. fin. communi.
de vſucapio.quibus conuenit.l.7. tit.11.libr.
2.foro legum.l.29.titu.29.part.3. Imò mala
fides in parte rei poſſeſſæ vitiat vniuerſam
præſcriptionem.l. emptor fundi.ff. pro em
ptore. Ita etiam illa requiritur in pręſcriptio
ne ſeruitutum, vt in hac lege.& in.l.fi. infrà
de longi tem.præſcrip.l.fin.ff.quemadmo.
ſeruit.amittant.l.ſi.ff.de itin. actuq; priuat.
l.ſi precario. verſic. cæterùm. iuncta glo.ff.
comm.prædior.l.2.infrà de long.temp.præ
ſcript.quæ pro libert.

29 Eſt tamen in hoc differentia inter bonã
fidé in corporalibus præſcribédis, ac etiam
in incorporalibus: nam prior illa produci-
tur ab ignorantia rei alienæ, hæc autem à
credulitate proprij iuris.

30 Eſt & alia differentia, quòd in præſcri-
ptione rerum corporalium ſatis eſt bonam
fidem interuenire à principio, licèt eſſet in
curſu ipſo præſcriptionis. l. ſequitur.§. de
illo. verſiculo. anteaquam. ff. de vſucapio.
l. 2. §. ſi ſeruus.ibi, initium enim poſſeſsio-
nis ſine vitio fuiſſe. ff. pro empto. l. vni-
ca. verſiculo. hoc tantummodo. de vſuca-
pio. transfor. licèt in contractu emptionis
& venditionis propter ipſius frequentiam
duobus temporibus bona fides requiratur,
& tempore celebrati cótractus, & fictæ tra
ditionis rei venditæ.l.2.in prin. l. qui fundũ
§.qui bona. ff. pro empto.l.3. ff. pro ſolut.l.

4.cum gloſſ. vbi ego latiùs de hoc agam in
frà pro empto.

31 In præſcriptione tamen incorporalium
perpetua bona fides in finem vſque pręſcri
ptionis requiritur.l.2.verſic. quòd ſi ante.in
frà eodem. Ex quo textu propoſitionem
hanc deducit eleganter Ioannes Faber in.§.
æquè ſi agat.nume.24. de actio. Inſtit. cu-
ius opinionem ſequuntur Balbus. de præ-
ſcript.2.p.4.part.prin.quæſt.1.nu.11.Lopius
in repet.cap.per veſtras. de dona.inter vi.&
vxor.§.48.nu.39. Corraſius in. l. ſeruitutes.
nu.41.de ſeruit.tit.generali.Paulus Pariſius
conſi.50.nu.8. vol.1. Parum enim referre hi
exiſtimant ab initio quis doloſè in vſu ſer-
uitutis verſatus ſit, an poſtea hoc facere cœ
perit. Rationem differentiæ eam eſſe Faber
exiſtimat, quoniam qui præſcribit rem cor
poralem, fundatã habet intẽtionem ſuam,
cùm præſcribat rem pręſcriptibilem omni
iure: qui verò præſcribit ſeruituté, videtur
præſcribere rem minimè vſucapibilem. l.ſi
aliena.§.hoc iure. ff. de vſucap. quare maior
ſolennitas in hoc requiritur. Sed contra hãc
celebrem Baldi deciſionem ſoleo ipſe expẽ
dere textum in illa.l.vnica.de vſucap.tranſ-
for. vbi lex generaliter ſtatuit ſatis eſſe, ſi vel
à principio interueniat bona fides, & in-
quit Imperator agere ſe de rebus mobili-
bus, ſiue de immobilibus, ſiue illis, quæ
immobiles eſſe intelligũtur, vbi gloſ. intel-
liguntur, interpretatur text. in illis verbis
de mancipijs ruſticis, & de ſeruitutibus re-
rum, vel perſonarum: quaſi & in illis quo-
que ſatis ſit bonam fidem à principio inter-
uenire. Sed expendenti mihi textum illum
contra Fabri opinionem, non paucis autho
ribus Salmanticæ, quæ iure quidem apud
nos doctrinæ domus habita eſt, reſponde-
bant in circulis quidam ex illis verba illa
Imperatoris ad tempus præſcriptionis, de
quo principaliter agitur in illa lege, non
ad bonæ fidei cauſam pertinere. In praxi au
tem à Fabri opinione non recederem, com
mũnis enim mihi eſſe videtur, & vix certis
caſibus ius ciuile perpetuã bonam fidem re
quiſiuit, vt in hac præſcriptione ſeruitutũ.

32 Item in præſcriptione fructum. l. ſed ſi
lege.§.de eo autem.ff.de peti.hære.

33 Item vbicunque præſcriptio procedit
ſine titulo aliquo particulari ex ſolo gene-
rali titulo pro ſuo. l. ſi ancillam.ff.pro ſuo.
Cuius rei ratio eſt, quoniam titulus ille de-
bilior eſt, atque ideo eum adiuuari opor-
tet ex perpetua bona fide. ita eium illum
textum interpretatur Baldus in. l. ancillæ.
num.12. C. de furt. quem ibi ſequitur An-
gel.& ante hos Odofre.in.l. vnica. num.4.
C.de vſu.transfor.

34 Tertia differentia eſt, ꝙ licèt in præſcri-
ptione rerum corporalium bona fides ſem
per præſumatur.l.penult.C.de euict.glo.in
prin.de vſucap.Inſtu.in parte, qui bona fide.
alia in.l.ſuper longi.de præſ.longi tempor.
alia in.c.ſi diligenti.& in.c.fi.de præſcrip.&
in.c.ſanctorũ.verb.ſincerè.eod.tit.quarum
opinionem tẽſtãtur eſſe communem Bart.
in.l.Celſus.nu.17. ff.de vſucap. Curtius Iu-
nior.conſ.28.num.4.Alciatus.3.regula.præ
ſump.5.Epiſcopus Ciuitaten.in.c.poſſeſſor.
de regul.iur.in.6.2.part.§.8. nu.2. Tiraquel.
35 de præſcrip.§.1.glo.2. modò illa allegetur.l.
ſi adulteriũ cum inceſtu. §. idem Pollioni.
36 ff.de adulter.in præſcriptione tamen ſerui-
tutum bona fides nunquã præſumitur niſi
probetur.gl.ſingularis in.l.1.§.1.in glo. vſus
erit.de itine.actuq; priuat.in illis verbis glo.
ſed poteſt dici contra quam ibi ſequuntur
Bart.nu.12.reprehendens Dynum tenétem
contra illam gloſſam.idem Angelus de Pe-
ruſio, qui falsò ſibi perſuadet, ſufficere ſi
allegetur hęc bona fides. & hanc opinioné
tenet cótra Dynũ Ioannes Faber in.§. æquè
ſi agat.nu.23.de act.Inſtit. Cynus in pręſen.
Bal.fi.col.verſi.quęro vlterius.qui dicit hãc
eſſe veritaté.Paulus de Caſtr. cóſi.243.nu.2.
volu.2.Aretinus conſi.30. 2.dubio.Alciatus
in.l.bonæ fidei emptor.num.6. ff. de verbo.
ſignif.& in.5.præſumpt.3.regulę.nu.6. teſtã
tur hanc opinioné eſſe cóem eam ſequuti
Panor.in.c.ſi diligenti. nu. 8. Imola.ibi.nu.
13.idem Ioannes de Imola in.c.fi.num.15.de
præſcr.Balbus.2.par.4.par.q.1.nu. 4. Caro-
lus Ruynus cóſi.118.volu.2.n. 4.ea ſequuti

tametſi

tametſi hîc quoq; bonam fidem eſſe præſumendam velit Dynus ibi, contra glo. illam. cuius opinionem aduerſus gloſ. teſtâtur eſſe communem Albericus ibi. nu. 4. eam ſequutus. quam etiam teſtatur eſſe communem cótra glo. Martinus Laudenſis in. l. ſeruitutes prædiorum. nu. 14. de ſeruit. ff. atq; eam videtur pro communi habuiſſe Alex. conſi. 78. nu. 13. volu. 2. cómunemq; eſſe affirmat Brunus in tracta. de augment. & dimi. 18. particula. limit. 4. num. 3. & ex multis eam probat Corraſius in illa. l. ſeruitutes. Sed prior opinio glo. & verior eſt, & communior.

37 In præſcribenda tamen libertate contra quancumque ſeruitutem bona fides ſemper eſt præſumenda. quod Alber. in præ. notauit. nu. 1. Panor. in illo cap. ſi diligenti. Florianus in illa. l. ſeruitutes. num. 28. quoniam faciliùs res reuertitur ad ſuam naturam. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. verſi. quod in ſpecie. ff. de pact.

38 Sed contra text. hunc in hac parte, imò quòd minimè requiratur bona fides in præſcribéda libertate ſeruitutis, allego textum in. l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſucapio. vbi libertas contra præſcriptam, vel conſtitutam ſeruitutem quæritur ex ſola negligentia domini prædij dominantis non vtentis ſeruitute, etiam ſi dominus prædij ſeruientis illum vi vti ſeruitute prohibuerit. Pro intelligentia huius difficultatis eſt hoc in loco conſtituenda differentia inter præſcriptionem libertatis vrbanæ, & libertatem præſcribendam cótra ruſticam ſeruitutem: nam in vrbana requiritur ſemper bona fides, in ruſtica ſola negligentia aduerſarij. quam differentiam ponit glo. ordinaria in l. fin. in parte, credidit. ff. quemadmodum ſeruit. amittant. quam ibi ſequitur Bartol. mirum autem eſt Accurſium ibi non allegaſſe text. in illo. §. ſi viam. atque ita ex hac differentia interpretantur text. in illo. §. ſi viam. Bartol. in proprio loco. Paulus de Caſtro. nume. 3. dicens nótabilem eſſe gloſſ. in illa. l. fina. in parte, credidit. idem Bartolus in præſenti. nume. 4. & ante eum Petrus & Cynus. num. 5. quos refert ac ſequitur Bal. num. 12. Salicetus num. 8. teſtatus hanc eſſe communem reſolutionem. & idem etiam voluit Barto. in. l. ſi ædes. §. libertas. colum. 1. ff. de ſeruit. vrba. prædior. idem Barto. in. l. hæc autem iura. num. 1. ff. eod. tit. Panormi. in cap. de quarta. fin. col. de præſcript. Fely. in cap. illud. num. 2. eod. titu. Cepola de ſeruitut. vrban. cap. 20. num. 2. verſic. ſed nunquid. Florianus in dict. l. ſeruitutes. nu. 28. vbi eam opinionem teſtatur eſſe communem Corraſius nu. 41. Alex. nu. 10. Iaſ. nu. 8. in. l. fi. ff. de eo. per quē fact. erit. quæ probari videtur lib. 16. tit. 31. par. 3. quę dum loquitur de præſcribéda libertate ſeruitutis vrbanæ, requirit bonam fidem, quam nó exigit nominatim in præſcribenda libertate ruſticæ ſeruitutis, quaſi innuat hîc non eſſe neceſſariam. argum. l. maritus. C. de procur. l. cùm prætor. ff. de iudi. & ita tenet Grego.

39 ibi. glo. 3. Rationem autem differentiæ videtur ponere ipſe Iurecóſultus in illo. §. ſi viā. quoniā nec poſsideri intelligitur ius incorporale, ſed eadem videtur militare in ſeruitute vrbana cùm ius vtriuſq; æquè incorporale ſit. Et ratio etiā primæ rationis Cóſulti, qm̄ mero iure nemo dę via truditur, habet etiā locum in ſeruitute vrbana, à qua nemo etiā trudi pót. Quare nó immeritò diſplicet ratio cóſulti Bartolo ac Paulo de Ca-

40 ſtro ibi. vnde hi duo adhęrét opinioni gl. in parte credidit, exiſtimātes ideo non requiri in ſeruitute ruſtica occidenda boná fidem, quoniam ea procedit ex ſola negligétia aduerſarij, in præſcribenda autem libertate ſeruitutis vrbanæ requiritur factum hominis. dict. l. hæc autem iura. & dicit eſſe hanc rationem communem Corraſius in. l. ſeruitutes prædiorum. in princip. nume. 42. ff. de ſeruit. Sed quantum valeat hæc conſequentia communis, hæc ſeruitus vt pereat oportet factum hominis interuenire, igitur requiritur in ea occidenda bona fides, aliorum eſto iudicium. Licèt enim bona fides in facto conſiſtat. l. bonæ fidei emptor. verſic. in contrarium. ff. de acquir. rer. domi. Barto. nu. 12. in. l. ſi is qui pro emptore. ff.

re.ff.de vſucapio.diuerſæ ſunt ſpecies facto rũ,aliud enim eſt altius tollere, aliud putare aliquem ſe ius habere altiùs tollendi.

41 Mihi verò ex integro nõ facit ſatis,quare dum meliora inuenio, ſequor rationem Martini Sillaniani, quam refert in præ. Alberic.nume.2.quamq; vnico verbo Iaſſoni placuiſſe video.in.l.fin.in prin.num.8.ff.de eo.per quem fact. erit. dicẽtis ſeruitutes vrbanas longè digniores eſſe ac nobiliores ruſticis vel ſola ſubiecti ratione, quare difficiliùs illæ amittuntur.

42 Exiſtimat autẽ Bartolus in illo.§.ſi viam. illum textũ eſſe adhuc incorrectũ, tametſi generaliter bonam fidem in quacunq; præſcriptione exigat ius pontificum.c.vigilanti.c.fin.de præſcrip. quod ius exiſtimat Bartolus non compræhendere præſcriptiones ex ſola eius contra quem intenduntur negligentia procedentes. atque idem voluit etiam Bartoli opinionem pluribus ſuſtinẽs Lodouicus Romanus ibi num.6.idem Barto.in illa.l.hæc autem iura. vbi idem ſequitur Florianus num.1.& ſecũdum hanc opinionem pronuntiarunt Tholoſates Deciſ. 74.atq; communem eſſe teſtatur Carolus Molinæus ad Alexandrum.conſi.99.lib.4. col.2. & idem videtur ſequutus Gregorius in.l.partitæ, quam paulò antè allegaui. Verùm generalis eſt epiſtola illa decretalis, quam ex concilio generali refert Lucius tertius,& vix eſt, vt Bartoli reſtrictionem admittat. Quare Bartoli deciſionem in proprio loco doctores omnes reprehendunt, exiſtimantes in præſcribendis etiam actionibus iuxta formam text.in.l.omnes. & in l.ſicut in rem.C.de præſcr.30.vel.40.annorum. neceſſarium eſſe bonam fidem ex iure Canonico. Et Bartoli opinionem teſtatur eſſe communiter reprobatam Panorm. in cap.iura.num.7.de iure patronat.teſtantur prætereа hanc eſſe communem opinionem Alciatus.in rubri.de præſcript. nu.48. Franciſcus Ripa in.l. nemo poteſt. nu. 105. ff.de legat.1.Bernardus Diaz de Luco. regula.578. præſcriptionem. Epiſcopus Ciuitatenſis in regula poſſeſſor. de reg.iur.in.6.2. part.§.11.Tiraquellus de retract.conuentio. §.1.glo.2.nu. 20. doctor Didacus Perez in.l. 3.col.3.tit.13.lib.3.ordin.

43 Quare difficilè ſuſtineri poteſt ſanctio. pragmatica. 157. facta in comitijs conuẽtis Mantuæ Carpentanorum. an.1528. qua ſtatuitur aduerſus ſalarium e meritum ſeruitorum præſcribi, ſi triẽnio poſtquam illi à dominis receſſerint, ſalarium illud non petierint, rarò enim præſciptio hæc bona fide procedet.

44 Poterit tamen illa ſanctio pragmatica procedere, ſi creditor, vel dominus neſciat ſe illa obligatione teneri.ita enim eam interpretatur Oroſcius, dicens ſe ita ex facto conſultum reſpondiſſe in.l.omnes populi.num.76.ff.de iuſti.& iur. Quod facilè accidere poſſet in familia domoq; magnatum, qui cum multo ſatellitio vti ſoleant, neque ad rationes has minutiſsimas animum aduertant, œconomis ſuis harum rerum cura demãdata, facilè ignorabunt huiuſmodi aduerſus ſe familiæ ſuæ obligationes. Et ita regiam illam pragmaticam interpretatur Mẽchaca de ſucceſſ.creat.§.10. nu. 33.diligenter (more quidem ſuo) eius declarationem proſequutus.

45 Poſſet tamen nouiter attentari, nullam hic eſſe conſtituendam differentiam inter præſcriptionem libertatis contra ſeruitutem vrbanam ac ruſticam, ſed requiri etiã in hac bonam fidem, ex regula generali, qua in cuiuſcunque rei præſcriptione perpetuò bona fides requiritur. & textus in. §. ſi viam. ſit hoc pacto intelligendus, quòd is, qui dominum ſeruitutis prohibuit illa vti, etiam ſi vi prohibuerit, prohibuit tamen bona fide, exiſtimans ſe habere ius prohibendi, quaſi exiſtimaſſet ille aduerſario ſuo non competere ius illud viæ, quod textus ſupponit ibi competere. Nam qui clam precariovè poſsidet, vt hic non poſsit præſcribere, in manifeſta mala fide conſtituitur: qui verò vim alterius poſſeſſioni intulit, fortaſsis non mala fide facit. Nam quòd clandeſtinam poſſeſsionem ac violentam pari paſſu ambulare caſus iuris conſultus

conſultus ſignificauit in. l. rem quæ nobis.ff.de acqui.poſſeſſ.vbi id notat Bart.ſtatim in primis verbis aliò referri oportet. Hæc non ita vulgaria ſunt, tu interim qui iudicas,cómunia ſequitor. Et ita expeditæ ſunt à me duæ priores lectiones huius text.

46 . Sed anteaquàm ad tertiam tranſeamus, quęrit(nec importunè)circa hanc ſecundã lectionem gl.Finge,quòd precario ego aliquam ſeruitutem poſsideo, ab alio tamen precario accepi quàm à domino ædiũ ipſarum,contra quem contẽdo me libertatem pręſcripſiſſe,an in hoc precario hęc rogatio impediat præſcriptionem.Et videtur nõ impedire ex tex. in.l.1.§.fin.& in.l.2.ff.vti poſſidet.vbi qui eſt in poſſeſsione, eſt tuendus in ea ad vſum quemcunq;,præterquam cõtra eum,à quo rem habet vi,clam,vel precario.Verùm text.ille in poſſeſsione agit,quæ nõ maximi mométi res eſt, nos autẽ in pręſcribenda libertate ſeu ſeruitute,quæ res cũ in proprietate conſiſtat,nõ ita facilè eſt conſideranda. Quare gloſ.exiſtimat impediri hoc caſu præſcriptionem, cùm ille malæ fidei poſſeſſor ſit,ſciens ſe iure ſuo re illa non vti lege.ſi ædes meę.in prin.ff.de ſeruit.vrb. prædior.gl.opinionem ſequuntur in pręſenti Cynus.2.quęſt.Bartolus num.5.Bal.col.3. num.14.Ange.nu.8.Fulgo.num.4.Salicet. num.9.Paul.num.5.& ante omnes Odofredus num.4.ex quibus Bald.& Pau.id intelligunt,niſi de pręſcribẽda libertate agatur, tunc enim precariam poſſeſsionẽ non obeſſe exiſtimant.Sed mihi ſuperiorum omniũ ſententia vt indiſtinctè communior eſt, ita quoq; verior eſſe videtur.

47 Tertiò principaliter legitur textus hic ſecundùm tertiam lectionem gloſſæ, vt velit dicere ſummatim.patientia eius,qui vi, clã, precarióue poſsidet, non tribuit ius alicui præſcribendæ ſeruitutis. Et hãc lectionem dicit Bartolus in præſenti eſſe longè notabiliorem,quam & Faber ſequitur: quoniam (vt inquit ille) notabilior eſt. Ratio huius intellectus ſita videri poteſt in regula iuris peruulgata,quæ habet,neminem plus iuris in alium transferre poſſe, quàm ipſe habet. l.nemò poteſt plus iuris.ff.de regu.iur.l.clauibus.ff.de contra.empt.l.traditio.ff. de acqui.rer.dominio.

Tertius .l. huius intellectus.

48 Et huc ſpectare videtur textus elegans in.c. conſultationibus. verſicu. ſi verò non poſsidebas.de iure patro. vbi ſi aliquis veluti patronus (cùm tamen patronatum non poſsideat,ſed ſit eius iuris detentator & patronus eſſe credatur)pręſentet clericum ad aliquam prębendam,non tribuit ius vllum præſentato. Guillelmus tamen de Cugno celebris ille iuris interpres intellectum hũc non admiſit:neq; enim patiebatur ille vitiũ poſſeſſoris impedire præſcriptionem in pręſcribente, cùm fundus ipſe ſit qui præſcribat,non is qui præſcribit.l.qui aliena.§.fi.ff. de neg.geſt.facit etiam ex Guillelmi ſententia text.in.l.inter quos . §. ſi dominus. ff. de dam.infect.in.l.Imperatores.ff. de publica. & vectigal. l. qui fundum. ff. quemadmo. ſeruit.amittant.Bald.& Salice.in præſen.gl. intellectum ſequuntur reſpectu poſſeſsionis precariæ vel clandeſtinę:nan qui ita poſſidet, vix eſt, vt poſsit alteri concedere cauſam præſcribendi,cùm verus dominus verè poſsideat,is verò qui vi poſsidet, cùm alte-
49 rum iure poſsidendi prohibuerit,poteſt pręſcribenti occaſionem dare præſcriptionis. ex eleganti doctrina Innocentij in.c. bonæ. 2.nu.1.verſ.ſed hoc ipſo.de poſtulat.prælat. vbi ille inquit, quòd ſi dominus fundi non poſsidet, non eſt neceſſaria ſcientia eius ad præſcribendum.& eius opinionem ſequũtur ibi Hoſtienſis colũ.2.in fi. Antonius de Butrio.num.13.Panormit.nu.20. AEgidius de Bellamera nu.5.&.8. licèt Imola dubitet nu.11.Paulus verò Caſtrenſis aliter Guillelmi opinionem accipit, vt illa quidem vera ſit,ſi modò veri domini eius prædij contra quod imponitur ſeruitus, ſcientia, & taciturnitas intercedat.

50 Ex ſuperioribus infert eleganter Barto. quòd ſi tyrannus occupet aliquod territorium,& ego cum ſcientia ac patientia tyranni illius præſcripſerim iuriſdictionem in aliqua parte illius territorij, præſcriptionem non valere ,cùm ab eo habeam ſcientiam

patientiam, qui malæ fidei poſſeſſor eſt. Ex quo denuò infert Barto. nu. 9. ciuitates Italiæ, quæ ſubditæ erant imperio, etiam ſi per multos annos ſteterint vacante imperio ꝙ non recognouerint ſuperiorem, adhuc nõ potuiſſe præſcribere contra ipſum imperium: quoniam quaſi poſſeſsio in hac cauſa nil aliud eſt, quàm patientia cum ſcientia eius, contra quem præſcribitur: ſed cùm nõ fuerit hîc ſcientia, nõ potuit creari hæc quaſi poſſeſsio materiã præbens præſcriptioni.

51 Innuit igitur dominus Bartolus in hac ſua illatione, cùm ita generaliter loquatur, in præſcriptione meri imperij requiri ſcientiam ac patientiam aduerſarij, etiam ſi longiſsimi tẽporis ſit illa pręſcriptio. Quod in præſcriptione etiã immemoriali tenuit idem Bartolus in. l. 1. §. deniq;. ff. de aqua pluui. arcen. idem Bartolus in. l. ſi publicanus. §. in omnibus. ff. de publi. & vectiga. idẽ Bart. in. l. quominus. nu. 4. ff. de flumini. quem ſequitur Panormi. in. c. cùm nobis. num. 4. de præſcript. atq; cõmunem eſſe hanc Bart. opinionem teſtatur Ioannes Lopius in repet. c. per veſtras. 2. notab. §. 48. Sed eſt pulchra. num. 34. de donat. inter vir. & vxorẽ. Contrariam tamen opinionem, imò quòd nulla principis ſcientia requiratur in hac centum annorum præſcriptione, tenet glo. ordinaria in. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æſtiua. verbo, memoriam. cuius opinionem tenet Bald. in. c. 1. nu. 3. quæ ſint regal. & teſtantur hanc opinionem eſſe communem Alexander conſilio. 6. vol. 1. num. 4. Iaſ. in. l. imperium. num. 21. ff. de iuriſ. om. iudic. Decius conſilio. 85. num. 2. Tiraquellus de nobilit. c. 14. nu. 4. Epiſcopus Ciuitatẽſis in regula. poſſeſſor. 2. par. in initio. nu. 8. verſ. tertiò ſupraſcripta.

52 Quare fallitur Lopius nu. 43. vbi ſupra. exiſtimans legem ordinamenti fin. titul. 13. lib. 3. ordinamẽ. qua diſponitur pręſcriptionem iuſtitiæ, hoc eſt meri imperij, admitti etiam contra principem, modò immemorialis ſit, vt id accipi debeat cum principis ſcientia ac patientia; nam & in illa præſcriptio hæc longiſsima procederet, neque immemorialis eſſet neceſſaria, ſed centenaria. Ita enim ex facto reſpondit Oroſcius idem ſequutus in. l. imperium. num. 15. ff. de iuriſ. omni. iudic.

53 In præſcribenda ſanè iuriſdictione contra principem ſpatio quadraginta annorũ iuxta text. legis regiæ opus eſſet eius principis, contra quem pręſcribitur, ſcientia. Item in præſcribendo mero ac miſto imperio cõtra priuatum aliquem, cuius præſcriptio ordinaria eſt decem annorum inter præſentes, viginti inter abſentes, nam in hoc frequentiores conueniunt. quod allegantes

54 alios teſtantur Iaſ. num. 20. Oroſcius nu. 13. in. l. imperium. ff. de iuriſ. om. iudic. Epiſcopus Ciuitatenſis in. c. poſſeſſor. de regu. iur. lib. 6. 2. par. §. 3. num. 5. Tametſi exiſtimauerint nonnulli merum ac miſtum imperiũ præſcribi non poſſe niſi tempore immemoriali. quorum opinionem & veram eſſe & communem teſtatur Curtius iunior conſi. 174. num. 26. Sed ſuperior opinio & verior eſt, & communior.

55 Admonet autem Bartolus in finalibus verbis quæ ſcripſit in legem hanc, aduocatum vt ſemper deducat ſcientiam ac patiẽtiam eius, contra quem huiuſmodi præſcriptio intenditur.

56 Quibus caſibus autem diximus in ſuperioribus neceſſariam eſſe principis licẽtiam, ſatis eſſe exiſtimant, ſi vel magiſtratuum ac prætorum eius loci ſcientia adſit, & patiẽtia. ita enim voluit Barto. in illo. §. in omnibus. Cuius opinionẽ communẽ eſſe conſtat ex Epiſcopo Ciuitatenſi in ca. poſſeſſor. de reg. iur. in. 6. 2. par. in initio col. antepenul. licèt nonnulli contrarium cenſuerint, & ita fuiſſe pronuntiatum Neapoli, affirmat Capitius idem ſequutus deciſ. 57.

57 Vltimò quærit gloſ. magna in fine, quænam ſint actiones hæ, quæ competunt pro vendicanda ſeruitute. Et gloſ. reſpondet vti poſsidetis interdictum competere, itẽ actiones confeſſoriam & negatoriam.

58 Pro gloſſæ huius intelligentia oportet animaduertere, ꝙ ſicuti in corporalibus eſt proprietas, ita & in incorporalibus eſſe quædam

quædam quaſi proprietas, quod ſuperiùs obſeruaui. Sicuti igitur ratione quaſi poſſeſſionis dantur in corporalibus remedia poſſeſſoria vtilia, ita ratione quaſi proprietatis dantur in rem actiones confeſſoria & negatoria. l. 2. in princi. ff. ſi ſeruit. vendicet. confeſſoria competit ei qui contendit ius ſeruitutis ſibi deberi, negatiua autē ei datur, qui negat ędes ſuas ædibus alterius vllam debere ſeruitutem.

59 Competunt hæ actiones ſaltem vtiliter creditori ratione pignoris. l. ei qui. ff. de ſer-
60 uitu. Dantur etiam vtiliter ſuperficiario. l. 1.
61 §. fina. ff. de ſuperficie. Datur præterea confeſſoria fructuario pro vendicanda ſeruitute debita fundo. l. 1. §. idem Iulianus. ff. de re-
62 miſſion. Sed illi textui maximè refragatur text. in. l. 1. in princi. ff. ſi vſusfruct. petat. vbi Marcellus, Iulianus, Labeo, Nerua, & qui hos quatuor refert Vlpianus, exiſtimarūt fructuario confeſſoriam actionem non dari pro vēdicanda ſeruitute debita fundo in quo habet vſumfructum. Glo. 1. ibidem dupliciter eum textum ab hac explicat difficultate. Primò vt intelligatur de actione directa, quæ fructuario non datur. text. autem in. §. idem Iulianus. de vtili. ſic accipiendus. Vel ſecundò, quòd textus in illa. l. 1. in prin. ſit accipiendus, vt recta via non cōcedatur hæc actio fructuario, ſed concedatur conſequenter ſi vendicet vſumfructū. Atq; has gloſ. ſolutiones Albericus ſequitur in proprio loco. Mihi verò neutra ſolutio placet, quare illas leges nouiſsimè ita interpretor, vt confeſſoria minimè hoc caſu competat fructuario. vt in illa. l. 1. in princi. ſed competat negatoria pro liberando fundo in quo habet vſumfructum à ſeruitute quæ illi imponitur. vt in. §. idem Iulianus. nam faciliùs in hac parte negatoria quàm confeſſoria debuit competere vulgari ratione. l. Arrianus. ff. de act. & obligat.

63 Item adde has actiones competere non ſolùm contra ipſum conſtituentem vel contra quem præſcriptum eſt, ſed etiam contra quemcunq; impedientem vſum illius ſeruitutis. l. ſi quis diuturno. §. fi. ff. ſi cer. vendi. l. vti frui §. vtrum. ff. ſi vſusfruct. petat.

64 Sed an ſolùm pro ſeruitutibus competāt hæ actiones, an & pro alijs etiam rebus incorporalibus puta vectigalibus, decimis, iuriſdictione, iure patronatus, & ſimilibus. Et Bald. quidem in. c. ſignificante. nu. 9. de appellat. conſtāter aſſeruit pro huiuſmodi iuribus incorporalibus has actiones nō competere. idem Bal. vbi agit nominatim de iure patronatus in. c. quanto. de iudicijs. Et videri poteſt opinionem hanc fuiſſe glo. in. l. in rem. §. loca ſacra. in gl. 1. ff. de rei vēdicat. dum ius patronatus exiſtimat peti oportere condictione ex canone, quaſi neget confeſſoriam actionem pro illo cōpetere. atq; idem videtur tenere glo. in. c. de moderamine. in glo. proximorumq;. verſ. vel veriùs dicas. 16. q. 1. dum condictione ex canone decimas petendas eſſe exiſtimat. atq; hanc opinionem teſtatur eſſe communem Alber. in l. ſi quis ita. num. 2. ff. de vſufruc. Sed verior ſententia eſt exiſtimantium etiam pro cæteris iurib⁹ incorporalibus actiones has cōpetere. quam tenuit Barto. in prælleg. §. in omnibus. nume. 3. vbi pro iure vectigalium concedit Bartolus confeſſoriam & negatoriam actiones. idem tenet Ioannes Faber in §. æquè ſi agat. num. 3. de actio. Inſtit. vbi in hoc dicit cōuenire omnes Canoniſtas. Angel. ibi. num. 11. Iaſ. num. 34. Gomecius nu. 12. Zaſius num. 35. Baldus in rubri. C. de vſufruct. verſ. quid dicemus. Paulus de Caſtro in. l. vt pōmum. in princi. ff. de ſeruit. fi. col. quam eſſe communem teſtantur Iaſ. eā ſequutus in. l. ſi priùs. num. 4. ff. de noui. oper. nunt. Rochus de Curte. de iure patro. verb. ius. num. 8. atq; hunc referens Lambertinus de iure patro. lib. 2. parte. 2. quæſt. 2. articu. 22. tametſi vtiliter has actiones hic cōpetere non directò quidem exiſtiment: atq; eſſe communem opinionem affirmat Alciat. in illa. l. ſi priùs. num. 53.

Sed vtiliter competant, an directò, pa-
65 rum intereſt. l. actio. ff. de nego. geſt.

Summa

¶ Summa rerum.l. Si aquam.

1 QVaſi poſſeßio ſeruitutis conſiſtit in ſcientia & patientia aduerſarij.

2 Quaſi poſſeßio hæc an ſit duplex, ciuilis & naturalis, ſicut rerum corporalium.

3 Ciuilis quaſi poſſeßio hæc in qua conſiſtat, & in quo etiam naturalis.

4 Vt conſuetudo aliqua præſcribatur, an ſit neceſſaria quaſi poſſeßio.

5 Ciuilis ſola eſt ſufficiens ad præſcribēdas res corporales. Sed non ſufficit ad præſcribendas ſeruitutes, in quibus utraq; requiritur. & nu. ſequenti.

7 Sed utra prædominetur, ciuilis ne an naturalis in hac ſeruitutum præſcriptione.

8 Præſcriptio immemoralis procedit ſine ciuili quaſi poſſeßione.

9 Libertas contra ruſticam ſeruitutem præſcribitur ſine ciuili quaſi poſſeßione.

10 Sed contrà eſſe in præſcriptione contra urbanam ſeruitutem.

π In præſcriptione cum titulo non eſt neceſſaria ciuilis hæc quaſi poſſeßio.

12 In præſcriptione ſeruitutum titulum non requiri. Et quæ ſit ratio, ſeruitutes eſſe qualitates corporū quibus adhærent.

14 Lege partitæ non ualere uenditionem propter ſuppreſſam ſeruitutem rei uenditæ.

15 Seruitutes quæruntur ipſis fundis, qui ſibi non poſſunt titulum acquirere.

16 Quoniam in præſcribendis ſeruitutibus requiritur ſcientia, non eſt titulus neceſſarius.

17 An in ſeruitutum conſtitutione cauſa requiratur.

18 Et an ſaltem ſit neceſſaria tituli allegatio.

19 Tex. ni. c. 1. de præſc. li. 6. tribus modis declaratur.

20 Ius colligendi decimas maximi præiudicij eſſe, quoniam ex illis annui reditus prouenirent.

21 In præſcribenda emphyteuſi & ſuperficie, quoniam ſunt magni præiudicij, requiritur titulus.

22 In præſcriptione ſeruitutis perſonalis requiritur titulus. Et traditur intellectus uerus ac communis. l. fin. de long. temp. præſcript.

23 Defectus tituli an arguat malam fidem.

24 Traduntur duodecim non omnino uulgares intellectus ad text. in. l. fin. C. de long. præſ. probantem ſine ſcientia domini præſcribi ſeruitutem.

25 Seruitutes præſcribi eodem temporis ſpatio quo res immobiles.

26 Seruitutes diſcontinuæ quanto tempore præſcribantur.

27 Seruitutes continuæ quæ ſint, & quæ diſcontinuæ.

28 Lex Scribonia negās ſeruitutum præſcriptionem, quo pacto ſit intelligenda.

29 Sublata præſcriptione, non cenſeri ſublatam eam, quæ eſt centum annorum.

30 Seruitutes perſonales etiam diſcontinuæ ordinario tempore præſcribuntur.

31 Vſusfructuarius ex qua demum quaſi poſſeßione præſcribat.

32 Ius paſcendi in pratis alienis quanto tempore præſcribatur.

33 Seruitus etiam diſcontinua præſcribitur tempore ordinario, ſi præſcribens alleget titulum & eum probet ex ſolo temporis tranſcurſu.

34 Ex diutina poſſeßione bonorum præſumitur diuiſio inter cohæredes.

35 Sed qui titulum allegat, debet probare ſe uſum ſeruitute ueluti ſibi debita ex illo titulo.

36 Et tituli allegatio excluditur ex aliquibus præſumptionibus.

37 Domini non obtinebunt contra uaſſallos pro muneribus uel iure hoſpitiorum, etiam ſi et longi temporis præſtationi adijciant tituli allegationem.

38 Sed an id procedat, etiam ſi tempore immemoriali illa oblata fuiſſe probetur.

39 Patientia inferioris non habetur pro conſenſu.

40 Etiam ſi uaſſalli permiſerint longiſſimo tempore domino locare arua communia, non ex hoc poterit eos ab illorum paſtu prohibere.

41 Sanctio pragmatica inclyti Caroli. 28

42 Pietatis ratio purgat uitium impreßionis.

43 Seruitutes diſcontinuæ cum titulo tempore ordinario præſcribuntur.

44 Contra eccleſiam ſeruitus etiam continua nō præſcribitur niſi quadraginta annis.

45 Idem eſt contra hoſpitale.

46 Et an procedat, etiam ſi id ſit erectum ſine Epiſcopi authoritate.

47 Hoſpitalis erecti ſine Epiſcopi authoritate prælatura non poteſt à Papa impetrari.

48 Sed in dubio præſumitur erectum cum epiſcopi authoritate.

49 Et erecto cum epiſcopi authoritate competit immunitas eccleſiarum.

50 In bonis ſocietatum, quas uocant fraternitates, an requiratur quadragenaria præſcriptio.

51 Contra Romanam eccleſiam centenaria ſemper præſcriptione opus eſſe.

52 Et an idem ſit in Conſtantinopolitana.

53 Ius patronatus quanto tempore præſcribatur.

54 Ius patronatus nō uenditur, ſed poteſt præſcribi.

55 Sed quadraginta annis præſcribitur ita demum ſi titulus adſit præſcribenti.

58 Expenditur. l. 40. Tauri.

57 Seruitutes in conſequentiam rerum principalium ordinario tempore præſcribuntur.

56 Petens fundum cum pertinentijs, uidetur ſeruitutes quoque petijſſe.

59 Publicato prædio, ſeruitutes cenſeri publicatas.

60 Legato prædio, cenſeri legatam ſeruitutem.

61 Declaratur tex. in. l. hoc iure. §. ductus aquæ. De aqua quoti. & æſti.

62 Non niſi tempore immemoriali licet ex flumine

publico ducere ſeruitutem.

63 *Ea quæ ſunt iuris publici, non capiuntur tempore ordinario.*

64 *Ex flumine priuato per loca publica nõ licet aquã deriuare.*

65 *Saltem ſine principis licentia.*

66 *Explicantur argumenta gl. ex quibus uidetur etiã diſcontinuas triginta annis præſcribi.*

67 *Paria eſſe non habere ius uel non poſſe illud allegari. Et mirabilis caſus proponitur, in quo triginta non minus annis ſeruitus præſcribatur.*

68 *Seruitutum præſcriptio interrumpitur ſicut cæterarum rerum.*

69 *Interruptio quædam naturalis.*

70 *Exempla naturalis interruptionis. Et nume. ſequenti.*

72 *Ciuiliter interrũpitur præſcriptio per litis conteſtationem.*

73 *Et an procedat, ſi coram arbitro illa fiat.*

74 *Ciuilis hæc interruptio ad res mobiles non pertinet.*

75 *An ſola citatio interrumpat præſcriptionem.*

76 *Lege partitæ quid in hoc ſtatutum ſit.*

77 *Iure canonico ſola citatio interrumpit præſcriptionem.*

78 *Et an id in foro ciuili ſit obſeruandum, cùm concernat peccatum.*

79 *Etiam in materia uenialis culpæ ius canonicum obſeruandum in foro ſeculari.*

80 *Vt citatio interrumpat præſcriptionem, oportet eſſe factam apud iudicem competentem.*

81 *Et oportet actorem comparuiſſe in iudicio.*

82 *Et an oporteat eſſe factam animo proſequendæ litis.*

83 *Interruptio naturalis prodeſt omnibus, ciuilis ſolùm interrumpenti.*

84 *Omnibus modis quibus interrumpitur præſcriptio rerum corporalium, interrumpitur præſcriptio incorporalium.*

85 *Seruitutes eſſe tertiam quandam bonorum ſpeciem, quæ nec mobiles ſunt, nec immobiles.*

86 *Incorporalia nec mobilia eſſe nec immobilia.*

87 *Leges retractus non habent locum in ſeruitute uendita.*

88 *Libertas perſonalis quãto tempore præſcribatur. cum duobus nume. ſequentibus.*

L. Si aquam.

INgreditur Baldus legis huius interpretationẽ, præfatus eam eſſe notabilem, clauemq; materiæ huius, quam de ſeruitutibus tractamus. Diuiditur in tres partes. In prima loquitur in ſeruitute præſcripta. In ſecunda in ſeruitute interrupta. In tertia remouet dubium impenſarum. Secunda ibi, quòd ſi ante. Tertia superioribus longior paulò à verſiculo fruſtra ſumptus vſque in finem legis perſeuerat.

1 Collige primùm ex textu hoc, quòd quaſi poſſeſsio in ſeruitutibus conſiſtit in ſcientia ac patientia aduerſarij. Dubitari

2 autem pro huiuſce rei intelligentia conſueuit, quotuplex ſit quaſi poſſeſsio hæc quæ in rebus incorporalibus conſtat, & an ſicuti rerum corporalium duplex poſſeſsio conſtituitur. l. nemo ambigit. vbi ipſe dicam. j. de acquiren. poſſ. l. 3. §. Nerua filius. l. cùm hæredes. §. fina. ff. de acqui. poſſ. ita & quaſi poſſeſsionem incorporalium in naturalem ac ciuilem diuidi oporteat. Quod videtur vel hoc ſolo argumento, quòd in hac lege dicatur exemplo corporalium rerum ſeruitutes præſcribi, ſed cùm ita præſcribantur, & eodem modo poſsideri eas neceſſe eſt. illæ autem & naturaliter & ciuiliter poſsidētur, igitur & incorporales eodem modo poſsidebuntur. Quare gloſ. in l. ait prætor. §. 1. verſic. item ei. in parte. quaſi. ibi, vel referas ad ciuilem. ff. ex quib. cauſ. maior. inquit in rebus incorporalibus dari etiam quaſi poſſeſsionem ciuilem. quam gloſ. in hoc notauit Cynus in. l. vnica. C. vti poſſ. quæſt. 2. & referente Bartolo dicebat Cynus non eſſe gl. in mundo ſimilem illi. Sed ſolent iam poſt tempora Bartoli notari ſimiles in. l. ſi plures. verſiculo. deiectum. verbo. vſufructu. ff. de vi. & vi. armat. quam ibi notat Bart. verſ. vltimò nota. dicẽs eam eſſe ſingularem ac tenendam menti. alia in. l. fina. in parte, alter poſſeſsionem. ff. vti poſsidet. quæ cùm non ita expreſſè hoc dicant ſicuti gloſ. legis ait prætor. non immeritò Cynus vnicam eam eſſe exiſtimauit. Et harum gloſſarum opinionem ſequuntur dominus Bar. in. l. 1. in prin. nu. 12. ff. de acq. poſſ. Pau. de Caſt. ibi. nu. 16. Areti. nu. 27. vbi Alex. n. 62. teſtatur hãc eſſe coẽm opinionẽ. ſequitur Rip. ibi. nu. 40. & teſtatur eſſe cõmunẽ Caro. Ruy. ibi. n. 22. & eã quoq; tenet Barto-

Bartolus in.l.naturaliter.in princi. ff. de ac-
quir.poſſ.vbi Aretinus col.2. Claudius col.
3.teſtantur hanc eſſe cómunem opinioné.
idem tenuit idem Barto.in.l.1. in prin.nu.3.
ff.vti poſſ.allegans gloſ.in illo verſ. item ei.
& teſtatur hanc opinionem eſſe commu-
né Bologniinus in.l.ſi finita.§. Iulianus. nu.
222.ff.de dam.infect.licèt ipſe Bart.in.l.hęc
autem iura.in fine.ff.de ſeruitut.vrban.præ
di.& in.l.iuſto.§. non mutat. ff. de vſucap.
videatur ſatis inſinuare in ſeruitutibus dari
nó poſſe quaſi poſſeſsionem ciuilem, cùm
dicat nullam ſeruitutem animo poſsideri.
Sed ſuperior doctrina verior eſt.pro qua ſo
let allegari textus in.l.3.§. fin. ff. de vi. & vi
armat.qui textus hoc malè probat.ſed neq;
illæ duę glo.à Bartolo expenſæ hoc expreſ-
ſè dicunt.Gloſ.autem Cyni in.l. ait prætor.
hoc non dicit, ſed ſolùm inquit eſſe in vſu-
fructu quaſi poſſeſsionem ciuilem.tametſi
ex hoc extremo extemplò aliud doctores
probent quaſi poſſeſsionis naturalis.

3 In quo autem hęc quaſi poſſeſsio rerum
incorporalium ac ſeruitutum conſiſtat,nó
facilè dignoſcas. Et Bartolus quidé obſcu-
riſsimè agens hac in re in dicta. l. 1.in prin.
num.12.exiſtimat quaſi poſſeſsionem ciui-
lem in his iuribus conſiſtere in animo vté-
tis ſeruitute cogitantis ſe vti illa iure ſuo,na
turalis autem cóſiſtit in ipſo prædio, quod
mediante hominis facto præſcribit ipſam
ſeruitutem.atq; hanc Bartoli reſolutionem
dicit eſſe communem Claudius ibi colú. 6.
Pro prioris particulæ argumento allegat
Barto.text. in.l.1.§.Ariſto.ff.de aqua quoti.
& æſtiua.vbi malè probatur intentio Bart.
Pro poſterioris particulæ argumento alle-
gat Bar.tex.in.l.qui fundú.ff.quemad.ſerui
tut.amittant.ibi,fundus enim qualiter qua
liter ſe habés ſi ita in ſuo ſtatu poſſeſſus eſt,
ius eius nó deperit. Hanc opinionem tenet
Bal.in pręſ.nu.10.Ripa in illa.l.1.nu.40.Ipſe
tamen Bart.in.l.3.§. vnde vi.nu.3. ff.de vi.&
vi.armat.exiſtimat hanc quaſi poſſeſsioné
rerum incorporalium tantùm cóſiſtere in
vſu quodam vtentis, táquam habentis ius
cú patientia aduerſarij.allegat tex.in.l.quo-
ties.ff.de ſeruit.tit.generali. & text. in præſ.
& idem videtur ſentire idem Bar.in.l.ſerui-
tutes prædiorum.in fin. & ibi. quoq; Paul.
de Caſt.nu.7.ff.de ſeruit.idem Bar.in.l.ſi pu
blicanus.§.in omnibus.ff.de publi. & vect.
& in.l.naturaliter.in prin.ff.de acq. poſſ. &
in.l.pen.ff.de ſeruit.& in.l. 1.§. deniq;. ff. de
aqua pluui.arc.& hanc Bar. opinionem te-
ſtatur eſſe cómunem Alexan. conſ.6. vol.1.
col.pen. quá etiá ſequuntur Longouallius
in.l.imperium.ff.de iuriſ.om.iudic. nu.211.
Corraſius in.l.ſeruitutes.nu.19. ff.de ſeruit.
Anto.Gome.in.l. 45. Tauri.nu.37. teſtatur
eſſe cómunem Ripa in rub.de cauſ. poſſ.&
propriet.nu. 25. quæ probata eſt lege regia
1.tit.30.part.3.vbi harú rerú quaſi poſſeſsio
in ſcientia ac patientia aduerſarij ſolú con-
ſtituitur.Quod verius eſt,cú ab omni ratio
ne ſit alieniſsimum, vt fundo ipſi aliquam
ineſſe poſſeſsioné imaginemur: cùm enim
res inanimata ſit,nil ex ſe quęrere poteſt.gl.
ſingul.in.§.fi.in.gl.per hanc.Inſti. per quas
perſonas nobis acquirit.Cuius pręter ordi-
narios ibi meminit Bal. in. l. ſi de proprieta
te.nu.11.C. ſi à nó cópet. iudice. dicés illam
glo.eſſe multú ſingularé Iaſ.in.l. 1.in princi.
nu.77.ff.de acq.poſſ.& in.l. quominùs.nu.
171.ff.de flumini.Anto.Gome.lib.2.variar.
reſo.c.15.vbi expendit tex.pro glo.illa in.l.1
§.cęterú.ff.de acq. poſſ. & hæc eſt veritas in
hoc articulo,cóſiſtit enim rerum incorpo-
raliú quaſi poſſeſsio naturalis in voluntate
animoq; & vſu vtentis ſeruitute cú bona fi
de,ciuilis in ſcientia ac patientia aduerſarij.

4 Quare cú conſuetudo aliqua inducitur
ſeu præſcribitur,priùs oportet populú, qui
illa cóſuetudine vtitur, quaſi poſsidere, &
conſiſtit quaſi poſſeſsio hæc in ſcientia ac
patientia loci dñi illius, vbi conſuetudo illa
præſcribitur.l.5.tit.2.par.2.quá de hac ſcien
tia & patientia interpretatur Oroſcius in.l.
imperium.nu.40.ff.de iuriſ.om.iudic.

5 Illud autem intereſt inter poſſeſsionem
rerú corporaliú & quaſi poſſeſsioné incor-
poraliú,quòd in corporalibus naturalis ſo-
la non eſt ſufficiens ad præſcriptioné. l. ac-
quiritur.in.fin.ff.de acqui.rer. domi.ciuilis
tamen

taméſola producit vſucapionem.l. qui fun
dum.ff.pro empt.l.1.§. per ſeruum qui in fu
ga.ff.de acq.poſſ.l.ſerui & filij.§.fi.ff.de furt.
l.in acceſsione.ff.de diuer.& temp. pręſcri.
& hoc dicitur voluiſſe gloſ.in. l.1. C. de ſer.
fugit. Dynus qui optimè veritatem huius
opinionis probauit in.c.ſine poſſeſsione.in
vltima quæſt.de reg.iur.in.6. Bartolus in.l.
1.in prin.nu.8.ff.de ac.poſſ.vbi Iaſ.nu.32.te-
ſtatur hanc eſſe cómunem opinioné idem
Bart.in.l.3.§.ex contrario.nu.3.ff.de acquir.
poſſ.vbi idé ſequuntur Ange.nu. 4. Imola
nu.14.Cumanus nu.19.Soci.nu.9. Roman.
nu.9.Alex.nu.5. Iaſ.nu. 22. & teſtantur eſſe
communem opinionem Areti.ibi col.2.an
te finem.nu.29.Zaſius nu.14. Sed & hoc vi
detur voluiſſe gl.in.l.ſi vt certo.§.ſi duobus
vehiculum.in.gl.magna ibi, ergo poſſeſsio
ciuilis.ff.cómodat.& ibi eam Bal. expendit
gl.in.c.cauſam.in parte,detinere.de pręſcri.
vbi hoc notauit etiã Panor.nu. 6.Fely. n.13.
6 In præſcriptione tamen ſeruitutum ac iu-
riũ incorporaliũ vtraq; eſt neceſſaria, vt in
hoc tex.& nominatim hoc obſeruarút Mar
tinus Laudenſis in illa.l.ſeruitutes.nu.18.Ri
pa.in.l.1.in prin.nu.40.ff.de acqui.poſſ.
7 Sed vtra prædominetur.Et Bart. in.d.l.1.
nu.12.exiſtimat quaſi ciuilem hîc quoque
principé eſſe.cótrà Bal.in.l.1.n.6.ſup.iſto tit.
imò ꝙ naturalis prædominetur in hac ſerui
tutum præſcriptione.Cuius opinio vel hoc
ſolo verior eſt,ꝙ propter nó vſum ſeruitus
perire ſoleat.l.ſequitur.§.ſi viã.ff.de vſucap.
vſus igitur,in quo quaſi poſſeſsio naturalis
conſiſtit,eſt principalior pars. Suntq; caſus
aliquot,in quibus ſine ciuili hac quaſi poſ-
ſeſsione poteſt procedere pręſcriptio, cum
8 ſine quaſi naturali nulla poſsit procedere.
Præſcriptio enim immemorialis ſine hac
quaſi ciuili poſſeſsione procedit.gl.memo-
riã.i.l.hoc iure.§.duct⁹ aquę. de aqua quoti.
& ęſti.cuius opinioné cómuné eſſe probaui
9 mus in.l.1.ſup. eo. Præſcribitur præterea li-
bertas cótra ruſticã ſeruituté ſine ciuili hac
quaſi poſſeſsione,qm̃ cótra ignoráté quoq;
procedit.l.ſi partem.§.fi. ff. quemad. ſeruit.
amit.qui tex.ſingularis eſt.Ange.de Aretio
in.§.ęquè ſi agat.nu.16.de actio.inſti.Sed an
te hunc eũ tex.pręnotauerat gl.in.l.ſi ſit có
ſtituta.in gl.vna ſeruitus.ff.de quemad. ſer.
amit. quam dicit Paulus ibi perpetuò men
10 ti tenendam. Tametſi in præſcribenda li-
bertate ſeruitutũ vrbanarũ,qm̃ digniores il
læ ſint, ſemper requiritur illa quaſi poſſeſ-
ſio ciuilis,quæ in ſcientia ac patiẽtia aduerſa
rij cóſiſtit. l. & ſi fortè.§.ſciendũ.& in. §. ſed
11 ſi patiente.ff.ſi ſeruit.vendicet. Tertiò pro-
cedit pręſcriptio incorporalium etiam ſine
ſcientia ac patientia dñi, hoc eſt, ſine quaſi
poſſeſsione ciuili,qñ is qui pręſcribit habet
titulũ.l.ſi ego.§.ſi de vſufructu. ff. de publi.
quem tex.in hoc notat Paul.in. l. ſeruitutes
prædiorũ.nu.9.ff.de ſer. Corraſ. ibi. nu.40.
Iaſ.in.l.1.in prin.nu.63.ff.de acq. poſſ. Ripa
ibi.nu.34.Iaſ.in.l.3.§.ex cótrario.nu.31. ff.de
acq.poſſ.Couarru.in reg.poſſeſſor.de regu.
iu.in.6.in initio.2.p. n.8.verſ. ſecúdò textus.
& ante omnes tenẽt hanc opinioné Pet. &
Cyn.in pręſ.7.q.dicẽtes in ſeruitute forma-
ta non requiri ſcientiã ac patientiã aduerſa-
rij.idé ſequútur Cepo.de ſer.vr.prędio.c.20
nu.5.Feli.qui tñ tex.in.§.ſi de vſufructu. nó
allegauit in.c.de quarta.col.pen. verſ. item
fallit.de pręſcrip.& eſt cómunis opinio.
Secundò principaliter collige ex texr. in 2. notabi.
præſcriptione ſeruitutũ non eſſe neceſſa- 12
riũ titulũ,cũ ſolùm lex requirat ad præſcri-
ptioné quaſi poſſeſsionem ciuilem ac natu
ralé, videtur igitur tituli neceſsitaté exclu-
ſiſſe.idé probat tex.expreſsior hoc in.l.ſi qs
diuturno.in prin.ff.ſi ſeruit.vendicet. & ibi
notant omnes antiqui.gl.noſtra in pręſen.
quã ſequuntur omnes.idemq; voluit gloſ.
in.l.1.§.deniq;.verbo.diu. ff. de aqua plu. ar-
cend.glo.in.l.fi.ff.eo.tit.alia in.l.apparet.§.ſi
quis.in gl.ſeruituté.ff.de itine.actuq; priua.
alia in.l.ſeruitutes. eius nominis quarta. ff.
de ſeruit.verbo. certam. ſequútur hanc opi
nioné Dynus in.c.poſſeſſor.nu.30.de regu.
iur.in.6.Innocen .in.c. ſi diligenti. nu. 2.de
pręſcrip.Bal. & Butrius ibi.n.17.Abbas nu.
19.Feli.nu.7.Bellamera nu.32.Bar. in. l. fi. ff.
quemad.ſeruit.amittã.Floria.ibi.nu.3.teſta-
tur eã eſſe cómunem Salice.in.l.1.oppoſi.6.

ſup.iſto tit. quã etiam ſequũtur Floria.in.l. ſeruitutes.nu.25.Corra.nu.30. ff.de ſerui. & hic poſterior teſtatur hanc eſſe coẽm opinioné. & idem affirmãt eã ſequuti Panor. in.c.de quarta.nu.25.de pręſcrip.Cepola de ſeruit.vrba.c.20.nu.6.Bald.de pręſcrip.2.p. 4.par.§.ſecundò principaliter. nu.1. Epiſco. Ciuita.lib.1.varia.reſolu.c.17.num.7. quam etiã ſequuntur Corneus cõſ.90.nu. 47.vol. 2.Iaſ.in.l.quominus.num. 164. ff.de flumi. Igneus in.l.contractus.nu.142.ff.de reg.iu. quæ probata eſt lege regia.15.tit. 31.part.3.

13 Sed ratio differentiæ quę ſit inter corporales ac incorporales res? Et quidam dicũt, quoniam ſeruitutes cenſentur eſſe modici præiudicij,cùm cenſeãtur eſſe quædã qualitates & accidentia corporum, quibus adhærẽt.l.quid aliud.ff.de ver.ſig. in re igitur parui momẽti non eſt cur ita accuratè titulum exigamus: in præſcriptione autem rerum corporalium de maiori agitur præiudicio,quare in illis titulus deſideratur. Rationem hanc ponit Barto.in.l.ſeruitutes.vltima.nu.5.ff.de ſeruit.idẽ in præſ.1. oppo. & ante eum Cyn. 5. q. & ante Cynũ Dinus in c.poſſeſſor.col.10.de reg.iur. in. 6.& eſt ratio cõmunis omnibus. Sed ea mihi placere non poteſt.Primò,quoniã ſeruitutes nõ videntur eſſe res parui momẽti, ſed maximi.

14 Quod ex eo patet, quòd ſi quis vendat rem debenté ſeruitutem,actione ex empto tenetur emptori præſtare quãti eius interfuit liberam rem habere.l.quæro.ff. de acti. empt. imò iure Hiſpaniæ venditio ob hoc ſolum retractatur.l.63.tit.5.p.5.vt hinc intelligas maximi momenti eſſe quamlibet ſeruitutem. Præterea res mobiles parui momenti præſumuntur.l.ſi rem mobilé. ff. de acq.poſſ. & tamen in illis nõ procedit vſucapio ſine titulo. Quare ſecundã rationem

15 huius rei poſuit Petrus de Bellapertica in præſ. dicens, ꝙ cùm ſeruitutes quærantur ipſis fundis.l.qui aliena.§.6.ff.de neg.geſt.l. via conſtitui.§.ſi fundus.l.cũ fundo. de ſer. ruſt.pręc.& ipſi fundi inanimati ſint,de hoc titulo prouideri ſibi non poſſunt. Rationé hanc referunt Albe.in.l.ſeruitutes.4.nu.18. de ſeruit.Cepola de ſer.vrba.præd.c.20.n.6. Balb.de pręſcri.2.p.4.par.verſ.ſecundò quæro.col.2.

16 Tertia ratio eſt Fulgoſij in pręſen.nu.2. qui iudicio ſuo eã aſcribit, qm̃ (inquit ille) ſcientia domini hìc requiritur, titulus non deſideratur:quaſi qui in ſciẽtia grauatur, in tituli neceſsitate ſit releuandus.vulg.l.eum qui.in prin.de iur.iu. Sed ratio hæc quã Fulgo.ſibi vendicat, Odofredi eſt. in.l.1.nu.11. ſup.eo. Quas rationes oportet iũgi omnes, quò ſibi cohærẽtes hoc poſsint perſuadere.

17 Et ſicuti in præſcribẽda ſeruitute nõ eſt titulus neceſſarius, ita nec cauſa cùm conſtituitur.quod ex dicta.l. ſi quis diuturno. notauit eleganter Bal.in.c.1.§.ſi quis de mãſo.nu.18.de controuer.inueſtitu. qui ita videtur limitare text.in.l.2.§. circa. ff. de doli except. Verùm hæc Bald.opinio vix eſt,vt à generalitate tex. in. §. circa. poſsit defendi: nã in.l.ſi quis diuturno. vſus longi temporis ac tituli allegatio, cauſę loco haberi vidẽtur. Quare Bald.opinionem reprehendunt Alex.in.l.à Titio.fin.col. verſ.ex quibus habes.ff.de verb.obligat.Iaſ.in.l.2.col. 2.nu.2. verſ.adde etiam.ff.de condict. ſine cauſ. & in.l.quominus.ff.de flumini.nu.164.quod mihi verius eſt.

18 Sed licèt titulus nõ ſit neceſſarius in præſcribendis ſeruitutibus, eſt tamen neceſſaria ſaltem tituli allegatio. ita enim voluit Angelus in.l.ſeruitutes.vltima.num.3.ff.de ſeruit. & videri alicui poſſet gloſ.opinioné ita tuliſſe in illa.l.ſi quis diuturno. dum dicit quoſdam tenuiſſe hanc opinionem, quam gloſſator ibi non improbat. Verior tamen opinio eſt, vt nec allegatio tituli ſit neceſſaria.Quod videntur inſinuare verba illa, non ei neceſſe eſt docere de iure quo aqua conſtituta eſt. quæ verba non ſolùm tituli probationem, ſed allegationem etiã excluſiſſe videntur. Quare intrepidè hanc opinionem ſequuntur Innocẽtius in.c.ſi diligenti.nu.2.de pręſcrip.Bal.ibi.nu.10.1.opinione.Innocen.in.c.cũ dilectus.nu.6.de cõſuet.Dyn.in.c.poſſeſſor.n.32.de reg.iu. in.6. Ioan.Andre.ibi,in nouella. nu. 2. Hoſtiẽſis in illo

in illo.c.ſi diligenti.col.3.&.4.in princ.&.5.
in prin.AEgidius de Bellamera ibi.nu.32.in
fine.Panor.ibi.nume.19. Odofredus in. l.1.
num.9.ſup.iſto tit.Albericus in.l.nullo.nu.
1.ſup.de rei vendic. Paulus de Caſtro in illa
l.ſeruitutes prædiorum. nu.9.Florianus ibi
in fine. Cepola de ſeruit.vrba.prædi.c.20.
nume.6. Balbus de præſcrip.2.p.4.par.2.q.
nu.1.Alex.con.108.nu.14.vol.2. Boërius de
ciſ.42.nume.35.Pariſius conſilio.27.nu.71.
volu.1.& dicit eſſe communem Boërius ad
Dynum in illa regula.Poſſeſſor.

19 Sed contra textum hunc in hac parte al
lego tex.in.c.1.de præſcrip.lib.6.vbi in præ-
ſcribendis decimis requiritur tituli allega-
tio ac probatio.Sed huic difficultati reſpon
det Paulus de Caſtro in illa.l.ſeruitutes.nu.
9.verſ.breuiter non cóprehendo.tex.illum
agere in præſcribenda ſeruitute contra li-
bertatem prædij eccleſiaſtici, in quo ſpecia
le eſſe videtur, vt titulus requiratur, quæ eſt
elegans limitatio huius textus.quam etiam
ex eodem.c.1. ſequitur Cepola de ſeruitut.
vrb.prædio.c.20.colum.3.Verùm hæc ſolu
tio periculi plena eſt, ſi ex ea teneamus in
rebus eccleſiaſticis præſcribendis correctã
eſſe diſpoſitionem text. in. l. ſi quis diutur-
no.in eccleſia enim hoc eſt ſpecialiter indu
ctum, vt non minor quadragenaria pręſcri
ptio cõtra eã admittatur.authẽ.quas actio-
nes.C.de ſacroſ.eccle.in authẽ. de eccleſiaſ.
tit.§. pro temporalibus. collat.9.c. de quar-
ta.de præſcrip.non verò vt in rebus incor-
poralibus contra eccleſiã præſcribendis ne
ceſſarius ſit titulus, neq; enim oportet pri-
uilegia multiplicari. l.1. C. de dot. promiſ.
Secũdò igitur reſpondeo ipſe text.in. c.1.ꝙ
fortaſſe ibi requiritur titulus, quoniam ec
cleſia erat quæ præſcribebat, vt iuſtiùs pro-
cedat pręſcriptio, quę nõ nil iniquitatis ha-
bere videtur, cùm eccleſia ſit ac eſſe debeat
ſemper cultrix & auctrix iuſtitię.c.1.de alie
nat.feudi. Tertiò reſponde, requiri ibi pro
præſcribendo iure incorporali titulũ, quo-
niam ius illud erat maximi præiudicij. Nã
ius colligendi decimas grauius eſſe cenſe-
tur quacunq; ſeruitute.ita eum textum in-
terpretatur præter alios Ioannes de Imola
in.c.cum eccleſia.num.25. de cauſ. poſſ. &
propriet.idem in.c.ſi diligenti. nume.16. de
præb. Felin.ibi.nu.7.Roman. in.l.ſequitur.
§.ſi viam.nu.6.ff.de vſucap.teſtantur hunc
eſſe cõmunem intellectum illius decretalis
Balb.de præſcrip.2.p.4.par.q.2. col.2. Ioan.
Arze ab Otalora, vir extra omnẽ ingeniorũ
aleam poſitus, cuiq; ipſe prima ciuilis artis
rudimenta debeo.de nobilit.3.p.c.7. nu.10.
Epiſcopus Ciuitatenſis lib.variar.reſolut.1.
c.17.num.7.Ratio autem grauis pręiudicij
20 in illo.c. 1. eſt manifeſta, ex eo ꝙ præſcribi-
tur ibi ius decimas colligendi, vnde annui
reditus proueniunt, qui inter immobilia
computantur.l.iubemus.iuncta gl. anno-
nas.C.de ſacroſ.eccle.l.hac edictali.§. hi.§.il
lud.C.de ſecũd.nupt.clem.exiui.§. cunque
annui reditus.de ver.ſig.in quibus auferen
dis maximum præiudicium verſatur.

21 Hinc & illud facilè conſequitur in præ-
ſcribenda emphyteuſi titulum requiri, quĩ
magni præiudicij res eſt. quod Baldus de-
terminauit in.l.ſeruitutes prædiorum. col.
1.in priori lectione.ff.de ſeruit. licèt ſit em-
phyteuſis, veluti ſeruitus quędã.Bal.in. l. ſi
quis in tantam.num.12. C. vnde vi. Quod
& in præſcribenda ſuperficie ac cæteris hu
iuſmodi ſeruitutibus, in quibus vtile do-
miniũ quæritur, & magnum præiudicium
generatur, debet obtinere.quod Florianus
obſeruauit in. l. ſeruitutes. ff. de ſeruitut.
nume.26.

Quartus intellectus textus illius. c.1.eſt,
quòd quando iuris præſumptio eſt contra
præſcribentem, tunc cõtra quemcũq; pro-
cedat pręſcriptio, requiritur tituli allegatio
ac probatio.gl.& Dynus nu.27.in.c.poſſeſ-
ſor.de regu.iur.in.6.vbi Epiſcopus Ciuitat.
2.par.§.5.nu.2. teſtatur eſſe communem in-
tellectum, cui plurimùm patrocinatur te-
xtus in.l.fundum.§.ſeruus.ff.pro empt.

Sed iterum oppono textum in.l.fi. verſi.
ſit igitur.C.de long.temp.præſcript. vbi in
præſcribenda ſeruitute vſusfructus, requi-
ritur titulus. Quod textus ſignificat in illis
verbis, vt bono initio poſſeſsionem tenen-

tis.Nam quid aliud(quæſo)eſt bonum initium poſſeſsionis, quàm titulus, qui poſſeſsionis bonitatem atque iuſtitiam arguit? Verùm agit text.ille in præſcribenda ſeruitute perſonali vſusfructus,in cuius pręſcriptione titulus requiritur. ita enim eum textum interpretantur Petrus ac Cynus in præſenti.5.quæſtio.Bald.2.oppoſit. Salicetus num.4.Paulus de Caſtro num.2. Albericum dicta.l.ſeruitutes. num.17. Florian. ibi.nu.25.Corraſius teſtatus hunc eſſe communem intellectum ibi.nu.30.Cuius ratio eſt,quoniam de magno præiudicio hìc agitur, cùm pręſcriptio vſusfructus dominiũ aufert: vſusfructus enim pars dominij eſt. l.4.ff.de vſufruct.& qui vſumfructum ſtipulatur fundi alicuius, ſimilis eſt ei,qui partem fundi ſtipulatur. l. qui vſumfructum. ff.de verbo.obligat.cum alijs.

23 Sed hìc iterum oppono. Seruitutes ſine bona fide non præſcribuntur.l.1.ſup.eo.ſed defectus tituli detegit malam fidem.l.improba.C.de acquiren.poſſ.l. fina. C. vnde vi.igitur neceſſarius eſt titulus. Huic difficultati reſpondit Bartolus colum.2. paulò poſt principium.Salicetus nume.4. dicentes poſſe quidem interuenire bonam fidem etiam ſine titulo, vt ſi iuſta cauſa erroris ſit in præſcribente. Quòd ſi iterum inculces, idem propemodum eſſe in cæteris rebus præſcribendis vbi iuſtus error præſtat cauſam vſucapioni.l. Celſus.ff.de vſucap.l. Proculuſ. ff.de iure dotium. Sed Salicetus reſpondet, in præſcribendis incorporalibus qualem qualem erroris cauſam ſufficere, quæ iuſtior requiritur in præſcriptione corporalium.

24 Gloſ. ſciente, opponit contra textum hunc textum in.l. fina.§. de longi tempor. præſcript.vbi etiam neſciente domino ſeruitus vſusfructus præſcribitur, non igitur requiritur ſcientia ac patientia eius, contra quem præſcribitur. Et gloſ.refert primum intellectum Hugolini,vt velit text. ille ſtatuere regulam generalem, ex qua omnes cauſæ ſeruitutum contra ignorantes etiam præſcribuntur,& in hoc textu ſuppleatur, ne illi obſtet dictio,maximè. Sed hic intellectus Hugolini eſt multis iam retro annis magis communiter improbatus,licèt eum ſuſtinere conetur Longouallius in.l.imperium.4.part. articulo.2. ff. de iuriſ. om. iudicum.Cuius nouam opinionem in hoc optimè expugnauit Epiſcopus Ciuitatenſis in regula.poſſeſſor.de regul.iur. in.6.2. part.in initio nume.8. Quare ſecundus eſt quorundam intellectus ad textum illum,vt is priuata quadam ratione permittat præſcriptionem vſusfructus.Sed hic ſecundus intellectus ſuſtineri minimè poteſt, quoniam textus ille dicit hoc eſſe in vſufructu,& in cæteris ſeruitutibus.Quinimò in ipſo vſufructu vſucapiendo ſcientia aduerſarij neceſſaria eſt.l.3.§.dare.ff. de vſufruct.ibi,eúmue patiatur vti frui.

Tertius igitur eſt intellectus ad textum illum gloſſ.finalis.ibidem dicentis textum illum non agere de vſufructu acquirendo per præſcriptionem,ſed de amittendo. Et hunc intellectum videntur ſequuti Iaſſo in nume.64.Crotus nume.47.in.l. 1.in principio. ff.de acquiren. poſſeſsio. quoniam in præſcriptione libertatis non requiritur ſcientia aduerſarij.l.ſi partem.§. ſi fundum. ff.quemad. ſeruitut.amittant.Sed hunc intellectum eſſe communiter reprobatum affirmat Balbus in tractatu præſcriptio.2. part.4.part.§.2.nume.8.in fine.

Quartum intellectum refert Iaſ.ibidem numero.65.vt textus ille loquatur de vſufructu præſcribendo cum titulo habito à tertio, quo caſu non eſt neceſſaria ſcientia ac patientia. Quod paulò ſuperius probauimus ex.l. ſi ego.§.1.ff. de publicia. & fuit hic intellectus Cyni in præſenti nume.7. quem ſequuntur Paulus nume.5.in fine. & eum tenuerunt Antonius de Butrio in capitu.peruenit. nume.9. colum. eius numeri.3. de cenſib. Martinus Laudenſis in illa.l. ſeruitutes prædiorum. numero.24. Paulus de Caſtro ibidem numero.9. & teſtatur eſſe communem Corraſius ibidem numero.39.& ſequuntur eum Cepola de ſeruitu.vrban.cap.20.num.4.verſ.ſecundò fallit

fallit.Balbus.2.p.4.par.princ.§.1.nu.15. Ripa in.c.cùm eccleſia.num.64.de cauſ. poſſ. & proprieta.Iaſ.in.l.naturaliter.in prin.nu. 121.ff.de acqui.poſſ. nã cùm text. ille ſubſit rubricæ.de longi temp. præſcri. non ab re erit dicere eum agere in præſcriptione currente cum tit.qui in illa præſcriptione ſemper debet interuenire.l.diutina. illius tituli.

Quintus intellectus ad textum illum eſt, vt tex.ille in verſ.eodem obſeruando.nõ referatur ad omnia præcedentia, ſed ad tempus duntaxat decem vel viginti annorum, quo cæteræ res præſcribũtur, vt eodem ſpatio vſusfructus,ac cæteræ ſeruitutes præſcribantur. Atq; hunc intellectum teſtantur eſſe communem Salicetus in præſen. nu. 5. Corraſius in illa.l.ſeruitutes nu. 40.

Sextus igitur eſt intellectus illius tex. Raphaelis Fulgo.in.l.quoties.2.nu.2.ff.de ſeruitut. quòd à principio ſit neceſſaria ſcientia atq; patientia domini fundi ſeruientis, aliter enim quæri nõ poſſet quaſi poſſeſsio, quæ neceſſaria eſt ad præſcriptionem: ſed poſt acquiſitam hanc quaſi poſſeſsionem, nulla ſcientia requiritur in ſucceſſore, contra quem continuatur præſcriptio, quam ex ignorantia aduerſarij iniquum eſſet interpellari.Diuinat tamen hic Fulgoſij intellectus, qui contra hæredem domini fundi ſeruientis præſcriptionem ibi exiſtimat cucurriſſe.

Septimus eſt ergo intellectus ad legem illam Pau.de Caſt.in authen.malę fidei.nu. 12.C.de lon.temp.præſcrip. dicentis, quòd quando præſcribens habet cauſam à malæ fidei poſſeſſore, tũc opus habeat ad præſcribendum ſcientia & patientia aduerſarij. & ita intelligatur hæc lex: ſed quando præſcribens habet cauſam à bonæ fidei poſſeſſore, tunc non ſit ei opus ſcientia aduerſarij ad præſcribendum.& ita intelligatur tex. in. l. fin.qui intellectus multùm reſtringit legẽ hanc,quare teneri eum non oportet.

Octauus intellectus eſt ad illum textũ, quòd quando ille contra quẽ præſcribitur ſcit ſibi ius competere in re illa quæ præſcribitur,non ſit neceſſaria ſcientia ad præſcribendum, ſed ſi ignore ius ſibi competere, tunc neceſſaria ſit ſcientia ad præſcribendum.Qui intellectus eſt Petri de Peruſio in tractatu de canonica Epiſcopali.c. 2. nu.25. qui inquit allegantes illam legem eam nõ intelligere.Et hunc eſſe verum eius intellectum,quem ſequitur Corneus conſilio.27. nume. 13. volum.1. vbi tamen dicit,quòd aliter non firmat.Ipſe tamen Corneus conſilio.195.num.8. vol.3. dicit contra Petrum de Peruſio eſſe communem opinionem.Et hunc intellectum rectè ex alijs improbat Balbus.4.par.4.partis.§.28.num.4.

Nonus intellectus eſt Pauli de Caſtro in præſen.num.3. dicentis, legem illam agere in præſcriptione lõgiſsimi temporis, cuius longitudine ſuppletur defectus ſcientiæ ac patientię.Sed huic intellectui refragatur natura tituli,cui ſubeſt lex illa fin. iuxta quã leges ſemper oportet accipere.l. imperatores.ff.de in diem addict.gl. maiuſcula. in.§. ſed ſi inſtitu. de vulgar. ſubſt.tametſi eum quoque probet Cepola de ſeruit. vrb. prædior.c.20.num.4.

Decimus ergo intellectus eſt legis illius Epiſco.Ciuita.in regu.poſſeſſor.de reg. iur. in.6.in initio nu.8.col.eius numeri. 5. q̃ lex illa agat de præſcribenda ſeruitute, hæc de cõſtituenda vel tradẽda.Sed neq; hic intellectus poteſt procedere,quoniam agit etiam lex hæc de præſcribenda ſeruitute.

Vndecimus intellectus eſſe poteſt,vt lex illa agat in pręſcribenda ſeruitute rei, cuius dominium ac poſſeſsio vacabat:cùm enim hic non ſit in quo poſsimus ſupponere hãc ſcientiam & patientiam,ſine ea currit præſcriptio. iuxta ſententiam Innocentij in.c. bonæ.2.num.1.verſ.ſed hoc ipſo. de poſtulat.prælat.Florian.in.l. ſeruitutes prædiorũ. num.29.de ſeruit.tit generali.verſi. & ideo. Ripa in illo.c.cùm eccleſia.num.64.verſic. tertiò. Qui intellectus licèt falſitatis argui nõ poſsit,diuinat ad legem illam.

Eſt igitur duodecimus intellectus ad.l.illã vt illa intelligatur, qñ ſeruitus præſcribitur cõtra abſẽtẽ ac ignorãtẽ ſpatio viginti annorũ.Atq; hęc videtur fuiſſe mẽs Iuſtiniani

 ibi,

ibi,dum agit de abſentia atq; præſentia. Et in abſentibus propter eorum ignorantiam duplicatur tempus decennij, quoniam in hoc videntur grauati, vt contra eos ignorantes currat præſcriptio.Secùs verò in præſcriptione decennij,in qua ſemper requiritur ſcientia ac patientia, vt in hac lege:cùm crudele eſſet ac inhumanum, ſi homo abſens tam anguſto tempore à ſuis caderet poſſeſsionibus, vt inquit idem Imperator in.l.vnica.§.ſed & ſi quis.de vſucapi. trãsforman. Et hic intellectus noſter licèt ſit,elegans quidem videtur,ſed interim quartum quem ſuprà retuli intellectũ magis probo.

25 Tertiò principaliter collige ex litera textus huius, ſeruitutes præſcribi eodem tẽporis ſpatio,quo cæteræ res immobiles præſcribuntur decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes.l. vnica.§. de vſucap. transform. vbi ipſe non vulgariter multa notabo.

26 Sed videtur ſeruitutem præſcribi non poſſe niſi tanto tempore, cuius iam memoria exceſſerit.l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quotid.& æſtiua. imò nunquam ſeruitutes præſcribi poſſe videtur ex.l. ſequitur.§.libertatem.l.ſi aliena res.§.hoc iure.ff. de vſucapionibus.l.ſeruitutes prædiorum. ff.de ſeruitut. Sed iura illa loquuntur in habentibus cauſam diſcontinuam,text.verò noſter in habentibus cauſam cõtinuam, ita enim hanc difficultatem ſoluit gloſ. in præſenti. & ſequuntur eãdem ſolutionem Odofredus num.1.Cynus num.6.Bart. nu. 1.Baldus num.5.Fulgo.num. 3. teſtatur eſſe communem Ange. nu. 5. ſequuntur eam Paulus nume.4. Florianus in.l. ſeruitutes. num.35.ff.de ſeruitut.Bartholomęus Brixiẽſis in quæſtio.dominicalibus.quæſt.14.nu. 5.Crotus in.l.1.in princi.nu. 48.ff.de acqui. poſſ.Vnzola in practica notariatus.rub. de obligat.quæ ex verbis.num.13. teſtãtur eſſe communem eam ſequuti præter alios Balbus de præſcript.2.p.4.partis.quæſt.1.col.2. Curtius conſilio.174.num.28.Carolus Ruinus conſilio.118.nu.1.& conſilio. 119.nu.11. vol.1.Pariſius conſilio.26.num. 22.vol. 1.& conſilio.111.num.45.vol. 1.Longouallius in l.imperium.num. 208. ff. de iur.om. iudic. Continua igitur ſeu quaſi continua decem annis præſcribitur inter præſentes, viginti inter abſentes.vt in hac.l. Diſcontinua verò tanto tẽpore, cuius memoria iã exceſſe-
27 rit. Quæ autem continua ſeu quaſi continua quæue diſcontinua ſit ſeruitus cenſenda, Bartolus more ſuo eleganter declarat dicens.Quòd ſi ad vſum alicuius ſeruitutis requiritur factum hominis, dicetur ſeruitus illa habere cauſam diſcontinuam,quoniam homo non ſemper ſine intermiſsione poſsit operari.l.ſi quis ita legauerit.ff.de condi.& demonſt. ſi verò non requiratur factum hominis, dicitur ſeruitus habere cauſam continuam.l.foramen.de ſeruit. vrba.prædior. Quaſi continua ſeruitus dicetur, ſi potentialiter (quod aiunt) nõ tamen actu eſſet ſemper in vſu, vt ſtillicidij ſeruitus,ad quod recipiendũ eſſent ſemper apti canales, licèt aqua ſemper non flueret, & hæc vt continua præſcribenda eſt. Et hæc eſt in ſumma communis omnium reſolutio,quæ probata eſt lege regia.16. tit.31. p.3.
28 Quare tex. illi,qui ex lege Scribonia negãt præſcriptionem ſeruitutum, ſunt intelligẽdi in ſeruitutibus habẽtibus cauſam diſcõtinuam: & tametſi lex dicat generaliter eas non præſcribi,nunquam videtur his verbis excluſa præſcriptio longiſsima,quæ cẽtum
29 annorum curriculo conficiatur.glo. vnica in authen.vt de cætero non fiant commutationes.in parte præſcriptione.colla.5.quã ibi in hoc expendit Ange.item Iaſ.in. l.1.C. de ſeruis fugit.num.41.& videtur ſimilis in l.1.in glo.ſpatium.C.de præſcrip.30.vel. 40 annor.quarum opinionem ſequitur Molineus in conſuet.Pariſien.1.p.§.7. num.12. & teſtantur eſſe communiter approbatam Ripa in.l.quominùs. num.100.ff. de flumini. Belſonus conſilio.8.nu. 8. & ſequũtur eam multi, quos allegat Tiraquellus de retra. conuen.§.1.gl.2.num.23.

30 Intellige tu primò diſtinctionem hanc inter ſeruitutes continuas vel diſcontinuas in ſeruitutibus realibus ſeu prædialibus: perſona-

perſonales enim etiam ſi diſcontinuæ ſint, ordinario tempore præſcribuntur. quare malè gloſſ. exiſtimauit, in. l. iuſto. §. non mutat. ff. de vſucapio. in parte, non mutat. ſeruitutem vſusfructus non niſi immemoriali tempore præſcribi poſſe. Sed contra illam fortiſsimum argumentũ eſt, quòd pro ſeruitute vſusfructus competit Publiciana. l. ſi ego. §. ſi de vſufructu. ff. de Publicia. poteſt igitur præſcribi. l. eum qui. ff. de Publi. eſtq́; in iure notiſsimum pro his quę nõ præſcribuntur Publicianam non competere. §. alię. de act. Inſt. l. traditionem. ff. de Publician. probat eandem opinionem contra gloſ. text. in. l. fi. C. de longi temp. præſcript. vbi apertiſsimè cõceſſa eſt præſcriptio vſuſfructus, tametſi gloſ. finalis ibi aliter tex. illum accipiat, quaſi de præſcribenda libertate vſusfructus agatur., non verò de ipſo vſufructu præſcribendo. Sed textum illum de vſusfructus ipſius præſcriptione intellexerunt Cynus ibi. 3. quæſt. Bald. num. 9. Salicet num. 3. Fulgo. nu. 3. Paul. de Caſt. nu. 9. Cynus in præſenti fin. col. idem Cynus poſt Petrum in. l. corruptionem. 3. q. C. de vſufruct. Barto. in illo. §. non mutat. Paulus ibi. num. 2. dicens hũc eſſe verum intellectum illius legis fin. licèt alij aliter intelligant. Imola ibi. nume. 6. Bartolus in. l. 3. §. ex contrario. num. 4. ff. de acqui. poſſ. idem Barto. in. l. ſi ego. §. 1. ff. de Publicia. idem in. l. 1. in princi. num. 9. ff. de acqui. poſſ. idem Barto. in. l. 1. in prin. nu. 7. ff. vti poſsidet. Salice. in. l. vnica. C. vti poſsid. nu. 7. verſ. ſed defendẽdo dic. & teſtatur hanc eſſe communem reſolutionem Martinus Laudenſis in. l. ſeruitutes prædiorum. num. 2. ff. de ſeruit. teſtatur hanc eſſe communem reſolutionẽ Epiſcopus Ciuitatẽ. lib. 1. varia. reſolu. c. 17. num. 11.

31 Præſcribit autẽ hoc in loco vſusfructuarius ex quaſi naturali poſſeſsione, quæ in vſu ipſius fructibus vtentis conſiſtit. Item ex quaſi ciuili, quæ ex ſcientia ac patientia veri domini reſultat. l. 3. §. dare. ff. de vſufru. tametſi Barto. in illa. l. 1. in princi. nu. 9. pręſcriptionẽ hoc caſu ex ſola quaſi poſſeſsione naturali procedere exiſtimauerit, qui in hoc vno communiter eſt ab omnibus reprehenſus. quod Ripa in proprio loco teſtatur. num. 34. idem affirmant Iaſ. in illo. §. ex contrario. nu. 30. Ripa in rub. de cauſ. poſſ. & pro. num. 21. Pręterea ſi diceremus vſumfructum non niſi centum annis veluti ſeruitutem diſcontinuam pręſcribi, conſequeretur eum eſſe impræſcriptibilem. Nã cùm morte vtentis ille finiatur. §. fina. de vſufru. nemo autem regulariter plus centum annos viuere præſumatur. l. fi. C. de ſacroſan. eccleſ. nemo vſumfructum vſucapere poſſet. Sed neq; vniuerſitas, collegiúmue poſſet præſcribere vſumfructum, nam nec apud hos plus centum annis durat. l. ſi vſuſfructus municipibus. ff. de vſufruct. Supereſt igitur prima limitatio ad regulam. quæ docet ſeruitutes habentes cauſam diſcontinuam, non præſcribi niſi tempore immemoriali, vt illa minimè procedat in ſeruitutibus perſonalibus.

32 Ex qua & illud inferri videtur, ius paſcendi in aruis alienis vicinæ ciuitatis licèt diſcontinua ſeruitus ſit, præſcribi tamen longo tempore ſicut vſumfructum. ita enim voluit Paulus de Caſtro conſi. 113. colum. 2. num. 3. volum. 2. eſt enim hæc ſeruitus perſonalis diſcontinua, cùm non concernat alicuius prædij vtilitatem. ſecundùm Aymonem Publicium in conſuetudinibus Albernia. tit. 25. arti. 2. Crauetam conſilio. 4. col. 2. Sed verius eſt ſeruitutem hanc realem eſſe cenſendam, tranſit enim illa ad ſucceſſores etiã particulares. l. teſtatrix. §. plures ex municipibus. ff. ſi ſeruit. vend. vbi huiuſmodi ſeruitus tranſit in emptorem ac etiam in legatarium, eſt igitur realis ſeruitus. & ita tenent Socinus conſilio. 176. col. 1. Guido Papæ déciſione. 573. Pariſius conſilio. 27. nu. 70 vol. 1. Zaſius in ſumma de ſeruit. ruſt. col. 3. & lib. ſingula. reſpon. 1. c. 11. Chaſſenæus in conſuetu. Burg. rub. 13. §. 5. num. 16. Longouallius in. l. 3. colum. 4. ff. de iuriſ. om. iudi. quare non quæritur hæc ſeruitus niſi tempore immemoriali, cùm realis ſit ac diſcontinua. Quod tenuerunt Guido Papæ, Pariſius & Chaſſenæus vbi ſup. Petrus Iacobus

in praſt.tit.de ſeruitute pecoris. Cepola de ſeruit.ruſtic.prædio.cap.9.num.24.Decius conſilio.483. nu.26. Bertrandus conſil.24. num.10. volumi. 1. Epiſcopus Ciuitatenſis lib.1.var.reſolutio.cap.17.nu.11. Atq; idem cenſeo ſtatuendum in ſeruitute pecoris ad aquam appulſus.

33 Secundò principaliter limita, niſi is qui vſus eſt ſeruitute diſcontinua per longum tempus decem, vel viginti annorum, dicat ſeruitutem ſibi conſtitutam fuiſſe ex aliquo titulo:nam licèt titulum non probet, ex tam longi temporis vſu ille iam arguivi detur.argum.text.in.l.cùm de in rem verſo.ff.de vſur.ex quo textu probatur ex diutina præſtatione & tituli allegatione titulum præſumi præceſsiſſe. atque ita illum textum allegant omnes. Et ita communiter teneri affirmat Bernar.Diaz de Luco.regul.26. quare limitationem hanc tenet ibi glo.ordi.in parte, longo.ibi.idem quoque in ſeruitutibus acquirẽdis. Iacobus tamen Butricarius ac Petrus de Bellapertica contrarium tenuerunt,imò quòd etiam ſi quis vellet ſe iuuare tituli allegatione, niſi titulum probet,non poſsit præſcribere ſeruitutem niſi centum annis. tenet hanc opinionem Cynus in.l. ſi certis annis. 8.q.C.de pact. vbi idem ſequũtur Iacobus de Raue. Bald.& Ange.quorum loca refert Alexan. ibi num.9.& inquit Iaſ.ibi nu. 15. hanc eſſe arduam quæſtionem. & tenent hanc opinionem Raynerius de Forliuio in.l.1.§. deniq;.ff.de aqua plu. ar.referẽte Bartolo ibi, qui nu.6. teſtatur hanc eſſe communem opinionem modernorum cõtra gloſſam. Imola ibi nu.13. affirmans hanc eſſe veriorem opinionem quam tenet Ange.in.l.veteres.§.ſi quis ſeruitutem.num.1. ff. de itin. actuq; priuat.Imola, Paul.& Aretinus in.l. qui in aliena.in prin.ff.de acquren.hȩr.Bal. & Ange.in illa.l.ſeruitutes prȩdiorum. vbi iterum Bart.num.4.teſtatur hanc eſſe communem opinionem. Horum aduerſus gl. opinionem rationes ſunt duæ potiſsimæ. Prior,quòd ſi ex ſola tituli allegatione poſſet quis cum longi temporis præſcriptione obtinere in vſucapienda ſeruitute diſcontinua,liberum eſſet cuiuis titulum allegare; & ita leges quæ dicunt neceſſariam hic eſſe immemorialem prȩſcriptionẽ,eſſent verbis impoſitæ,quod eſſe non debet.l.2. commu.de legat.Secunda ratio eſt,quoniã tex. in.l. cùm de in rem verſo. loquitur in ſoluente,in quo magis videtur declarari titulus, quàm ex animo patientis, in quo nos agimus.Sed adhuc ſententia gloſſæ(cui hę rationes parum obſtant)tenenda eſt. & ibi eam tenet Bart.num.3. & communem eſſe teſtatur Florianus eam ſequutus nu. 11. & fuit hæc opinio Azonis,à quo eam Accurſius(vt alia permulta mutuatus eſt)in ſumma huius tituli.num.30.& tenet eam gloſſ. in illa.l. ſeruitutes prædiorum.in gloſſ.certam.ibi, tamen poteſt dici. ff. iſto titul. vbi eam ſequitur Barto.nu.4. Florianus nu.39. dicens veriorem eam videri Paulus ibi, nu. 10.dicens doctores vtriuſque iuris videri ſequutos magis communiter glo.illius opinionem,quam etiam tenet glo. ordi.in.l.1. §.denique.ff. de aqua pluu.arcend. in gloſ. diu.vbi eam tenet Bart.num. 6. gloſſ. in.l.ſi quis diuturno.ff.ſi ſeruit.vendicet.gloſ. in cap. peruenit. in parte, cenſus ignorantiæ. de cenſib. vbi Hoſtienſis. colũ.1. teſtantur eam eſſe communem opinionem, quam etiam tenet Bart.in quæſt.7.mulier habens cap.fin.num.2.& conſilio.189.primò quæritur.num.5.idem Bart.in.l.qui in aliena.in prin.ff.de acqui.hære.vbi Iaſ.fin.col.teſtatur hanc eſſe communem opinionem. teſtantur hanc eſſe communem opinionem præter alios Angel.de Aretio.in. §. æquè ſi agat.num.14.de actio. Inſti.Fely.in cap. de quarta.num.41.de præſcr.Alexander conſilio.69.col.2.volu.5. Corneus cõſ.293. col. 3.vol.3.Franciſc. Curtius conſil.174.nu.28. communem eſſe & in praxi receptã & recipiendam affirmat Cepola de ſeruit.vrban. prȩdior.cap.19.num. 6.communem Socinus regula.373.teſtatur eſſe communẽ Epiſcop.Ciuitatenſis lib.1.variarum reſol.c.17. num.11.col.eius numeri.4.Pro qua facit optimè tex.in illa.l.1.§.denique. de aqua plu. arcend.

arcend. ibi, ſi tamẽ lex nõ inueniatur impoſita, vetuſtatem vicem legis tenere. nota rectè glo. verbum, vetuſtatem, de curſu lõgi tẽporis interpretatur. argum. l. ſi cum fideicõmiſſaria. §. Ariſto. ff. ſi ſer. vendic. tametſi ad immemoriale tẽpus verbũ illud videatur propriùs ſpectare. l. in ſumma. §. apud Labeonem. ibi, nec memoriã extare quando facta eſt. eod. titu. Iuuatur præterea hæc opinio ex tex. in. l. qui in aliena. in prin. verſic. ſed ſi non adierit. ff. de acqui. hære. & in l. ſi filius. C. de petit. hære. l. quam Tuberonis. §. ſunt quidam. ff. de pecul.

34 Et præterea confirmatur ex eo, quòd ex diutina poſſeſsione bonorum apud cohæredes præſumitur præceſsiſſe titulus diuiſionis inter eos, vti ex ſententia Azonis & Hugolini determinat glo. ordinaria in. l. ſi maior. in gloſ. 1. ibi, reſpondeo ſecundùm Azonem. infrà comm. diuidun. quam ibi ſequuntur omnes & multi alij apud Iaſſonem eius opinionem probantem in. §. quædam. nu. 40. de actio. Inſtit. & teſtatur eſſe communiter approbatã idem Iaſ. in. l. ſciendum. nu. 18. ff. de verb. obliga. idem teſtantur ſequentes opinionem glo. idem Iaſ. nu. 11. Curtius Iunior. num. 22. in. l. ſi certis annis. C. de pact. teſtantur præterea glo. opinionem eſſe communem allegantes alios atq; eam declarantes Balbus de præſcrip. 3. part. in princ. q. 10. nu. 41. Ripa. in. c. ſæpe. de reſt. ſpolia. nu. 2. verſ. duodecimum & vltimum. Boërius deciſ. 58. nu. 3. quæ minimè correcta cenſeri debet ex lege ordinamẽt. 5. tit. 13. lib. 3. quæ originem traxit à lege. 8. de hæreditatibus lib. 3. for. leg. nam leges illæ locum habẽt, cùm certum eſt diuiſionem non præceſsiſſe. gl. verò agit cùm dubium eſt an diuiſio prçceſſerit, & poſſeſſor rerum prætendens ex diuiſione ſe poſsidere, allegat diuturnitatem longi tẽporis. Sed hæc diſsimilia ſũt, vt vides. Nec obſtat huic gloſſarum opinioni prior illa ratio, ꝙ liberum ſit cuilibet allegare titulũ ad obtinendum: quoniam ſiniſtram hanc præſumptionem capi non oportet. l. fi. C. ad. l. Iulia. repetũd. maximè verò iuramento calumniæ præcedente. §. 1. de pœna teme. litigãt. nec minùs in hoc caſu patiẽtia quàm ſolutio videtur operari maximè in re modici præiudicij.

35 Limitabis tu hanc communem vt procedat dũmodo probetur allegantem titulum vſum fuiſſe ſeruitute veluti debita ſibi ex illo titulo quem allegat, hanc enim tituli allegationi qualitatem oportebit adijcere. quod vterque Salicetus notauit in illa l. cùm de in rem verſo. quod iunior ibi retulit nu. 10. quam etiam ſequitur idem Salicetus in. l. ſi certis annis. ſup. de pact. nu. 10. vbi ſequuntur vterque Curtius ſenior nume. 19. Iunior verò. 24. Ex quo conſtat hanc eſſe communem opinionem, quam etiam ſequuntur Romanus. nu. 5. poſt Cumanum. Alexander fin. col. Iaſ. nu. 47. in. l. qui in aliena. in prin. ff. de acqui. hær. Alex. conſi. 108. col. fi. vol. 2. Balbus. 2. par. 4. part. princi. q. 1. col. 2. & mihi placet.

36 Secundò non haberet locum communis opinio gloſſarum, quando adeſſet præſumptio aliqua, quæ tituli præſumptionẽ excluderet, quo caſu ex diutina etiam patientia imò & præſtatione non induceretur præſumptio tituli. ita enim voluit Bald. eleganter in. l. fin. num. 1. C. ne de ſtatu defunct. Nam ſi præſumptio eſſet quòd gratis quis aliquid ſolueret vel pateretur, minimè ſufficeret longi temporis curſus cum tituli allegatione. Decius referens Alexandrum in. l. ſi certis annis. numero. 16. C. de pact.

37 Vnde infertur, ꝙ ſi domini terrarum vel locorum collegerint à ſubditis ſuis, hoc eſt vaſallis, collectas, iura hoſpitiorum, muneravè quæcumque, etiam probent per longum tempus hæc fuiſſe ſibi præſtita, & titulum allegent, cuius virtute ſe contendunt illa omnia accepiſſe, adhuc non obtinebunt quouſque probent tituli veritatem, cùm non cenſeantur illa omnia data animo contrahendæ obligationis, ſed potiùs ex quadam familiaritate, aut certè per dominorum ipſorum impreſsionem. ita enim voluit eleganter Hoſtienſis in ca. quod latenter. de reg. iur. Ioan. Andr. & Panor.

& Panorm.ibi,teſtatus hanc eſſe commu-
nem opinionem. & idem quoque voluit
Innocentius in cap.bonæ.2.de poſtul.præ.
l.t. & qui hunc ſolum refert Ioãnes Faber
in.l.ſi certis annis.col.pen.verſi. item nota.
de pact.Ioannes Andreæ in ca. 1. in nouel-
la.num.2.de præſcrip.lib.6.Baldus in cap.1.
§.pactiones.nu.1.de pace cõſtãt.Aretinus
conſi.14.Iacobinus in queſt.feudor.nu.50.
Guido papæ de præſump.num.106.volu.5.
tractat. & nullo tẽpore hæc præſcribi poſ-
ſe notauit Montaluus in.l.1.titu.11.lib.2.fo-
roleg.in glo. *ò forçada.* Et ita audio plerũq;
in his ex hac præſumptiõe dñosin vtriuſq;
regni prætorij & Pinciani & Granatenſis
38 auditorio cõdemnari. Lucas tamen de pen
na in.l.hac lege.col.2.de aquæ duct.libr.11.
exiſtimat id minimè procedere, ſi probent
domini tempore immemoriali ſe hęc acce
piſſe. atque hanc opinionem ex alijs veluti
conſtantem ac certam videtur tradere Epi-
ſcopus Ciuitatenſis in regul.poſſeſſor.de re
gul.iur.in.6. 2.par.§.4.nu.4. Sed ex ſola im-
memoriali, niſi titulus aliquis, vel tituli ali-
qua adminicula probentur, non exiſtimo
pro dominis iudicãdum, cùm tempus im-
memoriale vitium impreſsionis, quo ego
ſemper præſumo à ruſticis illa præſtari,
non excuſet.

39 Quoties etenim inferior patitur aliquid
in rem ſuam committi per ſuperiorem, pa
tientia hæc non habetur pro conſenſu. ar-
gum.tex.in.l.1.C.de bonis mater.in authẽ.
de nupt. §. ſi verò.coll.4. Bartolus optimè
in diſput.7.col.2.nu.3.verſ.ſecundò probo.

40 Quare iudicio quidem meo etiam ſi va
ſalli tempore longiſsimo permiſerint do-
mino locare arua communia ipſius oppidi
vel ciuitatis, non ex hoc poterit dominus
exinde eos à paſtu illorũm pratorum pro-
hibere.

41 Diſpoſuit tamen aliquãdo Carolus prin
Regni noſtri ſanctio pragmatica.
ceps omnium, quos terra tulit vnquam ex
cellentiſsimus, Carpetanorum Mantuæ pe
titione.28.anno.1528.vt quaſi poſſeſsio ha-
rum præſtationum quadraginta annis do
minis ipſis quæreretur, proprietas centum:
cuius legis diſpoſitio rarò obſeruata fuit.

42 Quòd ſi pietatis cauſa aliqua hic adſit,
cui referri poſsit hæc annua præſtatio, tunc
ob pietatẽ potiùs quàm ob impreſsionẽ ſu
perioris pręſumẽtur factæ præſtationes, at-
que exinde titulus arguetur. Hippolytus
allegans alios.ſing.192.

43 Secundò principaliter limitabis regu-
lam ſupraſcriptam, quæ habet ſeruitutes di
ſcontinuas non niſi tempore immemoria
li præſcribi, vt non procedat, ſi cum titulo
quis præſcribat, quo caſu communi ac or-
dinario tempore procedet præſcriptio. ar-
gum.text.in.l.ſi ego.§.1. ff.de Publici. & te-
nent hanc limitationem Ioãnes Faber in.§.
æquè ſi agat.num.18.de acti. Inſtitut. Pau-
lus de Caſtro in illa.l. ſeruitutes prædiorũ.
fi.col.verſi.eſt & alius caſus. ff.de ſeruit.Ce
pola de ſerui.vrba.prædior.cap.19. num.9.
Balbus.2.par. 4.part.quæſt.1.num.4.Fely.
in cap.de quarta.num.41.de præſcrip.debe
ret autẽ hoc caſu titulus probari, quoniam
ſatis eſt vt temporis tranſcurſum hic ſup-
pleat probatus.

44 Tertiò principaliter tu limitabis ſupe-
riora, vt non procedant contra eccleſiam,
aduerſus quam ſeruitus etiã continua non
præſcribitur minori tẽpore quàm quadra-
ginta annis.c.de quarta.ca. quia indicante.
45 de præſcript. Idemque eſt, ſi contra hoſpi-
tale aliqua præſcriptio procedat ex textu.
in authen.de eccle.tit. §. pro temporalibus.
colla.9.ex quo textu ita colligunt Bald. in
l.genero.1.lectione.col.fi. ff. de his qui no-
tan.infam.Panorm.in ca. accedentibus. de
priuileg. Fely.nu.20.in illo cap.de quarta.

46 Etiam ſi hoſpitale ſit erectũ ſine epiſco-
pi authoritate.Fulgoſius in.l.omnes.num.
13. C. de ſacroſanct. eccleſ.dicens ſe ita Flo-
rentiæ conſuluiſſe. Sed hoc ipſe non affir-
mo, imò in contrariã opinionem moueor:
quoniam ſi hoſpitale ſit erectum ſine epi-
ſcopi authoritate, locus ſacer non efficitur.
ca.ad hæc.de relig.domibus.poteſtque de-
ſtrui.glo.altare. in clem.quia contingit. de
religi.domibus.facit tex.in clem.literas. de
præben. deniq; non gaudet priuilegijs piæ
domus.

domus. Bal.in authen. hoc ius porrectum.
num.2.de ſacroſanct.eccleſ.nec poteſt à pa
47 pa eius prælatura impetrari. quam opinio-
nem communem eſſe teſtatur Curtius iu-
nior conſi.20.nu.1.
48 In dubio autem ſemper præſumitur
hoſpitale erectũ epiſcopi authoritate. Ro-
ma. in.l. ſciendum.nume.40. ff. de verbo-
rum obligatio. Felyn. allegans alios in illo
49 cap. de quarta. num.12. Nam & immuni-
tas eccleſiaſtica competit hoſpitali erecto
ex epiſcopi authoritate.quod Bal. obſerua-
uit in.l.ſi quis ad declinandam.§.omnibus.
num.21.de epiſcopis & cler. Fely.in illo ca.
de quarta.num.6.Epiſcopus Ciuitatenſis al
legans multos lib.2.variar.reſolutio.cap.20.
num.4.
50 In bonis ſanè ſocietatum, quas fraterni-
tates vocant, non idem erit dicendum, ſi
ſine epiſcopi authoritate ſint fundatæ. qđ
expreſsim notarunt allegantes alios Cor-
neus conſilio.119.num.27. volumi.2. Pari-
ſius conſil.34.num.9.volu.4.Tiraquell.de
priuil. piæ cauſæ in præfatione.verſic. con-
trarium tamen.
51 Contra Romanã autem eccleſiam cen-
tum anni pro quacunq; præſcriptione re-
quiruntur in authẽ. vt eccleſia Roma. col.
52 2.in cap. ad aures.de præſcript. Et idem vi-
detur dicendum de eccleſia Conſtantino-
politana,cùm huic impartiri ſoleant priui-
legia Romanæ eccleſiæ. l. omni nouatione
ceſſante.C.de ſacroſanct.eccleſ.Sed ille tex-
tus de vrbe ipſa Conſtanſtinopoli intelligi
tur ibi à glo.Salicet.& cæteris, non verò de
eccleſia,quæ Romanæ quidem ſubeſt,licèt
poſt illam prima ſit.
53 Quartò ſuperiora limitabis non proce-
dere in rebus ſpiritualibus,vel illis annexis,
putà iure patronatus,vel iure eligendi,quę
iura reiecta quæſtione continua ſint vel di
ſcontinua quadraginta annis præſcriben-
tur.Bal.in præſenti colum. 3. verſic. quæro
54 ſi volo præſcribere.Salicet.nume.19. Nam
ius patronatus licèt vendi non poſsit.cap.
de iure. de iure patr. præſcribi iure optimo
poteſt.Ioannes Andreæ in cap.quod alicui.
de regul. iur. libr.6.atque eſſe communem
opinionem teſtantur allegantes alios De-
cius conſilio.117.Ripa in rubric.de iudi.nu.
79.& libro.1. reſp. cap.1.num.13. Epiſcopus
Ciuitaten. in regula.poſſeſſor. de regulis iu
ris.in.6.2.part.§.10.num.3.In his igitur & ſi-
milibus ſatis erit quadragenaria præſcri-
ptio,ſiue præſcribantur iura habentia cau-
ſam continuam,ſiue diſcontinuam ex ſen-
tentia Bald. & Salicet. & ante eos ita tenuit
Cynus in præſen.num.6. in fine.ſequuntur
eandem opinionem Balbus de præſcript.
2.part.4.part.§.1.num.7. Ange.in.§.æquè ſi
agat. col.5.de act.Inſtitut.Corneus conſil.
47.nu.4.volu.3.Alexander conſi.75.nu.50.
in fine.volu.4. & teſtatur eſſe communem
Balbus ipſe.1.part.5.par.§.9. num.4.
55 Quod tu intellige, ſi præſcribenti adſit
titulus, nam ſine eo requireretur tempus
immemoriale. Epiſcopus Ciuitaten. in illo
cap.poſſeſſor.2. par.§. 10. nu. 7. quæ opinio
Abbatis eſt & aliorum quos refert Balbus
dict.§.9. nu. 4. & tenuit eam Abbas conſil.
106.num.2.volu.2.quibus multùm patroci
natur textus in cap. 1. de præſcript.
56 Quintò tu limitabis ſuperiora non pro-
cedere iure noſtro regio, ex quo. 40. annis
duntaxat videtur probari hæc immemo-
rialis præſcriptio.l.41. Tauri.nanque illud
tempus hodie ſufficere videtur ad præſcri-
bendam ſeruitutem diſcontinuam.Sed for
taſſe textus ille extra ſuam cauſam trahen-
dus non eſt.
57 Sextò limita ſuperiora non procedere,
ſi ſeruitutes ſimul cum fundo ipſo præſcri
bantur, tunc enim præſcribentur ſpatio
ordinario decem annis inter præſentes,vi-
ginti inter abſentes: præſcripto enim præ-
dio, cenſentur præſcriptæ ſeruitutes illi
prædio accidentes. l. ſi aliena res. §. hoc iu-
re.ff.de vſucap.& vendito prædio, ſeruitu-
tes quoque prædij illius diſtractæ eſſe vi-
dentur.l.ſi aquæ ductus.ff.de contra.emp.
l.penult.ff.de euict.
58 Item petens fundũ cum ſuis pertinẽtijs
(quod vocant)& iuribus, videtur ſeruitu-
tes quoque petijſſe, ſi egerit reali actio-
ne,

ne, quod hoc caſu præſumitur, ſecùs ſi
perſonali actione experiatur. Alciatus, qui
ita diſtinguit in.l.rei appellatione.ff.de ver
borum ſignifi.
59 Item adde, prædio publicato, ſeruitutes
videri etiam publicatas. l. via conſtitui.§. ſi
fundus.ff.de ſeruit.ruſt. prædior.
60 Item legato fundo, videtur etiam legata
ſeruitus.l.ſeruo legato.§. ſi fundus. ff.de le-
gat.primo.
61 Sed contra ſuperiorem diſtinctionem,
imò quòd ſeruitus etiam continua nó niſi
immemoriali præſcriptione acquiratur, al-
lego tex.in.l.hoc iure.§.ductus aquæ. ff. de
aqua quoti. & æſtiu. nam ſeruitus aquædu
ctus continua quidem eſt, & tamé niſi eius
origo memoriā hominum exceſſerit, non
cenſetur impoſita. Gloſ. in præſ. ſoluit, ꝙ
ibi aqua ducebatur ex flumine publico ſeu
fiſcali, hîc autem & in cæteris continuis ſer
uitutibus ex flumine priuato ſeu fonte.
62 Probaturq́ue hæc ſolutio glò.in.l. vſum
aquæ.& in.l.diligenter. de aquæ duct.libr.
11.vbi non niſi tempore immemoriali licet
ex flumine publico habere ſeruitutem du-
cendi aquam: quoniam ea quæ ſunt iuris
publici, ordinario tempore non capiútur.
63 l.ſi.in prin.ff.de vſucapio. Tu adde hoc ve
rum eſſe non ſolùm ſi ex flumine publico
ducatur aqua, ſed ſi ex priuato, per loca ta-
64 men publica deriuetur. Aretinus conſi.30.
col. 3. qui ita interpretatur textum in illo.§.
ductus aquæ. ex text.in.l.ſi in publico.ver-
ſiculo. ſine permiſſu.ff.de aquā plu.arcend.
l.ſeruitutes.§.loco publico.ff.de ſeruit.l.1.§.
permittitur.de aqua quoti.& æſtiu.
65 Quare eleganter Bartolus, qui in.l.quo-
minùs.13.quęſt. ff. de flumi.inquit non li
cere cuiquam ex flumine priuato per lo-
cum publicum aquam ſine principis licen
tia deriuare, Bartolo ſe ſubſcripſere ibi Iaſ.
num.89.Rip.num.90.allegat Bart.textum
in.l.non ſolùm.in prin.ff.de noui.oper.nú-
tia.in.l.2.§.tractatum. ff.ne quid in lo.pub.
& in illo.§.loco publico. Secundo loco ſol
uit glo.tex.in illo.§.ductus aquæ.vt text.il-
le loquatur in ſeruitute habēte cauſam di-
ſcontinuā, cùm vt aqua ibi flueret, oportet
ſemꝑ factū hominis interuenire: vt ſi aqua
putealis eſſet, vel ita excurreret ex fonte, vt
ſemper ad eam excipiendam neceſſaria eſ-
ſet hominis induſtria, quare cùm ſit diſcō-
tinua, non niſi tempore immemoriali præ
ſcribitur. Atque huic intellectui acquie-
ſcit glo. in præſen. quem etiam ſequuntur
Barto.num.6.Bal.6.oppoſit.Salicet.num.5.
Paulus de Caſtro num.4.Angē.num.5. te-
ſtatus hanc eſſe communem intelligētiam
tex.illius. quem ętiam in hunc ſenſum in-
terpretatur Odofredus in.l.1.nu.9.ſup.eo.
66 Sed quòd etiam ſeruitus diſcontinua
triginta annis præſcribatur, gloſſ. noſtra
ita argumentatur. Negatoria competens
domino prædij in quod dicitur acquiſita
ſeruitus tollitur triginta annis, cùm ſit a-
ctio quædam perſonalis.l.1.§.1. C. de ann.
except.l.ſicut.l.omnes. de præſ.30. vel.40.
ann.l.2.C.de conſt.pecu.in prin.Inſtitu. de
per.& tem.act.Huic difficultati reſpondet
glo.non eſſe bonam conſequētiam hanc,
Perdidiſti negatoriam, nec illam allegarē
potes, igitur ego acquiſiui ſeruitutem. cùm
hæc ſimul ſtare poſsint.l.per fundum.ff.de
ſeruit.ruſt.prædior. Sed hæc ſolutio fragi-
67 lis eſt, nec placet ipſi gloſſatori. pauci enim
eſſe videntur, quòd quis ius nó habeat, vel
tale ius illud ſit, vt allegari minimè poſsit.l.
qui habebat.in prin.iuncta glo.conſilium.
ff.de manu.teſtam.vbi gl. dicit hoc eſſe mi
rabile.& ita eum text. expendit etiam Pau-
lus.in pręſen.num.4.Albericus.in.l.vbi pa
ctum.num.11.ſup.de tranſactio. Paulus ibi
num.6.Alex.ibi num.11.Iaſ.num.27.qui &
alios allegat. Quare iterum ſoluit gloſ.no-
ſtra hanc difficultatem dicens, negatoriam
tolli hoc caſu pro actibus iam præteritis,
pro itionibus (vt ita dicam) iam peractis,
ſed modò agi pro futuris, quæ non ſunt
præſcriptæ. Et in hac ſolutione reſidet
gloſſator. Et eſt in effectu dicere, ſeruitu-
tem diſcontinuam nódum formatam mi-
nimè exuere negatoriam, ſed ſolùm eam,
quę iam formata eſt. Sequuntur ſolutio-
nem hanc Barto.num.6.Bal.6.oppoſit.aſſe
runt

runt eam eſſe communem Ange. nu.5. Sa-
licetus num.6. tenet eam Paulus. num.4. Et
poterit hoc caſu qui intendit negatoriam,
vt gloſ. inquit, petere ſuam libertatem pro
futuro tempore: Item quòd ſua interfue-
rit per fundum ſuum itum non fuiſſe pro
tempore præterito. Poteruntque hæc o-
mnia eodem libello cumulari: nec conde-
mnato in vno, obſtabit exceptio rei iudi-
catæ, ſi agat ex alio, & hæc eſt ipſa veritas.
Eſt tamen caſus, in quo triginta non mi-
nùs annis ſeruitus præſcribetur: vt ſi e-
go permiſero tibi tignum in meum parie-
tem iniungere, vel feneſtram aperire quo-
uſque ego te admonuero, vel tignum a-
mouere, vel feneſtram cooperire. Nàm ſi
triginta annis ego te nõ admonuero, amiſi
iam ius admonitionis, qui tantò tempore
non admonui. Ita enim olim determina-
uit Iacobus Balduinus, & hunc referens Al
bericus in. l. cùm notiſsimi. num.7. de præ-
ſcript. 30. vel. 40. ann. Quorum potiſsima
ratio eſt, quòd hæc conceſsio non eſt con
ditionalis, ſed pura. l. ſi decem cùm petiero.
ff. de verborum obliga. igitur ſtatim cur-
rit illi præſcriptio.

68 Quartò principaliter tu collige ex lite-
ra text. huius præſcriptionem ſeruitutum
interrumpi eodem modo, quo interrum-
pitur rerum corporalium.

69 Pro cuius rei euidentia pręmittendũ eſt,
interruptionem poſſe naturaliter contin-
gere: vt ſi quis rem quam poſsidebat, deij-
70 ciat. l. naturaliter. l. ſi is qui pro emptore.
ff. de vſucap. Interrumpitur præterea natu-
71 raliter poſſeſsio per inundationem rei poſ-
ſeſſæ. l. 3. §. Labeo. ff. de acquirend. poſſeſſ.
vbi id notat Barto. 1. opposit. & cæteri poſt
eum. l. Pomponius. in princ. ff. eod. titul. l.
adeò. §. inſula. ff. de acquirend. rerum do-
mi. l. cùm vnus. §. fi. ff. de boni. aut. iudi. poſ-
ſeſſ. Et alijs modis contingit naturalis hæc
interruptio, quos enumerat Iuriſconſultus
in. l. qui vniuerſas. §. poſſeſsionem. ff. de ac-
quirend. poſſeſſ.

72 Ciuiliter interrumpitur alicuius poſſeſ-
ſio per litis conteſtationem. l. more litis. C.
de rei vẽdicat. l. 2. C. de fruct. & lit. expenſ.
l. alienam. ff. pro empt. l. 7. titu. 2. libr. 1. foro
73 legum. l. 29. titul. 29. part. 3. Etiam ſi fiat il-
la litis conteſtatio coram arbitro. l. cùm
antea. verſi. pleniùs. C. de arbit. vbi eum tex
tum expendunt in hoc Bartolus nu.7. Bal-
dus num.11. atq; idem notauit Oldral. con-
ſilio. 176. num. 1. tametſi contrarium velint
Antonius & Felynus, & qui hos refert Ri-
pa in. l. 2. C. de ædend. nu. 28. verſ. quartò fa
cit. Sed prior opinio in arbitro ꝓcedit, qui
veluti iudex quidã eſt. l. 1. ff. de arbi. hæc po
ſterior in arbitratore, atq; amicabili (quod
dicũt) cõpoſitore, quę concordia cõſtat ex
Alberico in rubr. nu. 3. de longi temp. præ
ſcript. Iure tamen noſtro huic differentiæ
locus non ſupereſt, ex quo litis conteſtatio
etiã coram arbitratore interrumpit prę̨ſcri
ptionem. l. 29. in fin. titu. 29. par. 3. vbi bene
id explicat Gregorius in vltimo ſcholio.

74 Sed hæc ciuilis interruptio ad res mobi
les non pertinet. l. 2. §. fin. ff. pro empto. l. ſi
poſt acceptum. ff. de re. vendic. l. Iulianus.
§. quantum. ff. ad exhibend. gloſ. ordinaria
in. l. 1. in glo. magna, ad finem. C. de iudi. ni-
ſi in. 4. caſibus. l. 2. C. de an. exceptione.

75 Sed an ſola citatio ante litem conteſta-
tam interrumpat præſcriptionem ſeruitu-
tis? Et glo. quidem noſtra duo membra vi-
detur conſtituere, vt ſi quidem ſine titulo
præſcriptio procedat ſeruitutis, tunc ſola
conuentio, ac executoris miſsio interrum-
pat præſcriptionem, ſicut eam, quæ longiſ-
ſimi temporis eſt, interrumpit, quoniam
ſine titulo illa procedit. l. cùm notiſsimi.
in princp. & in. §. imò. C. de præſcript. 30.
vel. 40. ann. Si verò cum titulo præſcriptio
ſeruitutis procedat, tunc neceſſariam eſſe
litis cõteſtationem ex lege. more litis. Hãc
reſolutionem glo. admittunt libenter Bar.
num. 11. Bald. num. 7. Fulgo. colũ. 2. Paulus
num. 5. Item Bartolus in. l. ſicut, in rem. nu.
1. de præſcript. 30. vel. 40. ann. Fulgo. ibi. nu.
5. Angel. nu. 5. & teſtatur eſſe communiter
approbatam hanc diſtinctionem Salice-
tus. ibi. num. 6.

76 Lege tamen regia. 29. tit. 29. part. 3. ſubla-

ta videtur hæc differentia cõmunis, & generaliter videtur ſtatui, vt omnem prorſus præſcriptionem ſola citatio interrumpat. Gregorius autem ibi in glo.3.ampliùs deliberãdum cenſet, cogitandum enim relinquit. Ego didici difficile eſſe inducẽdam legum correctionem, ac prõptiùs eſſe, vt leges legibus componantur, facileq; eſſe, vt leges poſteriores ex prioribus interpretentur, & legem quamuis eſſe ita interpretandam, vt quàm minimè lædat ius cõmune. Quare legem partitæ iuxta communem reſolutionem glo. noſtræ exiſtimo declarandam, vt ſolùm procedat in præſcriptione procedẽte ſine titulo ac mala fide. Item adde per libellum principi oblatum non interrumpi pręſcriptionem etiam longiſsimi temporis.l.ſicut in rem.de præſcrip.30. vel 40.anno. niſi in breuiſsimis ſanctionibus, quales prętoriæ ſunt.l.1.C.quã.libell.prin. dat.quem ita declarat glo.ibi in parte, oblatæ.in primo intellectu, qui videtur cõis.

77 Iure tamen canonum cùm ſola mala fides interrumpat præſcriptionem, quocũq; tempore illa interueniat.c.fin.de præſcrip. ſola citatio interrumpit præſcriptionem rerum quarumcunque. quod Bal.in præſenti ſolerter notauit. nu.7.cuius opinionem ſequuntur Angel.in.§. æquè ſi agat.nu.13. de actio.Inſtit.Cepol.de ſeruit.vrban.prædior.c.20.nu.8.Balbus.3.par.6.par. princip. circa tertiã ſpeciem.nu.36.Iaſ.in.l.fin.nu.11. ff. de eo per quem factũ.erit.Franciſcus de Crema ſing.101. Gregorius Lopius in.l.partitæ.qui ſolum Bal. allegat. Ioannes Anni-
78 bal in.l.naturaliter.nu.275.ff.de vſuca. Erit tamen & in foro ſeculari eadem opinio admittenda, cùm animam concernat materia
78 hæc atque peccatum, quo caſu Canoniſtis ſtandum eſſe iam olim placuit.glo.ordi.in cap.poſſeſſor.de reg.iur.in.6.in glo.1.ibi.in alijs autem alia.in extrauaganti de torneament.Ioannis.22.in parte, torneamẽta.quarum opinionem ſequũtur Fely.in.c.in cauſis.nu.1.de re.iudic.idem in.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.nu.43.de conſtitu.Socinus conſilio.77.nu.21.volumi.1.& teſtantur hanc eſſe communem opinionem eam ſequuti Socinus in.l.rem quæ nobis.col.3.de acquirend.poſſeſſ. Bermondius de publi. concubi.colũ.112.etiam ſi materia de qua agitur ſolùm concernat peccatum veniale.
79 Antonius, Imola, & Panormit.colũ.1.in cap.fin.de pręſcript. Alciatus in cap.nouit. num.19.de iudi.& in cap.cùm contingat. num.5.de iureiur.Ripa in cap.ſæpe.num.6. de reſtit.ſpoliat.

80 Oportet autem vt citatio pręſcriptionẽ interrumpat, factam fuiſſe apud iudicem competentẽ.l.ſi pater.C.ne de ſta.defunct. vbi glo.ſtatus.obſeruauit conteſtationem hanc haberi pro non facta: & eam ſequuntur ibi omnes. & præterea Bartolus in authen.de exhib.aut introdu.reis.§.illud.nu.23.coll.5.Et regulare eſt, vt citatio inualida præſcriptionem non interrumpat.Bart.& Alberic.in.l. accuſaturus.ff. de adulte.& multi alij quos allegat Tiraquellus de vtr.retract.§.8.gloſſ.2.numero.3.quare id non eſt ſpeciale in illa.l.ſi pater, fauore libertatis.

81 Secundò notabis ita demum citatione facta interrumpi præſcriptionem, ſi actor compareat in iudicio. argumento text. optimi in.l.& poſt edictum.§.1.ff.de iudici. & ita dicitur voluiſſe Guillelmus de Cugno.in.l.ſicut in rem.in princ.C.de præſcript.30.vel.40.anno.cuius opinionem ſequuntur Bald.in cap.conſuluit.num. 7.de officio delegat. Alexander in rubrica.ff. de in ius.vocand.Zaſius ibi ad finem.Montaluus.in.l.7.titulo.11.libro.2.foro.in gloſſ. *ò emplazalle.*

82 Tertiò ita demum citatio interrumpet pręſcreptionem, ſi facta ſit eo animo ab actore, vt litem proſequatur, non ſi hoc ſolum litem inſtituerit, vt interrumpat præſcriptionem. ita enim voluit gloſſ. in cap.placuit.2.verbo, interrupta.16.quæſt. 3.cuius opinionem ſequuntur Panorm.in cap.illud.num.24.de præſcript. Romanus in.l.ſi verò.§.de viro.nu.65.ff.ſoluto matri. Soci.regul.304.fallẽ.2.& regul.308.fallẽ.2. Iaſ.in.§.pœnales.num.134.de actio.Inſtitu. Chaſſe-

Chaſſenęus conſi.47.nu.8.Verior tamē opinio eſt in contrarium', vt conteſtatus litem hoc animo ſolo, vt præſcriptionem interrumpat, effectum interruptionis conſequatur. ita enim videtur voluiſſe glo.in.l. fin.in parte, humanę.C.de præſcrip.30. vel 40.ann.quā ibi ſequūtur Bar.& Salice.atq; hāc opinionem teſtatur eſſe communem eam ſequutus Ioannes de Imola in ca. plerunq;.nu.11.de reſcript. ſequuntur eam Fely.in illo.c.illud.nu.10.dicens alterius glo. opinionem non teneri. Iaſ. in.l. fi.nu.11.ff. de eo per quem fact. erit.Claudius in.l.naturaliter.num.22.ff.de vſucapio.teſtantur hanc opinionem eſſe communem Balbus de præſcr.3.p.6.partis.nu.33. Epiſcopus Ciuitatenſis in regula.poſſeſſor.de reg.iur.in 6.2.par.§.12.num.4.Et hæc opinio mihi verior eſt, qui video legem aliquando hoc permittere, vt litem quis in hoc ſolùm conſtetur, vt interrumpat præſcriptionem.l.Senatuſconſulto. verſic.hactenus.ff.de offic. præſid.& in.l.2.C.de anni.except.

83 Eſt autem differentia inter interruptionem factam ciuiliter & eam quæ fuit facta naturaliter: quoniam ciuilis interruptio ſtrictior eſt, & quæ nō prodeſt niſi interrumpenti.l.intra quatuor.in princ.ff.de diuer. & tempor.præſcript.l.2.§.fi. ff.ne de ſtat.defunct.l.fi.C.de duob. reis.vbi nocet correis, nō igitur noceret illis, ſi correi non eſſent.Et ita voluit glo. vulgo dicta ſingularis in.l.cùm notiſsimi.§.imò.in glo.innouata.C.de præſc.30.vel.40. annor. Alia tamen eſt in.l.more litis.in glo.1.C.de rei vēdic.tertia quæ non ſolet allegari in. l. 2. in glo.fi.ff.pro donat.quarta in.l.nemo.in gl. 3.infrà de acqui.poſſ.alia in.l.2.de lōg. tēp. præſcript.quarū opinionem ſequūtur Bar. in illa.l.naturaliter.nu.19. Angel. & Imola ibi.vterq; nu.4. Romanus. nu. 3. Claudius nu.27.teſtatus hanc eſſe communem opinionē.Pro qua eſt tex.iuncta gl.3.in.l. 1. C. de long.temp.præſcr.naturalis aūt interruptio oībus prodeſt, vt in illa.l.naturaliter.

84 Omnibus igitur his modis, quibus interrūpitur præſcriptio rerum corporaliū, interrumpitur etiam præſcriptio ſeruitutum.vt in hac lege.& expreſsim hoc notauit Innocentius in ca. auditis.de præſcript. vbi plura addit Panor.nu.13. Platea in.l.ad reparationem.nu.3. in fin.de aquæ duct.libro.11.Illud tu vltimo loco notabis, interruptionē præſcriptionis probari vno teſte poſſe omni exceptione maiore, & proprio partis iuramento.Cardina.conſil.107.Fely. in cap.illud.nu.12.de præſcr.Balbus.3.part. 6.part.quæſt.4.nu.53.

85 Quinto ac vltimo loco ex hac lege colligit Fulgoſ. 1. notabili. hoc textu q̃ optimè probari ſeruitutes eſſe tertiam quandā bonorum ſpeciem, quę nec mobiles ſunt, nec immobiles, quare tertiam ſpeciem bonorum eſſe profitetur Panor.in.c.nulli.num. 10.de reb.eccle.non alienan.

86 Et generale quidem eſt, vt quæ incorporalia ſunt, nec mobilia, nec immobilia cenſeantur.Bald.in ca.1.§.ſciēdum.nu.3.de feu-

87 di.cognit. Quare leges communes atque priuatę etiam huius Caſtellani principatus permittentes retractū proximioribus.l.dudum.ff.de contr.empt.infrà.c.conſtitutus. de in integr.reſti.l.regia.13.tit.10.lib.3.for.legum.l.6.&.7.tit.7.lib.5.ordinam.l.230.ſtili. l.70.Tauri.in ſeruitute diſtracta, non ſunt intelligendæ, quaſi de illa non ſenſerint leges illę.ita enim allegās Iaſ.voluit Andreas Tiraq.de vtro.retract.§.1.glo.5.nu.1.in fin.

88 Vltimo loco cùm de ſeruitutum libertatiſque præſcriptione multa à nobis in hac lege & ſuperiori dicta ſint, dubitare quis nec iniuria poſſet, libertas perſonalis quanto tempore præſcribatur? Et verius eſt etiā ſi qs lōgo tēpore titulo ac bona fide liberū hominem poſsideat, non præſcribet contra libertatem illius. l. vſucapionem. ff. de vſucap.Sed neque ſexaginta annorum prę ſcriptio eſſet hoc caſu admittenda.l.fin. C. de longi temp. præſcr. quæ pro libert. vbi id declarat Salicetus, etiam ſi quis liberum hominem poſsideat titulo ac bona fide, vt quia eum emiſſet à poſsidente bona fide.

89 Imò nec vllo tempore poſſet quis præſcribere liberi hominis libertatem.l.6. titu. 29.part.3.

29.part.3.etiam mille annis, ſecúdùm gloſ. in.l.2.in glo.ancillã.C.de ingenu. & manu miſſ. Seruus autem in poſſeſsione libertatis commoratus viginti annis contra ſeruitutem præſcribit.l.præſtat.C.de long.tempo.præſcript.quæ pro liber.

90 Aduerſus autem ingenuitatem licèt olim quinquennio, hodie nullo tẽpore præſcribitur.l.fi.ſupr.vb.cauſ.ſtatus.

Summa rerum. l. 3. Et in prouinciali.

1 *DOmini prædij tributarij ueri domini non ſunt.*

2 *Nemo niſi dominus rei imponit illi ſeruitutem.*

3 *Poſſeſſores prædij tributarij ſunt quaſi domini, & ideo ſeruitutem imponunt.*

4 *Prouinciales habere in prædijs tributarijs proprietatem & dominium.*

5 *Vſusfructuarius non poteſt ſeruitutem imponere, ſed nec acquirere.*

6 *Emphyteuta rei emphyteuticæ an ſeruitutem imponat.*

7 *Emphyteutam non poſſe alienare, non eſt perpetuum.*

8 *Emphyteuta poteſt pignorare rem emphyteuticam.*

9 *Emphyteuta eam poteſt etiam donare.*

10 *Seruitus ab emphyteuta conſtituta reſoluitur reſoluta ipſa emphyteuſi.*

11 *Reſoluto iure donantis, reſolui ius accipientis.*

12 *Qui debet annuum cenſum rei cenſuali, non prohibetur imponere ſeruitutem, quoniã firmius ius habet quàm emphyteuta.*

13 *Poſſeſſor rerum maioratus, poteſt illis imponere ſeruitutem.*

14 *Poßidens res maioratus eſt dominus rerum illarum.*

15 *Poſſeſſor maioratus poteſt acquirere ſeruitutem.*

16 *Pater legitimus adminiſtrator filij imponit filij rebus ſeruitutem.*

17 *Vaſallos uulgo dictos ſolariegos ſeruitutem rebus ſoli non imponere.*

18 *Maritus rei dotali an imponat ſeruitutem.*

19 *Seruitus ſequitur fundum quocunque, ille procedat.*

20 *Perſona in conceßione ſeruitutis demonſtrata facit ut conceßio ſit perſonalis.*

21 *Perſonæ affectio, cui fuit conceſſa ſeruitus, facit ut perſonalis ſit ſeruitus.*

22 *Promißio ſeruitutis aquæ hauſtus pro fratre non tranſit ad emptorem.*

23 *Text.in.l.fin.§. Lucius. de contr. empt. quatuor modis explanatur.*

24 *Obligatio perſonalis non ſequitur particularem ſucceſſorem.*

25 *Vt poßis in meis mœnibus cœnare, in furno meo coquere, ex nemore meo excidere, & ſimilia, nõ ſunt ſeruitutes reales, ſed perſonales quædam obligationes.*

26 *Pœna impoſita alicui in domo ſua ne ædificet in damnum uicini, non tranſit in emptorem domus illius.*

27 *Eo qui promiſit in domo ſua feneſtram non aperturum uendente domum illam, an emptor poßit feneſtram aperire.*

28 *Textus in.l.Lucius ff.de ſeruit.ruſti.prædi. quatuor modis interpretatur.*

29 *Facti affirmatiui promißio ad heredes tranſit.*

30 *Facti affirmatiui promißio indeterminata, ad heredem non tranſit.*

L. 3. Et in prouinciali.

DIuiditur textus hic in duas partes. In prima ponitur quædam deciſio, altera in poſteriori. Secunda ibi; quare non ignorabis. Ex priori parte tu collige, dominum prædij tributarij poſſe iure optimo illi imponere ſeruitutem.

1 Sed dubitandi ratio quæ fuit? Et ea fuiſſe videtur, quoniam qui prædia illa poſſident, non ſunt eorum domini. l. 1. iuncta gloſſ. mancipi. de vſucapi. transfor. infrà.

2 Nemo autem prædio niſi dominus poteſt imponere ſeruitutem.l.1.ff.comm.prædio.§.ideo autem.de ſeruit. Ratio autem deciſionis ea eſt, quoniam & ſi domini illi 3 non ſint, ſunt tamen quaſi domini, & habent effectum dominij.quod glo.1.docuit in præſenti. quam ſequuntur Odofredus in fine.Bald.num.2. Salicet.num.1. & ex alijs nemo eam reprehendit. & ſequuntur præterea gloſſ. opinionem Alexand.num. 1.Iaſon nu.2.in.l.in prouinciali.in princ.ff. de noui.oper.nuntiat.

4 Tu adde, prouinciales habere in prædijs tributarijs proprietatem & dominium, tametſi illud liberum non ſit, ſed quadam affectum ſeruitute. Quòd ſi proprietas apud fiſcum eſſet, quod falſò Iacobus Butricarius dicitur exiſtimaſſe, & tenet Iaſſ. in illa l. in prouinciali. num. 3. prædia ipſa non eſſent fiſco obligata ꝓ præteritis pẽſionibus, at verò illa fiſco obligata ſunt. l. imperatores. ff. de publi. & vectiga. Et hoc argumento Butricarium reprehendit Bald. in. l. de his. C. de epiſcopis & cler. & hanc opinionem ante Bald. tenuit gloſ. ordinaria in dicta. l. in prouinciali. in gloſ. 2. vbi dicit gloſ. ſublatam eſſe differentiam inter prouinciales & Italicos. Alexander tamen ibi nu. 1. in fine intelligit illam glo. quoad præſcriptionem, non tamen quoad tributa, & conſequẽter, nec quoad dominium directum. Sed gloſ. illa non patitur hũc intellectum, quoniam dicit illa prouinciales non eſſe dominos. & ſubdit ſtatim, ſed hodie ſublata eſt differentia. Quid enim aliud vult gl. illa, niſi quòd hodie eſt ſublata differentia inter prouinciales & Italos quoad cauſam directi dominij? Et in hoc notat glo. illam Ange. ibi. & idem voluit gloſſ. fin. in. l. 1. C. ſine cenſu. vel reliq.

5 Sed an & vſusfructuarius poſſit imponere ſeruitutem, cùm eam imponat dominus prædij prouincialis: & cùm acquirere ſeruitutem vſusfructuarius non poſſit fundo quem poſſidet. l. ſed & ſi quid inædificauerit. §. fin. ff. de vſufruct. dicendum eſt nec conſtitui ab eo poſſe, maximè cùm ſeruitus ſeruitutis eſſe non poſſit. l. 1. ff. de vſufruct. legat.

6 De emphyteuta dubitarunt, an poſſit imponere ſeruitutem fundo emphyteutico. Et videtur eum non poſſe, cùm alienare illum niſi requiſito domino non poſſit. l. fin. C. de iure emphyteu. qui autem prohibetur alienare, & ſeruitutem imponere cenſetur prohibitus. l. finali. C. de reb. alien. non alien and. Quare Hieronymus Tortus in. l. iubemus. 2. in princ. C. de ſacroſanct. eccleſ. exiſtimauit emphyteutam minimè poſſe rei emphyteuticæ imponere ſeruitutem. Contrarium melìus determinant in præſenti Guillelmus de Cugno. cuius opinionem ſequũtur Bald. num. 3. Salicet. nu. 1. Paulus de Caſtro nume. 2. & ante hos omnes ita voluit glo. in. l. 3. ff. de ſeruitu. vbi eam ſequuntur Bald. Paul. & Florianus. & teſtatur eſſe communem Corraſius ibi. nu mero. 2. quam dicitur tenuiſſe Dynus in. §. æquè ſi agat. 6. quæſt. de acti. Inſtitu. quem in hoc refert Florianus in illa. l. 3. ſequuntur eandem opinionem Bartolus in. l. 1. §. fi. ff. de ſuperficiebus. Bald. in cap. 1. §. quid ergo. num. 3. de inueſt. de re. aliena. fact. Aluarotus ibi. num. 1. Matthęus de Afflict. numero. 1. Zaſ. in. l. fin nu. 117. de iure emphyt. teſtatur præterea hanc eſſe communem opinionem Cepola eam ſequutus. de ſeruit. vrba. prædior. c. 14. num. 2.

7 Nec obſtat, quòd ille non poſſit alienare, quoniam id non eſt perpetuum in quacunque alienatione. l. ſi domus. §. fina. ff. de legat. primo. l. in conuentionalibus. §. fin. ff. de verborum obligat. licèt Bartolus in illa. l. ſi domus. §. fin. reſtringat textum illum, vt ſolùm loquatur in emphyteuta fiſci ſeu municipum, ſecùs ſi eſſet priuati, & idem teneat idem Bartolus in. l. in conuentionalibus. ff. de verborum obligatio. & in. l. 1. §. pen. ff. de ſuperficieb. communior tamen contra Bartolum opinio increbuit, vti eam ſequuti teſtantur Alexander conſilio. 120. numero. 5. volumine 1. Iaſſo in. l. fin. numero. 75. C. de iure emphyteut.

8 Nam & pignorare poteſt emphyteuta rem emphyteuticam ſaluo iure domini. l. tutor. §. fin. ff. de pign. actio.

9 Et donare liberè rem emphyteuticam poteſt. glo. alijs vendere. in. l. fin. C. de iure emphyt. quam ibi ſequuntur omnes. & teſtantur eſſe communem Iaſſ. nu. 60. Alexã. in illa. l. ſi domus. §. fi. num. 6.

10 Non tamen ampliùs ſeruitutis huius conſtitutio conſiſtet, quàm durauerit emphyteuſis ipſa conſtituenti. Si enim iterum res emphyteutica reuerſa fuerit ad dominum

nú directú, reſoluetur extéplò ſeruitutis có
ſtitutio.ex tex.elegáti in.c.1.§.quid ergo.de
inueſtitu.de re. alien. fact. vbi id notát Bal.
& poſteriores.idq́; notarútplerique oés do
ctores in præſ.& eſſe cóem opinioné teſtan
tur eá ſequuti Cepola de ſeruit.vrb.prędior.
c.14.nu.2.Auguſtinus Beroius. q.95.n.tt.in
fi.ſeqtur eá Zaſius in tracta.feud.7.par.nu.
11 55. Eſtq́; receptiſsima in iure ꝓpoſitio, reſo-
luto iure datoris, ius etiá acceptoris reſolui.
l.lex vectigali.ff.de pign.l.peto.§.prædiú.ff.
de leg.2.l. ꝙ ſi pédente.§.6.ff.de periculo &
cómodo rei véditæ. Sed obſtare videtur.l.
regia.11. titulo.31.part.3. vbi quoties aliquis
conſtituit ſeruitutem in re cenſuali vel em-
phyteutica, dicit text. *que la ſeruidumbre uala
ſiempre.* Sed tu verbum illud, ſemper, ad vi
tam conſtituentis reſtringito: nam dictio,
ſemper, non notat niſi eam perpetuitatem,
quæ rei de qua agitur potuit conuenire.l.
in cognitione. iuncta gloſ. accuſare. ff. ad
Syllanianú, ſicuti nec dictio, in perpetuú.
l.t. in princi. ff. pro ſocio. vbi ita ſcribitur,
ſocietas coiri pót in perpetuú. i. dú viuunt.
Adde.tex.in.l.fina.vbi Alberic.notat.nu.2.
C.de teſtam.tex.in.l.aduerſus. C. de vſuris.
vbi Bal.nu.2.inquit dictioné hác, ſemper, in
biénio triénio vè accipi poſſe. De quo mul
12 ta Socinus cóſi.11.vol.1.col.2.Ex ſuperiori-
bꝰ infero ipſe tria, quæ in praxi notáda ſút.
Primú, eú qui annos certos céſus in poſſeſ-
ſione ſua conſtituit (qđ in his regnis eſt fre
quétiſsimú) nó ex hoc ꝓhiberi ſeruitutem
poſſeſsioni illi imponere. Qđ ego accipio,
modò ne in fraudé creditoris, q céſum illú
emit, ſeruitus hæc conſtituatur, quo caſu
reuocari eá oporteret, ex edicto, quæ í frau
dé creditorú. Ratio huius illationis eſt, qm̃
cùm hoc liceat emphyteutæ, multò magis
licere debet céſuario, qui non ſolùm habet
dñiú vtile vt emphyteuta, ſed etiá directú.
gl.notabilis in.c.cóſtitutꝰ.verbo, iuxta illá.
de relig. domibus. quá ibi ſequútur oés, &
præterea Iaſ.in.l.1.nu.48.& in.l.2.nu.4.C.đ
iure emphyt.idé in authé.qui ré.nu.10.de ſa
croſan.eccl. Decius ibi.n.7.dicit eſſe cómu.
13 Decius.cóſ.138.n.5. Secúdò infertur, poſſeſ

ſoré maioratus (quod dicút) poſſe iure opti
mo imponere ſeruituté rei quam poſsidet
poſt morté ſucceſſori reſtituédam: quæ eo
vſq; durabit, dú ſequés ad ſucceſsioné non
14 fuerit admiſſus, ná eſt hic poſſeſſor verꝰ dñs.
rerú quas poſsidet. l. nó ideo minꝰ.ff.de rei
véd. licèt dñiú hoc reuocabile ſit ad morté
poſsidétis, reclamáte licèt doctiſsimo Go
mecio in.l.40.Tauri. nu.85.verſ.ſed his nó
obſtátibus. Qđ cùm publicè iá docuiſsé, in
ueni ita tenere Ariú Pinellú, virú equidé &
eruditióe maxima, & diligétia præclarú in
15 l.1.C.de bon.mat.3.p.nu.70. Acqrere ſanè
poterit hic ꝑpetuá maioratui ipſi ſeruituté.
qđ Fernádus Méchaca notauit. de ſucceſſ.
creat.§.5.n.13.verſ.qua róne.& in hoc maius
16 ius habet, q̃ fructuarius. Sed & patré legiti-
mú bonorú filij adminiſtratorem poſſe re-
bꝰ filij quas adminiſtrat, ſeruituté impone-
17 re, idé Pinellus ibi teſtatur.n.69. Tertiò in-
ferri videtur vaſſallos, quos Hiſpanè *ſola-
riegos* dicimus, quos noſtratú aliq exoleto
vocabulo appellát homines de máſata (ita
eñ eos vocat Guillel.Durádus in tit.de feu
dis.§.quoniá.verſ.ſed núquid.nu.37.) poſſe
rebus ſoli, quas poſsidét, imponere ſine au
thoritate dñi directa ſeruitutem. Sed in hoc
ipſe procliuior ſum, ne hoc illis liceat, eſt
eñ ius ipſorum in rebus illis inferius mul-
tò iure prouincialiú: ná alienare res illas ſo-
li omnimodo ſunt prohibiti.l.3.tit. 25. p. 3.
Sed neq; pignorare eis ꝑmittitur.l.2.tit.tt.
lib.4.ordinam. Quare (iudicio quidé meo)
nó poterút ſeruituté rebus illis imponere,
ſed nec cenſum etiam redimibilé, videntur
18 enim hi veluti vſuarij quidá eſſe. Sed mari
tus in re dotali an poſsit imponere ſeruitu-
té? Quod videtur, dñs enim illius eſt.l.doce
ancillá.ſup.de rei vend. in prin.quib.mod.
alienan.liceat. vel non.l.vnica.vbi id notat
Barto.& ego dicam aliquádo.j. de vſucap.
pro dot. Contrariú tñ probat tex. expreſſus
in.l.Iulianus. ff. de fundo dotal.qui tex.eſt
ſingularis. Eſt tñ primo loco intelligédus,
vt velit dicere non valere ſeruitutis cóſtitu
tioné in perpetuú, reuertetur eñ res ipſa do
talis libera ad vxoré ſoluto matrimonio.l.
in rebus.

in rebus.ȷ. de iure dot. dum tñ ipſe maritus vixerit dote illa perfruens, valebit ſeruitutis conſtitutio: ex Salice. in præſ. qui ſub dubio fortè ita legẽ illã interpretatur. Secũdò eſt accipiendus tex. ille in fundo dotali nec æſtimato: nã ſi maritus eũ æſtimatũ accepiſſet, poſſet illi imponere ſeruitutem. Cepola de ſeruitut. vrba. prædior. c. 14. nu. 10. æſtimatio enim hoc caſu facit veram emptionem. l. quoties. l. ſi inter virũ. C. de iure dot.

19 Secundò principaliter collige ex litera huius textus, ſeruitutem qua fundus affectus eſt, tranſire cum fundo quocunq; ille procedat. quod probant iura vulgata in. l. via conſtitui. §. ſi fundus. l. cum fundo. ff. de ſeruitut. ruſt. prædior. l. cùm fundus. ff. cõm. prædior. l. alienatio. ff. de contra. empt. l. 3. ff. quemadmo. ſer. amit. l. 6. titu. 31. p. 3. Eſtque id in iure perpetuũ, vt ſemper res obligata tranſeat cum ſua cauſa. l. hactenus. ff. de vſu fruct. l. debitorem. C. de pignor. cum alijs.

20 Quod tu intellige, præterquam ſi perſona, cui eſt legata vel promiſſa ſeruitus, ſit in conceſsione ſeruitutis demonſtrata, tunc enim ſoli illi vſus ſeruitutis conceditur, nõ etiam hæredi eius, vel emptori. l. pecoris. ff. de ſeruit. ruſt. prædior. Quæ limitatio iuuatur optimè ex textu eleganti in. l. ſeruus. ibi, itẽq; demonſtratio perſonę. ff. de ſtatu libe.

21 Secundò limitabis regulam huius text. ſi affectio perſonæ, cui conceſſa eſt ſeruitus illa, induxerit præſumptionem, quòd perſonalem concedens voluerit ſeruitutem conſtituere. ex textu pulcherrimo in. l. pater filiæ. ff. de ſeruit. legat. vbi pater quidam filiæ ſuæ domum legauit, eiq; ad domum illam per domum aliam hæreditariam ius tranſeundi præſtari voluit. dicit tex. ꝙ & ſi viro quoq; cõceſſus tranſeundi vſus videatur, ille tamen ad hæredes filię nõ pertinebit, ne qđ affectu. ſ. paterno filiæ datum eſt, hoc ad exteros eius hęredes trãſire videatur.

22 Ex quo tex. determinauit eleganter Iaſſ. in. l. 2. §. itẽ ſi in facto. nu. 7. ff. de verbo. obli. ꝙ ſi duo fratres habeãt domũ pro indiuiſo, & illã diuidãt eo pacto, vt vnus poſsit aquã haurire ex puteo alterius, vẽdita domo illa, nõ trãſire illã hauſtus ſeruitutẽ in emptorẽ domus illius, quoniam ex perſonæ eius cui fuit facta conceſsio qualitate, conſtat perſonaliter fuiſſe conſtitutam ſeruitutem.

23 Sed contra textum hunc in hac parte allego ipſe tex. in. l. fi. §. Lucius. ff. de con. emp. vbi fuit ſeruitus certæ cuiuſdam præſtationis impoſita fundo Lucij Titij, quem fundum poſtea vendidit Lucius Titius eo iure ac ea conditione qua apud ſe eſſet. deciditur in tex. illo fundum ad emptorẽ tranſiſſe liberum ab illa ſeruitute. textus ille indifficilis eſt, atq; ſolennem eum appellat Iaſ. in l. fin. num. 22. C. de ſacroſ. eccl. quare aduertendum eſt pro ipſius declaratione, neque enim vno modo ab interpretibus explanatur. Primus igitur intellectus text. illius eſt quorundam antiquiſsimorum iuris ciuilis interpretum, quos ibi gloſ. refert, ingenuè profitentium emptorem quidem non teneri, fundum tamen ipſum eſſe illi ſeruituti obligatũ. Sed hic intellectus menti ipſius Scęuolæ videtur cõtradicere, qui fundum ètiam ipſum liberũ à ſeruitute videtur ibi pronuntiaſſe. Quare ſecundus intellectus eſt tex. illius Albe. & Salice. in proprio loco, ibi nõ fuiſſe impoſitam ſeruitutẽ aliquam realem, qm̃ de huius natura ſit pati, nõ verò aliquid agere. l. quoties. §. ſeruitutem. ff. de ſer. ſed potiùs ibi actum fuiſſe obligatione quadã ꝑſonali, quare emptor ad illã, vt qui

24 ſingularis ſucceſſor eſt, non tenetur. l. fi. C. ſi aduer. credit. l. non aduerſus. C. de act. & obli. l. 1. §. ſi hęres percepto fundo. ff. ad Tre. Et hic intellectus veritatis maximã veriſimilitudinem præ ſefert: & cõmunẽ eſſe teſtatur Boer. deciſ. 66. nu. 4. qui ex eo quàm optimè cõfirmari poſſe videtur, ꝙ promiſ-

25 ſiones illæ, vt quis poſsit excidere ex meo nemore certã copiã lignorum, vt poſsit in meo furno coquere, in meis mœnibus cænare, non ſunt ſeruitutes, ſed obligationes perſonales. gl. in. l. vt pomũ. in gl. nõ poteſt. ff. iſto tit. vbi eã ſequuntur Bartolus & alij. alia in. l. pecoris. in gloſ. fina. ff. de ſeruitut. ruſt. prædior. vbi eam ſequitur Paulus de Caſtro nu. 3. glo. in. l. apud Iulianũ. §. ſi quis

alicui.in gloſ.cædere.ff.de legat.1. gloſ.in.l. mella.§.fi.in gl.perſonæ.ff.de alimen.& cibar.legat. vbi eam ſequitur Barto. nu.3. alia in.l. ſi quis binas ædes.ff.de vſufruct. quarum opinionem teſtantur eſſe cõmunem Alexan.conſi.18.nu.3.vol.5.Corneus conſi. 63.volumi.4.Gomecius in. §. æquè ſi agat. num.4.de act.Inſt.Cepola de ſeruit. vrban. præd.c.2.n.7.&.8. Zaſius,qui tamen cõtrapugnat,lib.ſingu.reſpon.1.c.11.Tertius fuit ad legem illam intellectus Martini Sillaniani in præſenti, contendentis ideo ibi non tranſire fundum illum cum ſua cauſa,quoniam non fuerit ibi ſeruitus conſtituta,ſed promiſſa.atq; hunc intellectum ſequuntur in præſenti Cynus & Alber.Bald.col.2.Fulgoſius,qui ſolùm Cynum refert in fine.Sa. licet.2.notabili. Et videtur communis eſſe hic intellectus, qui quàm optimè iuuatur ex eleganti Pauli reſpõſo in.l.ſi ſub vna.136. §.ſi quis viam.ff.de verb.obligat. vbi ſi quis ſeruitutem ex fundo ſuo promittat,& antequam ſeruitutem ipſam conſtituerit, fundum illum alienauerit,ſtipulatio ſeruitutis fit inutilis,ac euaneſcit.

26 Adde nec pœnæ impoſitionẽ ei dictam, qui in præiudicium atq; incommoditatem vicini ædificaret, tranſire in ſingularem ſucceſſorem.l.cum fundo.ff. de ſeruit. ruſt. prædior.gloſ.in.l.3.§.opus.in parte,alienaueris.ff.de alienat.iudi.mut.cauſ.fact.Barto.in l.fin.in fine.ff.de noui oper. nunt.Hippolytus allegans alios ſingul.334.Pendet nunc. atq; hic intellectus mihi placet.Quartus intellectus poſſet text.illi aſsignari,vt ibi Lucius Titius nullam ſeruitutem nec conſtituerit nec promiſerit in fundum illum quẽ venundedit ex poſt facto, ſed obligauit ſe ad certam illam penſionem frumẽti, & demõſtrationis cauſa dixit ſe illam ex illo fundo præſtaturum, nõ quòd fundum ipſum voluerit afficere aliqua ſeruitute, quem demonſtrationis cauſa nominauit in ſtipulatione.argum.text.in.l. Paulo Callimæcho. §.fin.ff. de leg.3.in.l. quidam teſtamento.ff. de legat. 1. Sicuti enim perſona inſerta ſtipulationi nõ facit eam ſemper perſonalem l.iuris gentium.§.pactorum. verſ.vtrum.ff. de pact. ita & res inſerta promiſsioni, non ſemper facit eam realem.

27 Sed ſi quis promittat vicino ſe non aperturum aliquam feneſtram in pariete, deinde domum illam alienet, an emptor poſsit feneſtram aperire? Et Speculator in titu. de empt.& vendit.§.ſciendum.num.24. exiſtimat licere emptori feneſtram in domo empta aperire.idem Florianus in.l.vt pomum. num.1.ff.iſto tit.Paulus in.l.Lucius.num.2. de ſerui.ruſt.præd.Ripa in.l.1.§.ſi hæres.nu. 4.ad Treb.quoniam obligatio quædã perſonalis hic videatur conſtituta, non ſeruitus realis.Sed ſi ratio eſſet expreſſa in huius ſeruitutis conſtitutione,vt quia dixiſſet promiſſor ſe feneſtram non aperturũ, ne mulieres vicini ſui offenderet, ne eius luminibus officeret,tunc ius reale videri conſtitutum,quod & ad emptorem tranſeat.quod idem Speculator & Florianus bene notarunt.& præterea Cepola de ſeruit. vrbano. prædio.c.62.num.8.Decius conſ.262.nu.4. & teſtatur eſſe hanc reſolutionem communem nec ab ea eſſe recedendum Ange.de Aretio in.§.ſi quis velit. num.1.verſ. in qua dubitatione.de ſeruit.inſtit. Ratio enim illa,promiſsionem ampliauit, quod non eſt infrequens in iure noſtro. l.regula. §.fin.ff. de iur.& fact.ignor.ſicuti reſtringere illa ſolet dicta generaliter.l.cùm pater. §. dulciſsimis.ff.de leg.2.l.fin.§.cui dulcia. ff.de vino, trit.& oleo.legat.

28 Deinde contra text. hunc oppono text. in.l.Lucius.ff.de ſeruit.ruſt.prædior. vbi cõceſsio ſeruitutis aquæ hauſtus non tranſit cum fundo, imò in dubio interpretatur eã Iuriſconſultus perſonalem. Ioannes Faber in.§.æquè ſi agat. de act.Inſt.num.4. contẽdens textum illum ab hac difficultate extricare inquit,ideo ibi ſeruitutem fuiſſe perſonalem,quoniam conſtituebatur aquæ hauſtus ſine neceſsitate fundi dominãtis, cùm ille minimè egeret irrigatione: ſeruitutes enim inuentas fuiſſe pro prædiorum neceſſitate,non pro voluptate dominorum.l. vt pomum.iũcta gl.ff.de ſeruit. neq; ſolet lex delica-

delicatorum votis deferre.l. ſi ſeruos:in fi.
§.de pig.act.hunc Fabri intellectum Gome
cius ibi etiam probauit. num. 11. ſed vix eſt
vt vel Fabri authoritate poſsit ſuſtineri. Vn
de enim coniectarunt Faber ac Gometius
domum fundúmue Caij Seij non eguiſſe
aquæ irrigatione, vt pro voluptate nõ pro
neceſsitate ſeruitutẽ ibi fuiſſe impoſitam
augurétur? Quare meliùs gloſ.3.in proprio
loco exiſtimans perſonalem ibi fuiſſe con-
ſtitutam ſeruitutem, quoniam ita conceſſa
fuit, digitum aquæ tibi trado donoque in
domum tuam, aut vbicunq; vis. quæ ver-
ba ſatis ſignificant non huic prædio, vel il-
li, ſed perſonæ Caij Seij fuiſſe cõceſſam ſer-
uitutem ex indeterminata illa cõceſsione,
aut vbicunque vis. hunc gloſ. intellectum
ſequuntur ibi Bartolus & Albericus. item
Baldus, dicens reſponſurum facilè contra-
rium, cumq; legem illam ignoret. eũdem
ſequuntur ibi Angelus Florianus & Pau-
lus. & hic quidem diligenter aduertit ſerui
tutem illam ex parte Caij Seij eſſe tantùm-
modo perſonalẽ, nec ad hæredes eius perti
nere, ex parte verò Lucij. Titij realem vide
ri, tranſit enim ad hæredes ipſius. Et gloſſ.
etiam intellectum ſequuntur ad legem il-
lam Bartolus in.l.pater filiæ. nume.8. ff.de
ſeruit. legat. Salicetus in præſenti nume.
2. Romanus ſigu. 68. dicens eum textum
eſſe ſingularem ac fortè vnicum. Cepóla
de ſeruit. vrbano. prædior. c.2. nume.8. Iaſ.
in.§.æquè ſi agat.num.31. de actio. Inſtitu.
Franciſcus de Crema ſingul. 60. teſtantur
hunc intellectum eſſe communiter appro
batum pro illo textu Decius conſilio. 262.
num.11. Corraſius in.l.1.num.24. ff. de ſer-
uit. Longouallius in.l.imperium.num. 255
ff. de iur. om. iudic. qui intellectus mihi pla
cet. & confirmatur quàm optimè ex text.
eleganti in.l.1.§.præterea Labeo. ff. de aqua
quoti. & æſtiua. ibi, ſiquidem ductus aqua
rum non ſunt fundi, quia quocunq; duci
29 poſſunt. Huius rei ſimile & illud eſt, quòd
licèt obligatio facti affirmatiui ad hære-
des minimè tranſire ſoleat, ex textu ita cõ-
muniter intellecto in.l.veteris. C. de cõtra.
30 & commit. ſtipul. id tamen non procedit,
ſi factũ indeterminatè conceſſum ſit, quo
caſu faciliùs eſt hanc promiſsionem perſo-
nalem interpretari. Cynus, Baldus, & Imo-
la in.l. idem Africanus.§. ſi quis alicui. ff.de
legat. 1. vbi idem ſequuntur Alexander
num.2. Aretinus col.1. & eſſe communem
reſolutionem conſtat ex Iaſ. num.5. verſi. li
mita ergo. Tertius poſſet illi textui intelle
ctus aſsignari, vt quia fratri fuerit ſeruitus
ibi conceſſa, ad hæredes eius minimè perti
neat, ex his quæ paulò antè ex lege. pater fi-
liæ. deducebamus. Quartus intellectus eſt
quorundam exiſtimantium ſeruitutis cõ-
ceſsionem perſonalem ibi fuiſſe, quoniam
fuit remuneratoria, in ſolam gratiã eius fa
cta cui fuit cõceſſa, idq; ex dictione Græca
quæ eſt in lege illa colligebant, quæ gratifi
cationem quandã videtur ſignificare. Sed
hic intellectus, qui vt nouus à quibuſdam
traditus fuit, Alciati fuit in diſpunctioni-
bus, quem rectè arguit Longouallius vbi
ſup. eum allegaui. Tu interim commu-
nem ſequitor, qui in hac parte, vt plerunq;
fit, cæteris verior eſſe videtur.

¶ *Summa rerum.l. Aquam.*

1 *Sine uoluntate mea aqua ex fundo meo non du-cetur.*
2 *Vt ex fundo plurium dominorum aqua ducatur, oportet conſentire omnes*
3 *In his quæ gratiæ ſunt, omnes conſentire oportet; nec ſufficit maior pars.*
4 *Qui conceſsit uni ſeruitutem aquæ hauſtus, an alteri idem iuris poſsit etiam concedere.*
5 *Dominus ſiluæ qui concedit alicui uſum nemoris, an alteri eundem uſum poſsit concedere.*
6 *Dominus ſeruitutis aquæ an alteri poſsit eius aquæ ſeruitutem conſtituere.*
7 *Ex uoluntate eius qui mihi ſeruitutem conſtituit, poſſum ego eam alteri concedere.*
8 *Aquam iam ingreſſam agrum meum poſſum ego in cuiusuis præiudicium ut meam diſpenſare.*

L. Aquam.

Vtilis

VTilis eſt hæc lex, & ſæpè occur
rit in praxi, teſte Alberico in
præſent. Non diuiditur, quo-
niam nec eget diuiſione. Sum-
matim hoc continet.
1 Sine volũtate mea nõ poteſt duci aqua
ex fundo meo. Imò & ſi plures ſint domi-
2 ni, non plurium, ſed omniũ conſenſus erit
neceſſarius ad conſtituendam ſeruitutem.
l. ſi autem plures. ff. de aqua pluui. arcẽda.
Cui conuenit. l. 10. tit. 31. part. 3. tantũ abeſt,
vt vnus ſolus poſsit cõſtituere ſeruitutem.
l. per fundum. ff. de ſeruitut. ruſt. prædior.
3 Cuius rei ratio eſt, quoniam cùm con-
ceſsio ac conſtitutio ſeruitutis gratiam
contineat, omnes conſentire oportet. argu.
tex. in authẽ. de defenſor. ciuitat. §. fi. ibi niſi
cuncta ciuitas reluctãte nullo elegerit eũ.
col. 3. in. l. fi. C. de autho. pręſt. l. fi. ff. de nata.
reſtituen. & ita tenet gloſ. ordinaria ac om
nibus per quàm nota in. c. cùm omnes. in
gloſ. magna. de cõſtitut. cuius opinionem
ſequuntur ibi Innocent. & Hoſtien. & cæ-
teri. Feli. ibi. num. 17. verſ. primò fallit. teſtã
tur glo. opinionem eſſe cõmuniter appro-
batam Decius. ibi. 1. lectione. nu. 6. Socinus
regula. 143. verſi. fallit vbicunq;. ſequuntur
eam Iaſſ. in. l. iuriſgentium. §. fi. nu. 8. verſ. 7.
ff. de pact. Marianus Socin⁹ in. l. 4. §. Cato.
num. 274. ff. de verb. obligat. teſtatur eſſe
cõmuniter approbatam Ripa lib. 1. reſpon.
cap. 22. nu. 15. Quòd ſi hoc in his etiam quę
competunt pluribus vt vniuerſis ita rece-
ptũ eſt, obtinebit multò magis in his quæ
pluribus vt ſingulis deferuntur.
4 Sed quid, ſi dominus prædij, qui iam mi
hi conceſsit ſeruitutem aquæ hauſtus, ve-
lit eãdem quoq; alij impartiri, an id poſsit
efficere ſine mea voluntate? Et ſiquidem
hæc ſecunda conceſsio fiat ſine incommo-
do prioris conſtitutionis, iure valebit. l. Lu-
cio. ff. de aqua quotidi. & æſti. l. 2. §. ſi aquæ
ductus. ff. de ſeruit. ruſti. prædior. etiam ſi
vt eiſdem diebus & horis ducatur, ſeruitus
conſtituatur. Sed ſi damnum mihi infera-
tur, conſtat non valere ſecundam hãc ſer-
uitutis conſtitutionem. l. per quem. ff. de
ſeruit. ruſt. præd. His duobus membris ab-
ſoluit hanc quæſtionem gloſſ. in præſenti,
quam ſequuntur Iacobus Butrica. Cynus.
item Bartolus. qui ex ea dicit terminatam
fuiſſe quæſtionem quandam Bononiæ in-
ter minoris claſsis ſodales ac prædicato-
res. idem ſequuntur Bald. Angel. Fulgoſi.
Salicetus & Paul. de Caſtro. qui omnes re-
ferunt contentionem illam, quæ fuit Bo-
noniæ terminata. tenet eandem opinionẽ
gloſ. ordinaria in. l. in concedendo. in glo.
minuitur. ff. de aqua plu. arcen. vbi addit
gloſ. textum in. l. qui per certum locum. ff.
commu. prædior. & ibi eam ſequitur Bart.
referens contentionem illam monachorũ
Bononienſium. tenet idem Barto. vbi me-
minit huius gloſ. in. l. quominus. §. quęſt. in
fine. num. 12. ff. de flumi. vbi eandem opi-
nionem ſequuntur Iaſſ. nume. 56. Ripa nu.
53. Iaſ. in. §. æquè ſi agat. nu. 31. de act. Inſtit.
atq; hæc diſtinctio, quæ communis ex his
videtur, probata eſt lege regia. 5. tit. 31. par. 3
5 Quare ſi dominus nemoris cõcedat ali-
cui ius ligna cędẽdi, poterit idem iuris alij
quoq; concedere, ſi vtriuſq; vſui nemoris
copia ſufficiat. Cepola de ſeruit. ruſt. præd.
c. 22. nume. 15.
6 Sed an is qui habet conſtitutam ſeruitu
tem vſus aquæ, poſsit & ipſe alteri eam con
cedere? Et in hoc iterum duabus concluſio
nibus propoſitis quæſtionem hanc abſol-
uit gloſ. noſtra, vt ſiquidem ego, cui domi
nus ſeruitutem cõceſsit aquæ, velim aquã
illam alteri concedere antea quàm fundũ
meum ingrediatur, & iure id facere nõ poſ
ſum. l. ex meo. ff. de ſeruit. ruſt. præd. ne hic
dicamus. ſeruitutem ex ſeruitute conſti-
tui. contra text. in. l. 1. ff. de vſufruct. legat.
Si verò iam aqua ex ſeruitute mihi conceſ-
ſa ingreſſa ſit agrum meum, tũc quaſi do-
minus ipſe poſſum in aquam illam conſti-
tuere ſeruitutem. l. 1. §. illud. verſi. præterea.
ff. de aqua quotidi. & æſtiua. & gloſ. diſtin-
ctionem ſequuntur in præſ. Iacobus Butri
carius, Bald. Salicet. & Paulus. & eſt cõmu-
niter approbata cum altera, quæ idem vo-
7 luit in dicta. l. ex meo. in parte, poſſum.

Priori membro huius diſtinctionis tu adde, poſſe me ex domini voluntate, qui mihi conceſsit ſeruitutem, eam alteri concedere. l. cùm eſſent. §. fi. ff. de ſeruit. ruſt. pręd. cuius textus in optimo propoſito meminit Bartolus in l. quod quis. 2. lectio. in fine. C. de procurat. & ſingularem eſſe inquit Romanus ſingula. 469. qui textum corruptè allegat.

8 Poſteriori membro diſtinctionis tu adde, poſſe dominum ſeruitutis diſponere de aqua ingreſſa in ipſius fundum in cuiuſcunque præiudicium. Baldus in. c. cùm omnes. nu. 33. de conſtitut. Alexander conſilio. 108. volum. 2. num. 2. Iaſ. conſilio. 150. volum. 1. Decius conſilio. 244. nume. 5. qui omnes gloſ. diſtinctionem in præſen. probaſſe videtur, & omnis hæc doctrina videtur probata lege. 5. & l. 12. tit. 31. pa. 3.

❡ *Summa rerum. l. Si quid pars.*

1 *IN confeſſoria actione ueniunt damna, ut res reſtituatur in priſtinum ſtatum.*

2 *Qua actione damna proſequetur prohibitus uti ſeruitute ſibi competenti.*

3 *In negatoria etiam actione ueniunt damna & cætera incommoda.*

4 *Atq; idem eſſe in rei uendicatione.*

5 *Fructuum etiam rationem in confeſſoria habendam eſſe.*

6 *Lege Aquilia quoq; eum agere poſſe, cui ſeruitus turbata eſt,*

7 *Text. in l. 2. infra ad. l. Aquil. tribus modis declaratur.*

L. Si quid pars.

NOn diuiditur textus hic. Summatim hoc complectitur.

1 In confeſſoria venit, vt res in priſtinum ſeruitutis ſtatū reſtituatur, & vt damna reſarciantur. Veniunt igitur damna in actione confeſſoria. Idem probat textus in. l. & ſi fortè. §. 1. ff. ſi ſeruit. vendicet.

2 Sed qua actione damna, quæ quis perpeſſus eſt, quoniam prohibuit eum aduerſarius vti ſeruitute, peti debeant? Et videri poſſe actione etiam confeſſoria. l. loci corpus. §. in confeſſoria. ff. ſi ſeruitut. vendicet. Petrus quidem de Bellapertica exiſtimat in præſenti actione cōfeſſoria agi, vt declaretur quis dominus ſeruitutis: officio autē iudicis mercenario deſeruienti huic actioni petentur dāna, ac id omne, quod interfuiſſet petitoris ſeruitutis vſum prohibitū non fuiſſe. Petri opinionem ſequuntur Baldus & Salicetus & Paulus de Caſtro. Iaſ. in §. æquè ſi agat. de act. Inſtitu. qui ita interpretātur textū in. §. in confeſſoria. Adijcit Albericus exiſtimare ſe non malè factu-rum petitorem, qui hoc omne in libello petierit expreſsim.

3 Sed & in negatoria quoq; actione venire damna & cætera incommoda, Ange. in

4 præſ. author eſt. Idem in rei vendicatione eſt, vt ratio damni & eius quod intereſt habeatur. l. domum. ſup. de rei vendi. l. nō ſo-

5 lum. ff. de rei vēdi. Quare fructuum etiam ratio habetur in cōfeſſoria. dicta. l. & ſi for-

6 tè. §. 1. Quibus tu addes lege Aquilia etiam eum acturum eſſe ſi velit, cuius ſeruitus turbata ſit, vt damni dati ſibi in ſeruitute æſtimationem conſequatur. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi cùm maritus. ff. ad. l. Aquil. verſi. ſi quis aquæ ductum. Sed & eadem actio competet, vt res turbata in priſtinum ſtatum reponatur. l. 2. verſicu. quinetiam. ſ. ad. l. Aquil.

7 Qui tex. difficilis in hoc videtur, qm̄ lege Aquiliā ſolùm conſequi actor ſolet dāni emendationem; nō vt res reponatur in priſtinum ſtatum. Quare gl. ibi exiſtimat nō agendum ibi eſſe actione legis Aquilię, ſed interdicto, qđ vi aut clā. Sed hic intellectus rubricę, cui ſubeſt lex illa, maximè cōtradicere videtur. Cyn. igitur ibi longè aliter eū textum interpretatur, dicens, quòd quādo res eſt ita deſtructa, vt omnino reparari nō poſsit, tunc actione legis Aquiliæ agi poſſe ad damni emēdationem: ſed ſi omnino non eſt res illa deiecta, poſsit autē reparari, tunc actionem legis Aquiliæ competituram vt res reponatur in priſtinum ſtatum.

Tertiò textū in dicta.l.2. interpretatur Paulus de Caſtro ibi, dicens venire quidem in actione legis Aquiliæ, vt res reponatur in priſtinum ſtatum quaſi per indirectū, quoniam ſi reus conuentus lege Aquilia pro damno dato velit ſe liberare, dicens reſtituturum ſe rem in priſtinum ſtatum, erit audiēdus, & ita ex actione legis Aquiliç actor impetrabit vt res reponatur in priſtinū ſtatum. Ego verò intellectum gl. ſequi malo, licèt extra chorum videatur ſaltare Imperator Gordianus, q hoc excuſari poteſt. Quoniam cùm Mutianus, cui ille legem illam ſcripſit, vtrunq; rogaſſet, vnico reſponſo illi fecit ſatis. Et quoniam illius principalior pars ad tractatum legis Aquiliæ pertinebat, totum illud reſpōſum illi rubricæ fuit inſertum.

¶ *Summa rerum. l. Præſes. prouinciæ.*

1 *INtellectus Odofredi ad.l. hanc examinatur.*
2 *Rurſus agitur de intellectu Cyni, qui eſt communis.*
3 *Conceſſio uidetur reuocata, ſi incipiat eſſe damnoſa concedenti.*
4 *Intellectus communis improbatur.*
5 *Priuilegium donatoris ne egeat, nō habet locum in donatione traditione iam perfecta.*
6 *Probari hac.l. illud uulgare, charitatem bene ordinatam incipere à ſeipſa*
7 *Neminē teneri ſalutē alienam propriæ præferre.*
8 *Vxorem agentem pro dote ſi egens ipſa non ſeruaturam marito priuilegium ne egeat.*
9 *Promittentem defenſionem, contra ſe eam nō præſtaturum.*
10 *Eleemoſynæ ſubſidium domeſticis potiùs quàm extraneis elargiendum.*
11 *Patri etiam infideli teneri filium potiùs ſubuenire, quàm extraneo fideli.*
12 *Executor teſtamenti in domeſticos ſuos pauperes rectè diſtribuit.*
13 *Si paſtus nemoris non ſufficiat, oues proprias eſſe admittendas excluſis alienis.*
14 *Patrem ſi egeat ipſe non teneri filio alimenta præſtare.*
15 *Tertius nec uulgaris intellectus huic legi aſſignatur.*

L. Præſes prouinciæ.

1 ODofiedus in præſenti caſum quendam ruſticanū in hac lege proponi exiſtimat, cùm vicini quidā domini prædij cuiuſdam vellent ex agro vicini ſubtrahere aquā, quæ ipſi agro, in quo illa oriebatur, erat ſatis neceſſaria: quibus reſpondet Imperator, aquā illam proprio agro vnde orjtur tribuēdam eſſe, non agris vicinis. Et hic intellectus videtur glo.2. fuiſſe. ibi, ideſt nō debetur alij ſeruitus. Et hunc intellectū ſequuntur Cynus ac Faber in præſen. Paulus de Caſtro in.l. aquam. num.5. ꝟ. eodem. Sed hic intellectus nō poteſt ſuſtineri, quoniā continet caſum indubitabilem, cōtra quā eſſe debet.l. quod Labeo. ff. de carbo. edict. quoniam ſi nulla ſeruitus fuiſſet impoſita, nullum potuit eſſe dubium, quoniam nemo compellitur liberalitatem in aliquem exercere, maximè quia attento hoc intellectu, ſuperflueret hæc lex, cùm idem caſùs repetàtur in.l. ſi tibi.j. eodē. in fine. licèt reſpondere quis poſſet, non videri leges has ſuperfluere, cùm principalius propoſitum illius legis aliò ſpectet, vt patet ex eius principio, quo caſu non dicitur lex ſuperflua, ſecundùm Plateam in princip. Inſti. quod cū eo. num.1. Sed adhuc ex priori ratione exiſtimo hunc intellectum non poſſe procedere.

2 Quapropter ſecundo loco Cynus, Faber, & Fulgoſius textum hunc interpretātur, exiſtimantes ſeruitutem quidem hic fuiſſe impoſitam in gratiam ac fauorem vicini alicuius, ex poſt facto autem fontem, vnde aquæ ſeruitus proueniebat, ita fuiſſe exinanitum, vt proprio etiam prædio, vnde oriebatur aqua, non ſufficeret. Dicitùr ſecundùm hunc intellectum quaſi natura ipſa videri ſeruitutem hanc fuiſſe reuocatam. Cuius ratio ea eſſe poteſt, quoniam cū 3 conceſsio cœperit eſſe damnoſa concedenti, oportuit eam fuiſſe reuocatam. c. ſuggeſtum. de decim. c.2.§. vbi autem. de decim. lib.7. facit tex. vulg. in.l. ſi vnquam. C. de reuoc. donat. Intellectum hunc ad legem hanc teſtatur eſſe communē Salicetus, qui ad ſer-

ad ſeruitutem præſcriptam, vel pacto gratuito conceſſam legem hanc reſtringit. Et eundem intellectum ſequitur Rodericus Xuarez allegatione.15.in fine.qui communem eum eſſe innuit.Et eſt ratio,quoniam ſemper in quacunq; donatione ſubintelligitur clauſula illa, ſi donator non egeat.l. inter eos.ff.de re iud.l.Diuus Pius.ff.de regu.iur.§.ſed & ſi quis cum parente.verſ.idē eſt.de actio.Inſti.quod ſi aliter diceremus, iam donator hic, qui ſeruitutem aquę cōceſſit,liberalitatis ſuæ pœnam pateretur, contra textum in.l.ad res donatas.ff.de ędi li.edict.

4 Sed hic intellectus licèt communis ſit, ſi rectè perpendatur,eſt (iudicio meo) falſiſsimus.Nam ſi fuit ſeruitus aquæ liberaliter per dominum prædij in quo illa oriebatur conſtituta, nullo pacto huiuſmodi donatio potuit reuocari.l. perfecta donatio.l.cū profitearis.C.de reuo.dona.irritam enim facere donationem nemini licet.l.fi. C.de vſucap.pro donato. niſi cauſa aliqua reuocationē permittat. ex.l.fi. C.de reuoc. donat.neq; enim oportet nos beneficijs decipi.l.in commodato.§. ſicut.ff. cōmodat.

5 Nec in hac ſpecie locum habet ratio illa,ne donator egeat:nam regula illa vulgaris minimè habet locum in donatione iā per traditionem perfecta.quod Baldus eleganter notauit in.c.1.nu.3.de notis feudo.& ſequūtur Alexā.in.l.maritum.nu.1. verſ.decimoſextò.ff.ſoluto matrimo.Decius in.l. diuus Pius.ff.de reg. iur. & ꝓbatur in.l.nā & maritus.& in.l. quod nomine. ff. de condict. indebit.vbi tutus exceptione fauorabili ſi ſemel ſoluit,non repetit. Si verò fuit ſeruitus præſcriptione acquiſita, tunc ſi admittamus cōmunem intellectum,otioſus propemodum videbitur vniuerſus præſcriptionum tractatus, ex quo dominium pręſcribentibus iure tribuitur,nō ſolùm in ſeruitutibus,ſed & rebus quibuſcunq; maximi momenti,& liberum eſſet cuiuis,aduerſus quem domus ex ipſius negligentia ac deſidia præſcripta eſt, dicere præſcriptionem eſſe ſibi damnoſam, ac proinde velle ſe,cùm aliam domum non habeat in quā ſe recipiat,præſcriptam repetere. quæ allegatio cachinno digniſsima calléti iudici videretur.Sed fortaſſe ego inferius veriorem huic legi intellectum aſsignabo.

6 Ex hoc autem tex.ita intellecto colligūt cōmuniter ſcribentes omnes, hîc probari vulgare illud, charitatem bene ordinatam initium capere à ſe ipſa.quod etiā probant iura vulgaria in.l. quæ ſeruandarum. ff. de preſ.verb.in.c.1.de ſupplē.neglig.pręla.lib. 6.in.c.qui vult.de pœnitent.diſtinct.3. in.c. quieſcamus.42.diſtin. quibus & lex regia conuenit fi.tit.23.p.1.

7 Quare nemo tenetur alienam ſalutē ſuæ preferre,etiam ſi vnus dominus ſit, alter vaſallus.gl.in.c.1.§.fi.in gl.potuerit.de alienat.feud.alia in.c.1.in glo.1.quibus mod. feud.amittat. neq; vaſſallus feudum amittet,ſi ſe defendēs dominum vulnerauerit, aut etiam occiderit.gl.ſingul. in.c.1.§. porrò.verbo,morti.quæ fuit prima cauſ.bene. amitten.quam ibi ſequuntur omnes.& teſtatur eſſe cōmuniter approbatā Ripa in.l. fi.nu.66.C.de reuoca.dona.Sed neq; libertus,qui grande libertatis ſuæ beneficium à patrono ſuo accepit.l.1.ff.de bon.libert. ſalutem patroni ſuæ vnquam tenetur prępo nere.l.hæ demū.ff.de operi. liberto. ſeruus autem(tanta eſt in eorū qui ſerui ſunt poteſtas dominorum)tenetur ſalutem propriā vitæ ſalutique domini ſui poſtponere.l.1.§. eodem autem tecto.ff.ad Syllanian.

8 Hinc infert Bal. in præſenti vxorē egentem ſibi quę agit pro dote ſua repetenda à marito qui vergit ad inopiam,iuxta tex. in l.ſi conſtante.ff.ſolut.matri.l.vbi adhuc.C. de iure dot. non teneri ſeruare marito aliquid ne ille egeat, ſed inſolidū ſi velit mariti facultates omnes excuſſurā, cùm & ipſa etiam egens ſit.Et ſequitur idem Epiſcopus Ciuitat.allegās alios in.c.poſſeſſor.de reg. iu.in.6.2.p.§.2.col.1.Cāpe.de dot.1.p.q.241.

9 Secundò infert Salicetus in pręſ. eū qui promiſit aliquem defendere contra quancunq; perſonam non teneri illum defende re contra ſe. quod ex Saliceto etiā refert,ac

ſequitur Alciatus.1. regul. præſumptio. 52. num.2.ſed ante hos hoc voluit gloſ. ordinaria in.c.domino guerram.§.fina.in gloſ. contra omnes.hic finitur lex. deinde conſuetu.regni incipiunt lib.feudor. quam ibi ſequitur Matthæus de Afflictis.num.21.& teſtatur eſſe communiter approbatam Aluarotus num.4.& ſequitur eam Hippolytus in.l.1.§.ſi ſeruus.nu.1.ff. de quæſtio.

10 Tertiò infert Albericus in præſenti, teneri vnumquenq; propter hunc ordinem charitatis eleemoſynam potiùs largiri domeſtico ac conſanguineo, quàm extraneo. quod probat apertè textus in. c. non ſatis. 86.diſtinct.iuncta gl.domeſticos. idem notat gloſ.in.c.quieſcamus.42.diſtinctio.alia in verb.ſubminiſtrent.in.c.1.de vita.& honeſt.cler.

11 Sed quid ſi pater meus egeat, qui tamen infidelis eſt, an huic tenear ex hoc ordine ſubuenire, an potiùs proximo fideli? Et verius eſt, patri etiam infideli eſſe ſubueniendum.gl.notabilis in.c.ſi qui filij. in gl.fideles.ibi,ſed dicas.30.diſtinct.quam ibi ſequitur Præpoſitus nu.3.Cardinal.Turrecrem. nu.7.& voluit idem gl.in illo . c. non ſatis. alia in.c.in eos.in gl.2.de hæret. quarũ opinionem ſequitur Præpoſitus in.c.cùm haberet.de eo qui duxit in vxor. quam poll. per adul.& teſtantur hanc gloſſarum opinioné eſſe cómuniter approbatam Panor. in.c.ſi quis epiſcopus.1.notab.de hæret.Felin.in.c.cùm ſit.nu.2.de Iudæis. Ioã. Arelatanus in tractatu de hæret.22.notab.3.limitat.Iacobus Septimancéſis de inſtit.catho. c.29.nu.12.quæ probata eſt lege regia.8.tit. 23.part.1.Et ſanctè(vt pleraq; omnia)Chriſtianiſsimus Carolus primus huius nominis Rex Hiſpaniæ decreuit Pintiæ anno 1523.petitione.23. pauperes exteros pellendos à ciuitatibus eſſe, vt indigenis pauperibus eleemoſyna potiùs largiatur.

12 Quartò infert Panormitanus in illo.c.1. de vita & honeſt.cler. poſſe executorem teſtamenti bona ſuæ diſtributioni cómiſſa in cognatos pauperes elargiri. ſed & ſibi ipſi executoré (ſi egeat) poſſe diſtribuere, probaui ipſe in.l.cùm quidam.ff.de lega.2.

13 Quintò infertur, quòd ſi aliquis conſuetudine acquiſiuerit ius incidendi ligna ex nemore alieno, paſcendiue oues in alieno prato, ſi eò ventum eſt, vt id iã minimè fieri poſsit niſi excluſis ouibus dñi prędij ſeruiẽtis, has oportere potiùs admittere, q̃ extraneì.ita enim voluit Panor. in. c. dilecti filij. nu.7.de arbit. & ante eum hoc voluit Hoſtienſis col.2.Butrius nu.15.Imo.nu.10. Bellamera nu. 10. atq; ita fuiſſe iudicatũ in ſacro Neapolis ſenatu refert Matthęus de Afflictis idem ſequutus deciſ.290.nu. 6.quorum opinio probari videtur ex tex. eleganti in.l.venditor.§.ſi conſtat. verſ.ita tamen. ff.cóm.pręd.quę in hoc dicit eſſe mirabilẽ Pariſius conſi.27.vol.1.nu.134.Didacus Couarru.lib.1.vari.reſo.c.17.nu.11.

14 Sextò infert Salicetus in præſenti, patrem qui regulariter tenetur filiũ alere.l.ſi quis à liberis.ff.de libe.agnoſ.liberari ab hac obligatione, ſi ſeipſum tantùm ille poſsit alere. & idem ſequuntur Nicolaus de Neapoli, & Iaſ.quos allegat Alciatus idem ſequutus vbi ſupra.num.4.

15 Poſſet autem vltra communia tertio loco text. hic ita declarari, quòd Imperator Claudius hic Priſcum ipſum conſulentem remittit ad præſidem prouinciæ: quoniam præſidis officium erat aquam diuidere inter vicinos.l.de vſu.ff.de vari. & extraordi. cognit. Hic igitur aqua habuit ortũ in fundo Priſci, & inde egreſſa, longè lateq; vagata eſt: in ripa huius riui ex aqua illa profluẽtis ſunt multi fundi Priſci & aliorum vicinorum, quibus omnibus aquæ copia non ſufficit: præſes hoc caſu debet, habita ratione ad ortum aquæ, diſtribuere eam potiùs fundo Priſci, ex cui⁹ agro origo hui⁹ aquæ ortum habet, quàm fundis aliorũ. Et fortaſsis hæc erat ſtatuta cõſuetudinis forma, de qua dicitur in tex. Et hũc intellectũ ipſe ſequor interim dum meliora nõ inuenio.

¶ Summa rerum. l. Si manifeſtè.

In

1 *IN prædio etiam fiſcali oportet antiquam tueri ſeruitutem.*
2 *Fiſci cauſa ſingularibus priuilegijs munita.*
3 *Fiſci priuilegia non extenduntur ultra caſus iuré expreſſos, atq; ideo iura de priuatis conſtituta, ad fiſcum etiam regulariter pertinere.*
4 *Lite mota inter fiſcum & priuatum, procurator Cæſaris iudex eſt.*
5 *Si quis habeat antiquum molendinum, an poßit prohibere uolentem in eodem flumine aliud molendinum ſuperius ædificare.*

L. Si manifeſtè.

NOn diuiditur tex. hic. Summatim hoc continet.
1 Etiã in prædio fiſcali oportet antiquam tueri ſeruituté. Ratio dubitandi hic ex priuilegijs fiſci originem traxit, in cuius prędio videbatur cõ
2 ſtitui non poſſe, eſt enim ſemper fiſci cauſa ſingularibus munita priuilegijs. l. ſi is q. in fine. ff. de iure fiſ. Sed illa lex cum ſimilibus duntaxat locum habet in caſibus à iure expreſsis, in cæteris verò fiſcus iure communi vti debet.
3 Quare iura omnia de priuatorum cauſis agentia, ad fiſcum etiam pertinent. l. de contráctu. C. de reſcind. vendit. l. idem iuris. ff. de cópenſat. glo. ordinaria in. l. ité veniunt. §. ait ſenatus. verſ. in priuatorũ. verb. in publica. ff. de peti. hære. alia in. l. 1. in verbo, pertinet. ſup. de peti. hæredit. quam ibi ſequuntur omnes. & teſtatur eſſe communiter approbatã eam ſequutus Curtius iunior in. l. is apud quem. nu. 69. C. de edend.
4 Secundò nota ex tex. inter fiſcum & priuatũ lite mota procuratoré Cæſaris eſſe iudicem cõpetentem. idem probat text. in l. ad fiſcum. C. vbi cauſ. fiſcal. vbi gl. hoc declarat, ſiue fiſcus agat, ſiue reus ſit, ſemper tamen cauſa illa tractari debet ſimul cum præſide prouinciæ. l. ſi aduerſus. C. ſi adver. fiſcum. Sed ille textus in cauſa reſtitutionis in integrum loquitur, quæ cũ mixti imperij ſit, coram vtroq; & rationali & pręſide prouinciæ eſt tractanda, regulariter procuratore Cæſaris cogni turo, niſi à prouincia ille abſens eſſet, tunc enim ſolus præſes cognoſceret. l. fundus qui. ff. de reſcinden. vẽdi. ne ſi prouinciales hoc caſu extra prouinciam trahantur, magnis ſumptibus vexentur. ad idem eſt textus in. l. ſi vacãtia. de bon. vacant. lib. 10. De criminali autem cauſa inter fiſcum & priuatum ſolus præſes habet cognitionem. l. 1. C. vbi cauſ. fiſca.
5 Deinde gl. noſtra inducit text. hunc in argumentum quæſtionis percelebris, an. v. is qui multis retro annis habuit cõſtructũ molendinum, poſsit prohibere aliũ volentem paulò ſuperius in eodé flumine aliud molendinum ędificare? Et gl. primò arguit debiliter ex hac lege, quaſi non poſsit ſecũdum hoc molédinum conſtrui, deinde in contrarias partes inducit quædam ex legibus argumenta. Et ita reſidet gloſſator in hac opinione, vt molendinum ſecundum conſtrui poſsit. Contrariam tamen opinionem, imò quòd ſecundũ hoc molédinum in damnum inferioris conſtrui nõ poſsit, tenet gloſ. in. l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium. verbo. rationis. ff. de edéd. Sed opinionem gl. noſtræ agnoſcit iterum gl. in. l. quo minus. in glo. 1. ff. de flum. & , vt referunt oẽs, ſabatina quæſtio fuit, publiceq; Bononiæ per Franciſcum Accurſium diſputata, in qua decidéda duas oportet proponere concluſiones. Prior eſt, ſi flumé eſt priuatũ vtriuſq;, iure poteſt ſecundus conſtruere molendinum, etiam ſi ex eius conſtructione impediatur curſus aquæ in molendinum inferius. argu. ſunt text. in. l. fluminum. §. fi. & in. l. Proculus. ff. de damno infect. ſi hoc fiat animo commodi conſequendi, ſecùs autem, ſi animo ledendi inferiori. l. 1. §. deniq;. ff. de aqua plu. arcé. Et ita eſt intelligenda gloſ. hæc noſtra ne erret. Si verò flumé publicũ eſt, in quo ædificatur ſecundum molendinum, & qui primo habuit molendinũ iure illud conſtruxit, tunc ſecundus non poteſt ſecundum molendinum in eius damnum conſtruere. l. 2. §. merito. ff. ne quid in loco publico. Si verò illicitè priùs erat conſtructum, tunc nil prohibet ſecundum molendinum conſtrui,

etiam ſi noceat inferiori. Et ita in primo mébro huius diſtinctionis eſt accipienda gl. in §. ſi initium. & in. l. quominus. Diſtinctioné hanc licèt nó ita expeditã poſuerunt in præſenti, pro reſolutione huius articuli Cynus, Albe. Bal. Fulgo. & Salicet. & cómuné eſſe affirmat Ange. de Peruſio eã ſequutus. idem quoq; tenet Bart. in. l. quominus. col. 2. verſ. primò quęro. ff. de flumi. vbi Iaſ. nu. 21. Franciſ. Ripa nu. 25. teſtantur hanc eſſe cómunem reſolutionem in hac cótrouerſia idé ſequuti. idé tenet etiã Bar. in. l. 1. §. ſed & ſi. nu. 1. Imo. ibi. nu. 5. ff. de aqua plu. arcé. atq; idé videtur (ſaltem ex parte) Bart. probaſſe in. l. 1. §. idem ait. ff. ne quid in loco publico. & eandé diſtinctioné ſequútur Bal. in. l. vnica. C. de ſent. quæ pro eo quod inte. profer. 13. oppo. nu. 58. Iaſ. allegans alios in. l. reſcripta. nu. 5. de precib. Imper. offeren. & teſtantur præterea hãc diſtinctionem eſſe cómunem eã ſequuti Iaſſ. in illo. §. ſi initiú. nu. 14. idé Iaſſ. conſ. 98. col. 2. in princi. vol. 1. Deci. conſ. 373. nu. 3. quam tu declarabis ex tex. eleganti in. l. 18. tit. 32. p. 3.

Summa rerum. l. Altius.

1 *AEdes ſuas licet unicuiq; altiùs erigere, liberæ enim præſumuntur.*
2 *Eccleſia in dubio præſumitur libera, niſi quis probet habere ſe in eam ius patronatus.*
3 *Duces, Comites, uel Marchiones an in dubio præſumantur habere bona libera, an potius feudalia.*
4 *Rex an poßit citare hos, ut oſtendant titulos quibus poßident bona ſua.*
5 *L. deprecatio. ad. l. Rho. de iact. qua conſtat Imperatorem eſſe mũdi dñm, quo pacto ſit intelligẽda.*
6 *Rex poteſt citare dominos, ut oſtendant titulos quibus exigunt regalia.*
7 *Rex iure citat dominos ut oſtendant titulos ſuarum dignitatum.*
8 *AEdes proprias non licet erigere propter antiquam conſuetudinem ne erigantur.*
9 *Atq; hæc conſuetudo alienigenas etiam ædificantes comprehendit.*
10 *Cõprehẽdit etiã clericos ædificia ſua altiꝰ erigẽtes*
11 *Sed an ſtante huiuſmodi conſuetudine ſeruitus imponi poßit ut liceat altiùs tollere contra formam conſuetudinis.*
12 *Publici aſpectus ædificiorum curam ſemper fuiſſe legumlatoribus.*
13 *Et ideo teſtatoribꝰ nõ licere legare ædibus affixa.*
14 *Altiùs ædes proprias attollere non licet in limitibus imperij.*
15 *Hodie non licere turres, ædéſue fortes erigere.*
16 *Iuxta regiam non licet etiam in proprio ſolo altiùs ædificare.*
17 *Sed neq; iuxta eccleſiam.*
18 *Sed neq; in priuato ſolo, ſi fiat ad æmulationem.*
19 *An liceat lumina erigere, ex quibus religioſæ perſonæ proſpici poſſunt.*
20 *Monaſterium compellit uicinum uendere ſibi ſeruitutem altiùs non tollendi.*
21 *Fauore religionis compellitur quis propriã rem diſtrahere.*
22 *In dubio ædificans an uideatur æmulari. Et æmulationis coniecturæ quædam non uulgares.*
23 *Debenti ſeruitutem non licet ædificare, ſi ex ædificio ſeruitus lædatur.*
24 *Declaratur text. in. l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum. uerſicu. ſeruitus. de ſerui. urba prædior.*
25 *AEdificans poteſt uicini ædibus lumina prorſus obturare.*
26 *Quod in hærede nõ ꝓcedit reſpectu ædiũ legatarũ*
27 *Sed neq; in donatore.*
28 *Neq; ſi obturentur lumina ſcholarum, in quibus literæ docentur.*
29 *Sed neq; in donatario.*
30 *Sed neq; in locatore.*
31 *Lege partitæ reſtrictam eſſe licentiam altiùs ædificandi.*
32 *Non licere etiam in proprio pontem erigere in uiam publicam prominentem.*
33 *Neq; podium licet priuatæ domui in uia publica admouere.*
34 *Gl. omnes expendiuntur.*

L. Altius.

DIuiditur text. hic in duas partes. In prima ponitur regula quędã generalis. In ſecúda adijcitur alia regula. Ex priori par-
1 te tu collige liberũ eſſe cuicunq; ædes ſuas altiùs tollere ad cælũ vſq;, qm̃ ſemper liberæ illæ præſumuntur. idé probant text. in. l. fi. in prin. ff. de ſeruit. tit. generali in. l. cũ eo. & in. l. Imperatores. ff. de ſer. vrba. præd. l. ſi qs. §. ſi iuſſero. ver. in opere. ff. qđ vi. aut clã.
2 Vnde & illud cóſequitur, eccleſiam ſemper liberam pręſumi, niſi quis probaret habere ſe in illam ius patronatus. Innocétius in. c. cú venerabilis. de excep. Bal. ibi col. 3. verſi.

verſ.nota quòd Bernardus.Archidiaconus in.c.nullus.n.3.16.q.7.Paulus de Citadinis de iure patronat.3.parte.§.ſecunda cauſa. nume.7.Alciat.in.3.præſump.2.regulæ.col. 1.Tametſi contrarium dixerit Panor.in.c. querelam.nu.9.de elect.dicens eccleſiam non naſci,ſed ſemper habere conſtructoré,qui ex cõſtructione ipſius patronus eſt. Sed ſuperior nota vera eſt, & communis. Præſumetur auté in dubio eccleſia patronata ac nõ libera,ſi aliqué conſtet eá cõſtruxiſſe,etiá ſi in cõſtructione ius patronatus ſibi non reſeruauerit.ex tex.in.c.ſignificauit.41.de teſtibus.vbi ideo liberá céſetur eccleſia, quoniam fundantes dixerunt nil ſe velle in eam iuris retinere, quaſi nil illis dicentibus ſaluum ipſis eſſet ius patronatus. atq; ex illo textu notant ibi Cardinalis & Antonius de Butrio,Imo.ibi.nu.1.Panor. nu.1.Aretinus & Felin.nu.2.qui alios allegat.& ita tenet gl.in.c.ſi quis baſilicá.in gl. fi.ibi,quia ipſo iure ei debetur.de cõſecrat. diſtinct.1.cuius opinioné ſequitur Rochus de Curte.de iure pat.verb.eccleſiam fundauit.q.8.num.9.& teſtatur eſſe communem eam ſequutus Lambertinus de iure patro. lib.1.par.1.2.quæſt.artic.4.num.14.

3 Secundò infertur, Ducem ,Comitem, vel Marchionem in dubio præſumendum eſſe poſsidere Ducatum,Comitatũ,& Marchionatũ iure ꝓprio, tanquã liberũ & allodyalem,non tanquam feudum habitum à principe.ita enim voluerunt Hoſtienſis in c.fin.de iudici.& ibi quoq; Ioánes Andre. & multi alij, quos idé ſequuti allegant Andreas Alciatus & Ioan.Arelatanus in illa.3. præſump.nu.2.& eſſe cõmunem opinioné hanc teſtatur Ioánes Oroſcius eá ſequutus in.l.4.n.3.ff.de fer.diuiſio. Quòd ſi illi principem aliquibus officiorũ muneribus fuerint proſequuti,illa videntur illi obtuliſſe vt principi ſuperiori,non vt ab illo in feudum ſe illa poſsidere teſtarentur.argu.tex. optimi in.l.nõ dubito.verſi.hoc enim adijcitur.ff.de capti.& poſtli.reuerſ.

4 Ex quo videtur,nõ poſſe reges,in cuius regno hi domini habent hæc bona, citare ipſos vt oſtendant titulos quibus poſsidét res illas, cùm ſuo iure liberè eas poſsidere præſumantur.ita enim voluit Bartolus in l.1.de conduct.& pro.prædior.fiſcal.nu.2. verſ.item ſi rex.dicés hanc fuiſſe deciſioné Andreæ de Barulo.lib.11.Platea ibi.num.1. verſ.& per hanc legé.atq; hanc Bar.opinioné ſequuntur Iaſ.in.l.2.n.176.C.de iure emphiteut.idem in.§.actionũ.nu.225.de acti. Inſtit.idem in prælu.feudi.num.50.Decius conſ.61.col.2.Ioannes Lopius in repet.c.2. notab.4.ſed eſt pulchra.nu.45.Chaſſenæus in cõſuetu.Burgũ.rub.3.§.4.nu.7.cui ſenté tiæ & ratio illa ſuffragatur, quòd cùm iuris præſumptione hi domini liberè has res poſsideant,cogi non poſſunt earũ titulum dicere.l.cogi.C.de peti.hære.l.290.ſtyli.Sed in hac ſpecie contrarium voluit Bal.in.l.2. nu.8.C.quo.& quan.iudex.qui Bar.in illa l.1.allegat.atq; hanc Bal.deciſioné retulere Iaſ.& Chaſſenæus.& ſequutus eſt Matthæus de afflictis deciſ.Neapolit.285.nu.86.& horũ ſententiæ ſuffragatur, ꝙ Imperator habeat fundatá intentioné ſuá de iure cõmuni cõtra hos dños ſuos vaſallos,cùm ſit mũdi dominus.l.deprecatio.ff.ad legé Rho.de iact.l.bene à Zenone.verſ.cũ omnia.C.de quadrien.præſcript. Atq; idé videtur eſſe dicendũ in quolibet rege non recognoſcéte ſuperiorem, ſaltem intra limites ſui regni:nam quæ de Imperatore traduntur,& in hoc locum ſibi vendicare authores ſunt Petrus de Bella Pertica,ac Bal.num.in.l.exéplo.C.de probat.Sed reuera Bartoli deciſio & vera eſt,& communis videtur. & Baldi deciſio poſſet procedere,cùm ſuperior agit de iuriſdictione vel re alia ex his quæ ſunt regalia,in quibus ſemper habet fundatam intentionem ſuam.

5 Neq; obſtat,quòd ſit mundi dominus, quare præſumptioné eſſe hos Duces,Comites,ac Marchiones bona hæc ab ipſos poſſidere: nam vniuerſale illud dominiũ reſpectu iuriſdictionis eſt duntaxat ac protectionis;nõ verò reſpectu rerũ priuatarũ,harum enim dominiũ nõ magis Imperatoris præſumi,ꝙ aliorũ.ita enim voluit gl. ex ſenteńtia vulgari

vulgari contra Martinum in illa .l. bene à Zenone in parte. omnia. quã ibi ſequitur Cyn.i.q. teſtatus hanc eſſe veritatẽ. Alberi. ibi.nu.2. Ange.nu.8. dicens ita tenere oẽs doctores. Salicetus num.6. affirmans hanc eſſe veritatem ſecundũ doctores. & tenuit eandem opinionẽ gl. in procemio. ff. in parte, ſanctionem. vbi eam tenet Bar.nu.3. cõmunem eſſe profitetur Alberic. ibi nu.9. & fuit eiuſdem opinionis glo.in. l. Barbarius. in glo. multo magis. ff. de offi. prætor. Bart. in.l.1.nu.15. ff. de iuriſ.om.iud. vbi Curtius nu.108. teſtatur hanc eſſe communem opinionem eam ſequutus. teſtantur præterea hanc opinionem communem eſſe Alberi.in.l. beneficium.nu.26. ff. de cõſtit. prin. Cardinalis in clem.1.in prin.nu.4. de ſumma trin. Bellonus cõſ.2. nu.2. communem eſſe teſtimonio Ioã. Fabri teſtatur Sotus de iuſti.& iur.lib.4.q.4.arti.1. quam ſequutur præterea Panor.num.26. Feli.num.11. in.c. quæ in eccleſiarũ. de cõſtit.

6 In cæteris ſanè, quæ ad dominiũ rerum priuatarum non pertinẽt, poterit Rex hos dominos citare, vt oſtẽdant titulos, ex quibus vectigalia exigunt, vel alia regalia exercent. Tametſi & in dominio ipſo ciuitatum hoc eſſe admittendum exiſtimet Gregorius in.l.1.in.glo.1.tit.18.p.2.

7 Poterit præterea eos rex in hoc citare, vt oſtendant titulos ſuarum dignitatum, Ducatus, vel Marchionatus, vel Comitatus, hę enim dignitates nõ quęrũtur ſucceſsione, ſed regis beneficio tribuuntur. l. ſacrilegii. ibi, vel dignitatibus. C. de diuerſ. reſcript. Ex quo ita colligit Rodericus Xuarez in.l. quoniã in prioribus. C. de inoſ. teſtament. 11. limitatione. dubio.1.

8 Limitabis tu modò regulã huius text. vt nõ procedat, ſi vellet quis etiã in proprio loco ædificare contra conſuetam iam ac præſcriptam in vrbe cõſuetudinem, poteſt enim ex ea induci, ne vltra certum modum ædificia erigantur. l.fin. C. de ædifi. priuat. vbi refert gl. hoc eſſe conſuetudinis apud Florentinos. Cuius conſuetudinis meminit etiam gl.in.l. qui luminibus. ff. de ſerui. vrb. præd.

9 In quo illud diligẽter notabis, quòd vbi ea conſuetudo obtinuerit, ligabuntur etiã ea alienigenę in ciuitate illa ędificantes. ex textu eleganti in.l. venditor.§. ſi conſtat. ff. commu. prædi.l. an in totum. C. de ædific. priuat. Ex quibus legibus hoc ita colligit Barto.in.l.1.num.27. verſic. quartò quæro. C. de ſumma trinit. & fide cathol. Cepola, qui tamen Bartoli non meminit. de ſeruit. vrb. prædior. c.27. nu.5. & communem eſſe hanc Bart. opinionem teſtatur Rochus eam ſequutus in.c.fi.nu.715. de conſuetud. & eſt pulchra lex regia.26.titu.17. part.1. generaliter ſtatuens, conſuetudine loci alieni genas etiam ligari.

10 Adde, hac conſuetudine clericos etiam teneri: ſi velint enim vltra antiquam formam ædificare, non erit illis permittendũ: Salicetus in authen. caſſa & irrita. de ſacroſanct. eccleſ. C. Ambroſius de Opizonibus in.l. filiusfamiliâs.§. diui. nume.88. ff. de legatis.1.

11 Tertiò adde, ſtante huiuſmodi conſuetudine, poſſe conſtitui ſeruitutem à vicino ſuo vicino altiùs tollẽdi. quod videtur probare textus in.§. æquè ſi agat. de actio. Inſti. quem in hunc ſenſum interpretantur ibi Ioannes Faber. Angelus de Areti. exiſtimãtes pro huiuſmodi ſeruitute competituras confeſſoriam & negatoriã actiones, iuxta illum textum. Et hoc exemplum Fabri ad illum textum teſtatur eſſe verum & communiter approbatum Gomecius ibi.num.18. verſ. poſtremò. idem ſequutus. atque communem etiam eſſe affirmat Corraſius libro.3. Miſcell. quæſtio.c.24.num.3. Tametſi Fabri exemplum textui illi minimè conuenire Iaſſ. ibi contendat. num.44. Ego verò rem hanc paulò altiùs cõtemplatus, & Fabri exemplũ pro text. illo probare minimè poſſum, & eius cõcluſionẽ falſam eſſe ſimpliciter exiſtimo. Nã non eſt veroſimile Imperatorem, qui principia quędã ad hanc ſeruitutum materiam elemẽtarij tradere conſtituit in illo.§. æquè ſi agat. caſum hũc de quo agim⁹ voluiſſe ſtatim illis proponere. rariſsimus enim is eſt, & cuius

vſum

vſum non niſi Florentiæ vigere ſcimus: ex his autem quæ rarò accidunt, iura non conſtituuntur. Arbitror præterea, ſtante huiuſmodi legitima conſuetudine vel ſtatuto, non poſſe vicinum vicino ſuo concedere, vt poſſit altiùs tollere: quoniam hæc conſuetudo non tam in fauorem vniuſcuiuſq; priuati ciuis, quàm in vniuerſum vrbis ornatum introducta videri poteſt, ne ædificia altitudine ſua plus iuſto excreſcētia, obſcuriores (ſolis radios obturantes) vias publicas efficiant.

12 Fuit enim maxima cura ſemper legumlatoribus, publici ædificiorum aſpectus.l. 2.in fine.C.de ædifi.priuat.

13 Cumque ampliſſima ſemper fuerit legandi poteſtas, Senatuſconſulto Auiola & Panſa Romæ conſulibus factū eſt, ne ædibus affixa legare teſtatores poſſent, ne publicus deformaretur ciuitatis aſpectus.l.cætera.ff.de legat.1.Cui conuenit optima lex regia.13.tit.9.par.6.l.2.ibi, domus verò, quarum cultu decus vrbium potiùs quàm fructus acquiritur.de prædi.& om.reb. nauicular.lib.11.quare non poteſt hoc ius publicum priuatorum pactionibus derogari.l. ius publicum.ff.de pact.

14 Secundò limitabis tex.hūc, vt non procedat, ſi in limitibus imperij velit priuatus aliquis ædificare, ſuperiora erigēs ædificia, hoc enim nō licebit, etiam in proprio ſolo l.quicunq; Caſtellanorū.de fundis limitro phis lib.11. extra limites autem imperij liberū eſt cuicūq; ædificia ſua muris cingere.l.

15 per prouincias.C.de ædificijs priuat. hodie verò generale ſtatutū eſt, ne turres quiſpiā erigat, domos vè fortes cōſtruat.l.10.tit.16. lib.8.ordina.ſed neq; dirutas licebit erigere.l.46.Tauri.Quòd ſi quādo princeps alicui permiſerit priuata aliqua ratione domum aliquam fortem erigere, id ex Senatorum, qui ſunt illi à cōſilijs, atq; vrbium circumiacētium tractatu factū fuiſſe oportebit.l.7.tit.7.lib.4.ordinament.

16 Sed neq; iuxta regiam principis etiā in proprio ſolo ædificare licet.l.ædificia. C.de operi.publi.ne hinc incendij occaſio, vel inſidiæ parari poſſint publicę domui. Atq; eum textum dicit eſſe notabilem Albericus ibi, dicens habuiſſe ſe eū de facto.& ſingularem eſſe dicit Roman.ſingu.710.& eſt ad idem textus in.l. quicunq;.eod.titu.vbi aliam etiam rationem Honorius & Theodoſius propoſuerūt propter ſigillum ſecreti negotiorum, quæ in regia tractãtur. Sed neq; muris publicis quiſquā poteſt etiam in ꝑprio ſolo ædificia admouere, ſed quindecim pedum intercapedinem interijci oportet.l.ſi cui.l.mœniana.C.de ædifi. priuat.cui conuenit.l.regia.22.tit.32. part.3.licèt hæ leges malè ſeruentur, cùm non ſolùm iuxta muros ipſos, ſed & ſupra eos videamus paſſim ædificia conſtrui.

17 Sed neq; iuxta eccleſiā licebit vnquam etiam in proprio ſolo ædificare.cap.nulla. 12.quæſt.1.vbi in atrio eccleſiæ ædificare nemini licet.Eſt aūt atrium eccleſiæ, quod cimenterium vulgo dicimus, cuius mēſuram ſtatuit tex.in.c.ſicut antiquitus.17.q. 4.& textui in illo.c. nulla.conuenit lex regia.24.tit.32.part.3.

18 Tertiò tex.hunc limitabis, vt nō procedat, ſi quis non tā vt profit ſibi, q̄ vt vicino æmuletur, altiùs tollat ædificium: tūc enim iure ne id faciat, poterit ꝓhiberi.l.opus nouū.ff.de operi.publici.Alberi.tñ de Roſatis hoc in dubium reuocauit, qui in finalibus verbis, quæ in hanc legem ſcripſit, defendit poſſe ex hac lege vnumquenque ædificare etiam ad æmulationem alterius. Et argumento legis. opus publicum. reſpondet Albericus, textum illum agere in ædificante in æmulationem ciuitatis. eandem opinionem ſequuti ſunt Angelus de Peruſio in.l.cum eo.ff.de ſeruitut. vrban. prædior.Florianus in.l.Sabinus.num.2.ff.com mu.diuid.ſed textus in.l. opus publicum. in ædificante etiam in priuati æmulationem locum habet, neque eſt ratio vlla hic differētiæ inter ciuitatem & priuatum: atque ita textum illum interpretantur generaliter in proprio loco glo.Barto.& alij. & tenet idem glo.in.l.per prouincias. verbo, ſui dominij.C.de ædif.priuat. vbi idem

ſequuntur Bart. & cæteri glo. in l. quicūq; Caſtellanorum. de fundi. limitrophi. gloſ. in l. domum ſuam. ff. de regu. iur. Bartolus in l. ex hoc iure. num. 7. ff. de iuſt. & iur. vbi Claudius col. 3. teſtatur hanc eſſe commu. quam ſequūtur ibi Iaſ. col. 1. nu. 7. Oroſcius. num. 35. teſtatus eſſe communem, quam & Paulus de Caſtro tenet in præſenti. & ſequuntur eandem opinionem Innocētius in cap. Piſanis. nu. de reſti. ſpoliat. Panorm. ibi. num. 5. Cepola. de ſeruit. vrba. prædior. cap. 39. verſ. quintò fallit. Iaſſon in l. quominùs. num. 22. Ripa ibi. num. 26. ff. de flumi. Alexander conſi. 174. num. 3. volu. 2. Iaſſon conſi. 98. volu. 1. teſtatur hanc eſſe communem reſolutionem idem Iaſſ. in l. de pupillo. §. meminiſſe. nu. 9. ff. de noui. oper. nunciat. vbi eam ſequitur Ripa. nu. 34. Alciatus in 23. præſump. 3. regulæ. nu. 1. Corraſius libro. 3. Miſcella. quæſtio. cap. 24. nu. 5. Curtius conſil. 80. nu. 3. Decius in l. domum. & ibi etiam Cagnolus nu. 4. ff. de regul. iur. Hippolyt. ſingu. 154. aſſerit præterea hanc eſſe communem opinionem Boërius eam ſequutus deciſ. 320. nu. 11. quæ probata eſt lege regia. 13. in fine. & l. 19. titu. 32. part. 3. & videtur pro hac communi reſolutione textus, cui Alber. & Angelus malè ſatisfaciēt. in l. §. deniq;. ff. de aqua pluui. arcend. Sed & vulgaris ratio eſt, hominem homini inſidiari non oportere. l. in fundo. ff. de rei. vendic. Conſtat igitur ex ſuperioribus, vicinum minimè poſſe altiùs ædes ſuas tollere, vt vicini ſui ſecretoria domus contempletur, id enim eſſe ſolet perquā durū. l. 2. C. quan. & quib. quart. pars debeat. lib. 10.

19 Neque rurſus ferēdi ſunt, qui feneſtras aperientes, religioſorum qui ſunt omnia poſſunt monaſterijs facta veſtigiaque omnia poſſunt penetrare: licèt enim hi ad æmulationem non faciāt, fauore religionis prohiberi poſſe videntur. atque ita determinant in præſenti Cynus ac Baldus, & cæteri ſequūtur. & communem eſſe teſtatur Cepola de ſeruit. vrb. prædio. c. 62. num. 2. Ego verò reſpectu monachorum, ſi non fiat ędificium in eorum æmulationem, erigi poſſe ædes exiſtimo. Sed in monialibus lōgè aliud ſtatuendum cenſeo, vt etiam ſi non ędificetur ad earum æmulationē, adhuc ædificia ſint prohibenda, ex quibus facta ipſarum monialium proſpici poſſint. Mouet me text. generalis in l. §. C. de cuſt. reor. in cap. mulieres. de iudi. lib. 6. & quoniā viſus & commixtio fœminarum cum maſculis eſt periculoſus. l. 1. §. ſexū. ff. de poſtul. l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſc. & cler. cap. diffinimus. 18. quæſt. 2. cap. monaſteria. de vita & honeſt. cler. l. quod ait. lex. vbi id notat glo. verbo, in ipſis. ff. de adult. Neq; iuris vllam rationem habet, quod quidam vulgò dicunt, ſi via publica media interſit, poſſe vicinū media via ſecluſum à monaſterio impunè ædes ſuas tollere, ſecùs verò ſi domus contiguæ ſint, hanc enim ſitus differentiam exiſtimo cōſiderandam non eſſe.

20 Sed ſi monaſterium monachorū ex ſuperioribus vicini ſuis feneſtris offendatur, poterit vicinum compellere, vt vendat ipſi monaſterio ſeruitutem altiùs non tollendi. ita enim notauit Antonius Gomecius allegans alios in l. 46. Tauri. nu. 9.

21 Nam cùm poſſit monaſterium prodomo ſua extruenda aut etiā amplianda compellere vicinum vt proprias ædes ipſi vendat. argumento text. in l. 1. §. ſin autem. C. de commu. ſer. manumiſſ. in l. ſi quis ſepulchrum. in prin. ff. de relig. & ſumpt. funer. in l. locum. ff. de vſufruct. & ita tenuit Guilielmus de Cugno in l. decernimus. C. de ſacroſanct. eccleſ. Iaſſ. in l. nec emere. 2. fallen. C. de iure delibe. & teſtatur eſſe communem opinionem hanc, licèt eam impugnet epiſcopus Ciuitatenſis libro. 3. variar. reſolut. cap. 14. num. 7. & eam tenet Gregorius in l. 3. tit. 5. part. 5. in gloſ. 1. quam ſequitur etiam Lambertinus de iure patr. libr. 1. part. 1. quæſt. 3. artic. 2. nu. 5. multò faciliùs poterit compellere priuatum ſibi vendere ſeruitutem. Atque ita ego rem hanc expediēdam cenſeo, ſumma enim ratio eſt, quæ pro religione facit. l. ſunt perſonæ. ff. de religi. & ſump. fune. Tametſi ſciam plures, qui ſunt iniuria quidem in monachos malè affe-

lè affecti nil in illis,neq; in monialibus ſpe
cialitatis admittere, ſed ſolùm cùm ad eo-
rum æmulationem fit,ædificia eſſe prohi-
benda non amplius.

22 Sed in dubio an præſumatur quis æmu
lari cùm ædificat? Et in dubio præſumen-
dum eſt ædificare quidem vnumquenque
vt ſibi proſit,nó vt vicino æmuletur.gl.no
tabilis in. l. fluminũ.§.fi.in glo.nó tenet.ff.
de dam. infect. quam ibi ſequũtur omnes.
& eſſe cómunem eius opinionem affirmãt
eam ſequuti Claudius.col.4. Ioannes Oro
ſcius.nu.37.in.l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iu.
& eam ſequitur Decius cóſil.373.nu.3.quæ
opinio vel ex generali præſumptione adiu
uatur, qua præceptum eſt, delicti præſum
ptioné capiédam in dubio minimè eſſe.l.
meritò.ff.pro ſocio.deprehéderetur autem
animus malignãtis in eo qui ędificat,nullã
inde capiens vtilitaté. quod Paulus de Ca-
ſtro ſcripſit in præſenti. nu. 4. & ante eum
Faber in prin.nu.2. de lege. Fuſi.can. tollé.
Romanus cóſi.52.nu.5. Alexan. 174. vol.2.
Imola in. l. ſi in meo fundo ad finem. ff.de
aqua plu.arcé.Cepola de ſeruit.vrba.præd.
ca.62.nu.2.Iaſſ.in.l.quo minùs.nu.23.Ripa
ibi nu.29.ff.de flumi.Iaſ.cóſ.32.nu.3.volu.1.
Gregorius in.l.19.tit.32.p.3.in gloſ.2.& eſſe
communem opinionem teſtatur Aymon
Craueta de antiquita. tempor. folio paruo.
182.num.33.quæ probatur naturali pręſum
ptione, quia nemo videatur velle plus ex-
pendere in rem aliquam,quàm commodi
ex ea percipiat.l.mediterraneæ ciuitates.de
anno.& tribut. libr.11. probarique videtur
hæc præſumptio malignitatis in. l.4. ff. ex
quib.cauſ.maior. ibi,ſine lucro hoc affecta
uit.Quod quidem verum eſt non ſolùm ſi
nullam vtilitatem ædificás inde percipiat,
ſed & ſi paruam percipiat, nam & tunc vi-
detur malignari.Cepola de ſeruit.vrba.præ
dior.c.39.n.3. Socinus conſi.30. nu.3.vol.4.
Decius conſi.573.num.8.Et inquit Aymon
vbi ſupra, hanc eſſe communem opinio-
nem, quoniam parum, & nil æquiparari
iure ſoleant. l. quanuis. ff. de condi.& de-
monſtr.l.illud.§.minus.ff.de tribut.Ex quo
conſtat erraſſe Alciatum,qui.23.præſump.
3.regul.nu.1.ad fin.exiſtimat ſufficere quã-
uis leué vtilitaté ad effugiendã hãc pręſum
ptioné æmulationis. Sed & illa æmulatiõis
& malignitatis præſumptio eſt non leuis,
ſi ædificans ſoleat iniurius eſſe ſuis vicinis,
atque facilis in eorum deſpectum. Cepola
de ſeruitut.vrban.prædior.cap.62. verſicu-
lo.ſecundò fallit. ad finem. quæ præſum-
ptio ſumpta videri poteſt ex text. in.l. non
omnes.§.à barbaris.ff.de re milita.Iuuatur-
que ex text.in.l. vel vniuerſorum. ff. de pi-
gno.actio. quòd ſi quis ædificet mixta con
ſideratione, cùm vt ſibi proſit, tum vt vi-
cino æmuletur, ferendus eſt ædificare. Bal
dus in cap.cùm eccleſia.num.5. de electio-
ne. Sed difficilis videtur hæc Bald.ſenten-
tia,cùm regulariter magis inſpici oporteat
cauſam quæ nocet, quàm quæ prodeſt.l.
Pedius.§.1. ff. de arbitr.l.2.§. ſi à pupillo.ff.
pro empt. l.3.§. finali. ff. de ſuſpect. tutor.
Præterea quando aliquid ſe habere poteſt
tanquam permiſſum & tanquam prohi-
bitum, magis eſt, vt ex iuris regulis ad pro
hibiti cauſam referatur. l.1. §. ſi pendeat.
ff. ad Macedonia. l. nec nos præterit. C.de
capt.& poſt.reuer.Quare Bald.deciſionem
ipſe non ſequor. Sed ſi ædificans non pro-
ſit ſibi, ſed cuidam tertio, non videbitur
æmulari, etiam ſi damnum inde vicino
conſequatur.argumento text.optimi.in.l.
cùm in fundo. verſiculo.ſed ſi nó ſit fundi
domina.ff.de iure dot. Ex quo ita college-
runt Ioannes Faber & Alciat. vbi ſup.eſt
enim cómodum eius qui ædificat, vt ami-
co ſuo gratuletur.l.ſi pignore.in prin.ff.de
furt. Sed hæc opinio nó ſatis tuta mihi eſſe
videtur, quare ab ea libenter primus diſce-
do, quoniam nemo etiam in ſuo facere po
teſt, quod ſibi non prodeſt,& alteri nocet.
l.1.§.deniq;.ff.de aqua pluu.arcen.l.Procu-
lus.ff.de dam.infect.etiam ſi id ad tertij vti
litatem reſpiciat.l.virilis portio.§.ſed ſi non
adierit. ff. de legat. præſtan. vbi inſtitutus
nó poteſt adire hæreditaté in præiudicium
pręteriti, etiã vt ſeruis,de quibus ibi agitur,
gratificetur,quibus adita hæreditate cópe-
terent

terent libertates, & tamen ſi quo caſu hoc ius violandum eſſet, libertatis cauſa potiſſi mùm violari oportuit. idemq; videtur inſinuare textus in illo. §. denique. ibi, ſed ſuū agrum meliorem faciendi id efficiat. ſi ex pendatur pronomen illud poſſeſſiuum, ſuum, quaſi extranea quę hic potuit tertio vtilitas competere excludatur. idem videtur probare tex. in. l. fluminum. §. fi. ff. de da mno infect. ibi, vtputa in domo mea puteum aperio. Neq; obſtat text. in verſic. ſed & ſi non ſit fundi domina. nam licèt verum ſit poſſe vxorem gratiam facere in vſufructu de quo ibi agitur cuicumq;, non tamen id fit in iniuriam mariti, cùm ipſe ſoluto matrimonio teneatur res omnes dotales vxori reſtituere.

23 Quartò limitabis regulam huius legis, vt non procedat ſi quis ædificet in eo loco, in quo debet alij aliquam ſeruituté, nā non licebit ædificare, ſi ex huiuſmodi ædificio ſeruitus itineris vel alia quam alij debet læ datur. ex tex. eleganti in. l. ſi eo loco. verſ. item Iulianus. ff. ſi ſeruit. vendicet. qui textus bene lectus probat manifeſtè in loco etiam in quo debetur ſeruitus, licere domino prædij ſeruiétis ædificare, ſi ex huiuſmo di ædificio ſeruitus non lædatur. atque ita ex illo text. colligit Socinus, qui ita ex facto conſultus reſpondit conſilio. 105. nu. 1. volu. 1. & videtur idem probare textus in l. ſeruitutes quæ in ſuperficie. §. fin. ff. de ſeruit. vrba. prædiorum. vbi poteſt dominus in ea area ædificare, in qua ſtillicidium cadit, dum tamen ſtillicidiū rectè recipiatur.

24 Sed obſtare videtur textus in eadem. l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum. verſic. ſi ſeruitus. vbi generaliter traditum eſt, non licere domino ſeruientis areæ ibi ædificare, vbi caſitare cœpit ſtillicidium. gloſſ. ibi. in parte, ædificare. generalitatem huius textus interpretatur ex tex. in. §. fi. vt ita demum ædificare nō liceat, ſi ſeruitus hinc lędatur. atq; hunc intellectū glo. videntur ſequuti eſſe omnes ibi. & teſtantur eſſe communiter approbatum Cepola de ſeruit. vrba. prædior. cap. 28. num. 7. Nicolaus Bellonus conſi. 61. nu. 5. & hunc ſequor. tametſi Cepola aliter illa velit interpretari, ſed communem intellectum practicos tenere oportet.

25 Sed an ita quoq; altiùs ædificia erigere liceat, vt vicinarum ædium lumina prorſus obturentur? Et veriùs eſt ceſſante æmulatione id licere. l. cum eo. ff. de ſeruit. vrban. prædior. Sed hæc licentia obturandi lumina vicini, quibuſdam caſibus, quos pauci notarunt, non procederet.

26 Et primò in hærede volente obturare ſuo ædificio lumina ædium à teſtatore cui ſucceſsit legatarum, tenetur enim legatario tantum luminis relinquere, quantum ſufficiat habitanti in vſus diurni moderationem. text. pulcher eſt in. l. binas ædes. ff. de ſeruit. vrba. prædio.

27 Secundò id non procederet in donatore volente erigere altiùs ædes ſuas, ita vt domus quam donauit, lumina prorſus obturentur. Nam quod de ædibus legatis Marcellus ſcribit, ad donatas ipſe audeo protendere. argum. textus in. l. legatum eſt donatio. ff. de legat. 1. & hoc modo accepta donatio erit liberalior, quare capienda videtur hęc interpretatio. c. 1. c. cū dilecti. de donat.

28 Tertiò non procederet in obturante lumina ſcholarum, in quibus & operam & impenſam perderent ſcholaſtici, ſi luminibus priuarētur. Cepola de ſeruit. vrba. prædio. cap. 39. num. 2. Cuius opinioni ſuffragari videtur, quòd in gratiā ſcholaſticorum Bartolus ſcripſit de fabro in. l. 1. nu. 30. ff. ſoluto matrimo.

29 Quartò vltra omnes etiam limitabis vt non procedat in donatario voléte obturare lumina ædium donatoris, erigés ipſe res donatas, neq; enim ferendus videtur ingratus hic donatarius. argum, tex. optimi in. l. ad res donatas. ff. de ædilit. edict. ibi, ne eo caſu liberalitatis ſuæ pœnam donator patiatur. atq; ita ipſe conſtāter affirmò, tametſi propoſitionis huius autorem non habeam.

30 Quintò non procederet hæc licentia in locatore, neq; enim ille domus quam locauit, poteſt lumina prorſus obſtruere. l. ſi

merces.

merces.§.ſi vicino.ff.locat. Ex quo ita colligit Cepola de ſeruitu. vrba. prædior.cap. 62.num.9. Sextò non procederet in eo, qui ædificat in loco publico ex principis licentia, neque enim poteſt obturare lumina ædium vicinarum.l.2.§.merito. ff. ne quid in lo.pub.vulgari illa ratione, ne beneficiũ principis ad alienam iniuriam porrigatur. l.impuberi.ff.de admit.tut.

31 Vltimò adde lege regia.25.titulo.32.par. 3.reſtrictam eſſe hanc licentiam altiùs ædificandi: nam modus impoſitus eſt, ex quo nemini iam ita licet erigere ſuas ædes, vt ſecretoria domus vicini poſsit penetrare. quæ lex ciuilis admodum eſt, atque rationi naturali conſentanea.

32 Supradictis omnibus tu adde, non licere in proprio ædificio pontem erigere, qui in viam publicã promineat, etiam ſi vtrinque domum quis habeat.l.2.§.tractatum. ff. ne quid in loco publi. quoniam neque altiorem, neque longiorem, neque latiorem, neque humiliorem viam publicam quiſquam facere poſsit.l.t.verſicul. ſi quis. in ſpecie.ff. de via publi. Sed neque ſpecus ſubter terram facere, vt in illo.§.tractatum.

33 Sed neque podium in via publica domui priuatæ licebit admouere, niſi hæc fiant ex conſenſu Decurionum ciuitatis, qui hoc poſſunt priuatis concedere, cenſu annuo conſtituto, qui in vtilitatem ciuitatis ceſſurus ſit.

34 Tres gloſ.huius legis ſunt quidem perquàm faciles. Prima diuiditur in duas partes. In priori allegat leges huic conuenientes. In ſecunda opponit contra text.hunc. Secunda eſt ibi, ſed contra. In qua glo. opponit textum in.l.qui luminibus. ff.de ſeruitu.vrba.prædior. vbi non licet altiùs ædificare. Sed ibi quod gloſ.reſpondet, & verum eſt, impoſita fuerat ſeruitus altiùs non tollendi, qua facultas altiùs ædificandi fuerat perempta. Gloſſæ ſequentes ſunt facillimæ. Eſt tamen caſus, in quo altiùs tollere ſeruitus ſit, non libertas. vt in.l.1. ff.de ſeruitu.vrba.prædior. Sed agit quidem lex illa, quando ex pacto contrahẽtium quis obligatur ad tollendas altiùs ædes ſuas in commodum vicini: vt vel ædes vicini ab aëris intemperie protegat, frigorisvè iniuriam ab illis depellat. Cætera quæ ad legis huius materiam pertinebunt, explicabuntur in.l. ſi ædibus. quæ hanc ſequitur. & in.l. fina.§. cùm autem.infrà eodem.

¶ *Summa rerum.l. ſi Ædibus.*

1 *Dicens ſe habere in rem aliquam ſeruitutem, tenetur id probare.*

2 *Quaſi poſſeßio ſeruitutum non releuat quaſi poſſeſſorem ab onere probandi.*

3 *Filius commoratus in quaſi poſſeßione libertatis, adhuc tenetur probare libertatem emancipationis contra patrem.*

4 *Niſi ſeorſum à patre tanquam emancipatus diu habitaſſe probetur.*

5 *Dicens ſe nobilem ac exemptum, tenetur id probare, etiam ſi ſit in quaſi poſſeßione libertatis atq; exemptionis.*

6 *Pendente lite ſuper nobilitate & immunitate, quæ vulgo hidalguia uocatur, nobilis etiam ſi ſit in quaſi poſſeßione libertatis, tenetur cum cæteris plebeijs contribuere, & propter hoc illi pignora capiuntur.*

7 *Qui nobilitatis prætextu contendit ſe non detinendum in carcere, uel torquendum minimè eſſe, probare ius nobilitatis apud iudicem debet.*

8 *Sufficere tamẽ in hac ſpecie leuiores probationes.*

9 *Quod eſt perpetuũ, ubicunq; agitur de aliqua qualitate incidenter probanda.*

10 *Quòd ſi nobilis ſit de ſolar conocido, allegare id ſatis erit.*

L. ſi Ædibus.

Diuidi poteſt text. hic in duas partes. In prima ponitur factum cum deciſione. In ſecunda ponitur alia deciſio. Summatim hoc continet. Aedificans contra debitam ſeruitutem, tenetur id demoliri ſuis ſumptibus. Si verò ſeruitus non inueniatur impoſita, nemini prohibitum eſt altiùs ædes ſuas tollere. Prior pars huius legis probatur in. l. ſi quid pars. Poſterior in l.altiùs.ſup.eodem.

Collige

poſſeſsione ſuæ nobilitatis,teneri eùm contra regem probare ſuam exemptionem ac nobilitatem,cum primæuus.ſtatus reſiſtat huic quaſi poſſeſsioni, cùm à principio omnes homines ignobiles naſcantur, niſi à ſe vel ſuis maioribus hanc nobilitatẽ (quæ vulgo *bidalguia* vocatur)ſibi acquiſiuerint. Quod probat tex.elegãs in.l.1.ff.de probat. vbi eleganter Papinianus reſpõdet, eũ qui dicit ſe generis nobilitate pollere teneri id probare& ita notat Florianus ibi. Tiraquellus allegãs multos de nobilitate.c.10.nu.13. quorũ opinioni ſuffragatur text. optimus in cap.cùm perſonæ.de priuileg.lib.6.

6 Et ideo pendente lite hac, qui prætendit nobilẽ ſe eſſe,cùm principis intentio aduerſus ipſum fundata ſit,cogitur cùm ignobilib⁹ cõtribuere, atq; ideo illi pignora nõ ſoluenti capi poſſunt, ſanctio pragmatica Cordubæ facta anno. 1492. De qua multa poſuit egregius præceptor noſter atq; collega Ioannes Arze de Otalora de nobilitate.2.parte.3.part.cap.1.

Ioan. Arze ab Otalora.

7 Vnde dicentem ſe nobilitate hac Caſtellana (quæ *bidalguia* appellatur) eſſe pręditũ, ne vel in carceribus pro debito ex cauſa ciuili detineatur.iuxta textum.in.l.4.titu.2.libro.4.ordina.l.79. Tauri. vel ne quæſtioni exponatur. iuxta text. in. l. Diuo Marco. & in.l.milites.C.de quæſt.l.ſi quis decurio. C.de falſis.l.ſeueram.de digni.lib.12.& prædictam.l.ordinament.probare id apud iudicem oportebit.

8. Sed in hac ſpecie leuiores probationes ſufficerent,quibus iudex fidem deferre de-
9 bet. Quod eſt perpetuum, vbicumq; agitur de probanda aliqua qualitate incidenter, non principaliter. quod Bald. notauit in.l.non ignorat. col.2.num.10.verſi.verbi gratia.C.qui accuſ.non poſſ. Et in hac ſpecie de qua agimus, ita tenet Ioannes Arze de Otalora de nobilit.3.part.c.8. nu.11.

10 Quòd ſi aliquis nobilis ſit ex eorum numero, quos materna voce appellamus *bidalgos de ſolar conocido de vengar quinietos ſueldos,* hunc nil probare oportet, ſed ſuam nobilitatem apud iudicem allegare, ex ſententia gloſ. vulg. in clem. appellanti de.appellat. in parte, alias cauſas. quam ibi ſequuntur omnes Canoniſtæ. & eſſe communiter approbatam teſtatur Iaſ.nu. 12. Oroſcius nu. 1.in.l.ſi verò.§. qui pro rei qualitate. ff. qui ſat.dare cogan. ſingularemq́; eſſe & approbatam teſtatur idem Iaſ.eam ſequutus in.l. 2.nu.36.ff.ſi quis in ius vocat.non ierit,

Summa rerum. l. Si tibi.

1 T*Ext.hic quid addat ſuperioribus.*

L. Si tibi.

TExt.hic nõ diuiditur.Sed neq; legitur.Summatim hoc continet. Seruitus aquæductus nõ præſumitur impoſita. Si autẽ imponatur,poteſt perire per non vſum.

1 Sed iudicio meo textus hic Imperatorũ vnũ dicit præ ſuperioribus,ad quod nemo ſcribẽtium aduertit. Vult enim textus egregius,quòd ſi ego habeam aliquam ſeruitutem, & aliquo tempore illa non vtar, non cenſeor illã amiſiſſe,niſi decennio illa vſus non fuerim.Quare ſi vti cœperim ſeruitute illa ſemper nõ teneor,poſſum enim iam non vti,ac iterum ad eius vſum redire, hoc enim inſinuat textus hic dicens,vti te iterũ iure proprio prouidebit.Materia aũt huius legis explicita iam eſt in duabus legibus, quæ hanc præceſſerunt.

Summa rerum. l. Per agrum.

1 A*Grum alienum intrare nemini licet inuito agri domino.*

2 *Sed neq; domum alienã ingredi licet domino prohibente.*

3 *Iuſtitiæ miniſtris licet reos inquirẽtibus domos priuatorum penetrare.*

4 *Noctu maximè prohiberi in alienas ædes introitum.*

5 *Cuſtos arcis domino noctu pulſanti non aperiens, non cenſetur fidem uiolaſſe.*

6 *Venatus in agro alieno domino probibente, an ſua faciat quæ cepit.*

7 *Et an in foro ſaltem (quod conſcientiæ appellant)*

illa poſſit retinere.

8 *Lethalis culpæ reum fieri, qui tempore lege ueti to ex cauſa iuſta uenatur.*

9 *Legi iuſtæ teneri unumquenq; ex ui præcepti obtemperare.*

10 *Domino non prohibente fas eſſe agrum alienum ingredi.*

11 *Propter difficultatẽ tranſitus licet ingredi agrum alienum.*

12 *Pœna impoſita intrantibus arua aliena cum ouibus uel capris, non tenet intrantem, quia uia publica amiſſa ſit.*

13 *Valere legatum incertæ quãtitatis in tutelam uiæ publicæ.*

14 *Agro alicuius in uiam publicam publicato, rempublicam ipſam teneri domino agri æſtimationem perſoluere.*

15 *Fauore religionis tenetur quis per agrum ſuum tranſitum permittere.*

16 *Collector decimarum intrat agrum debentis decimam ut decimam ſibi colligat.*

17 *Vt quis theſaurum ſuum repetat aut pecuniam terræ creditam, poteſt intrare agrum alienum.*

18 *Propter neceſſitatem innoxij trãſitus poteſt quis intrare agrum alienum.*

19 *Quòd ſi negetur per dominum agri, iuſtè bellum illi inferetur.*

20 *Potuiſſe reges noſtros Ioanni Nauarræ regi deneganti innoxium tranſitum iuſtum bellum hinc inferre, atque capta huiuſmodi bello ueluti iure quæſita retinere.*

21 *Regem Philippum iure optimo regnum Nauarræ poſſidere.*

22 *Præterea regnum Nauarræ iure etiam hereditario ad reges noſtros pertinere.*

23 *Per uiam publicam cuicumq; impunè licere ingredi.*

24 *In uia publica duobus plauſtris ſibi obuiantibus utrum cedere alteri debeat.*

25 *Ne ad rixam & arma perueniatur, iudex etiam publicæ uiæ uſum interdicere poteſt.*

L. Per agrum.

DIuiditur text. hic in duas particulas. In prima ponitur deciſio quædam, altera in ſecunda, quæ eſt ibi, vti autem via publica.

1 Ex priori particula textus tu collige, nemini licere agrum alienum ingredi. Idem probant iura ordinaria in.l.3.ff.de acquirend. rerum domi.in.§. feræ. verſiculo planè.de rerum diuiſio.

2 Adde nec in domum cuiuſpiam licere inuito domino introire.l. lex Cornelia. in princ.l.is qui in domum.ff. de iniurijs.

3 Niſi iuſtitiæ miniſter ſit, qui delinquentes perſequutus, domus priuatorum adire penetrareq́; velit.l.2. C. de ſerui. fugit.l.1.§. hoc autem.ff.de ſeru.fugit.l.Diuus Pius.ff. eod.titu.vbi refert Vlpianus Diuum Marcum orationem in ſenatu recitaſſe, qua facultatem dedit ipſe Imperator ingredienditam Cæſaris ipſius, quàm ſenatorum paganorumq́; prædia volentibus fugitiuos inquirere, atque veſtigia occultantium. Et ſcribit quidem Albericus in illo.§. hoc autem.nu. 4. vidiſſe ſe rectores prouinciarum ædes penetrantes ſine indicijs, aut certè perquàm leuibus, neque is qui ita ingreditur, tenetur ædium domino actione iniuriarum, etiam ſi delinquẽs ibi inuentus non ſit.glo.in.l.quoſdam. de metalla. libr. 10.quam ibi ſequuntur Bart.& Platea.Boërius deciſione.174.num.5.Plato.autem, qui optimè rempublicam illam ſuam dicitur inſtituiſſe, dialogo.12.de legibus.col.6.mandauit, vt quærẽs rem ſuam in domum alienam impunè admittatur, ſi iuret ille exiſtimare ſe eam rem ibi inuenturum.

4 Sed noctu maximè prohiberi oportet, ne quis alienas penetret ædes. gl.fi.in.l.iter. ff.commu. prædior. quoniam tenebræ ad delinquendum aptiores ſunt.l.1.§. tria luminaria.ff.de ventr.inſpicien.

5 Quare ſcribit Florianus in illa. l. iter. quòd ſi cuſtos arcis noctu venienti domino non aperuit, non ex hoc videri eum fidem violaſſe. Et dicit ſe ex hoc quendam arcis præfectum liberaſſe Diegus Caſtellus in.l.46.Tauri.glo.penult.

6 Sed quid ſi quis prohibitus agrum alienũ ingrediatur, & aues, lepores, apros vè capiat, an hæc fiant venantis? Et gl.in.l.illa Diuus Pius.ff.de ſeruit.ruſt.prædior. conſtanter affirmat quæ ex venatione capta ſunt à venante in agro alieno, capientis fieri, nec teneri eum fundi domino reſtituere.& eius glo.opinionem tenet Bartolus ibi, dicens,

quòd

quòd eam tenent ibi Dynus & omnes. Albericus & Paulus ibi num.4.& teſtatur eſſe communem opinioné Florianus. idem quoq; tenet glo.in.§.apum.in parte, præuideris. Inſtitut.de rerum diuiſ.gloſ.prohiberi.in.l.3.ff.de acquir.rer.domi. teſtantur hanc eſſe communem opinionem eam ſequuti Angelus num.1.& Cantiúcula in.§. feræ.de rer. diuiſ. communem eſſe teſtatur Cepola de ſeruit.ruſt.prædior.c.21.teſtatur eſſe commu.eam ſequutus Franci. Marcus deciſione.530. nu.14. Contrariam opinionem tenet glo.in illo.§.ferę.in glo.ingrediatur. Tu has opiniones ita cóciliabis ex Floriano in illa.l. Diuus Pius. vt ſiquidé totus fundi fructus in venatione conſiſtat, fructus venationis nó capiétis, ſed agri ipſius domini fiant. Si verò agri ipſius fructus in alijs principaliter quàm in venatione conſiſtat, fieri capientis. Sed hæc Floriani concordia licèt veritatis ſpeciem præ ſe ferre videatur, impertinens videtur eſſe conſideratio, an fructus fundi conſiſtát in venatione ſolùm, an in alijs etiam. Secúdò tu has opiniones conciliabis ex eodem Floriano, vt ante expreſſam domini agri prohibitioné fructus venationis fiant capientis, poſt expreſſam verò prohibitioné domini ipſius agri, fructus fiant domini, non venatoris. Quæ concórdia probata eſt lege regia.17. incipienti. *Beſtias ſaluajes*.tit.28.part.3.

7 Ioánes tamé à Medina in codice de reſtitutione.folio.44.col.4.exiſtimat hoc caſu etiam poſt domini prohibitionem capientem nó teneri quæ cepit ex venatione domino fundi reſtituere in foro conſcientiæ. & legi partitę reſpódet pœnalem eam eſſe, quare in animę iudicio ante iudicis códénationé neminé obligare. Et eandem opinioné ſequuntur eodem modo interpretantes legem partitæ, Epiſcopus Ciuitatenſis in.c. peccatum.de regul. iur. in.6.2. part.§.8.col. 28. Sotus (ſub dubio tamen fortè) de iuſti. & iur.lib.4.q.6.artic.4. Neq; mihi ſit veroſimile quod Ioannes Faber ſcripſit in illo §.ferę igitur.num.2.& ſequutus eſt Gregorius in.l.partitæ in gloſ.fina. quòd ſi iudex ingreſſum prohibeat in aliquem agrum, & poſt iudicis prohibitionem quis ingrediatur & venetur, non fieri capta accipientis: nam & hoc caſu ſaltem in foro interiori exiſtimo ſecurum eſſe capientem, etiam
8 ſi in iudicio conuétus reddere capta cogeretur, niſi iudex, vel lex aliqua ex cauſa publicæ vtilitatis venationis vſum inhibuiſſent. Nam ſi venetur quis tribus illis menſibus, Martio, Aprili, ac Maio, in quibus venandi vſus eſt prohibitus regia pragmatica Madritij facta, anno.1552. non dubitauerim mortaliter peccare, qui hanc legem tranſgreſſus ſit, quæ iuſta eſt, atque in communem ædita vtilitatem, vt volatilia omnia atque reptilia in communes vſus multiplicentur.

9 Legi autem iuſtæ teneri vnumquenq; ex vi præcepti obtemperare, norút omnes ex textu in cap.2.de maior.& obedient.ca. qui reſiſtit.11.quæſt.3.atque ita tenet Ioannes Andr. in cap. quanquam. de vſur. libro.6. Quam opinionem teſtatur eſſe communem Alciatus in ca.cùm contingat.nu. 99. de iureiurand. & ante eum teſtatur eſſe communem hanc reſolutionem Panorm. allegans alios in proœm. Rex pacificus.numero.4.idem Panorm. in cap.1. num.9.de conſtitut.vbi recentiores ſcriptores veluti in ſyluam ligna ferentes plurima conferunt: ſolùm enim Lodouicum de Roma contrarium infirmiſsimis quibuſdam fundamentis tenere video in.l. is cui bonis.nu. 22.ff.de verborum obligat. Eſt autem opinio communis probata lege regia.16. tit.1. part.1. vbi eam expendit Gregorius in gl.5.

10 Sed contra textum hunc oppono textum in.c.omnes leges. verſic. tranſire.1. diſtinctio.vbi fas eſſe dicitur tranſire per agrú alienum.gl.noſtra in præſen. exiſtimat textum illum agere attento iure diuino, text. hunc iure humano cóſtare. Sed meliùs Cynus.3.oppoſitione, qui textum illum intelligit procedere domino non prohibente, nam ſi ille quidem prohibeat, nec iure quidem diuino licere per agrum alienú tranſire, neq; em̄ vlla iniquitas in iure diuino vn-

quam eſſe potuit. Et refert Cynus hunc fuiſſe intellectum Petri, quem ſequuntur in præſenti Alberi. Fulgo. & Salicet. & eſt verus ac communis intellectus.

11 Secundò contra textum hunc oppono textum in.l.ſi locus. verſ. ſi. ff. quemadmo. ſeruit. amit. vbi licet ingredi agrum alienum inuito domino. Gloſ. reſpondet hoc ibi concedi propter difficultatem trāſitus. Petrus & Cynus. 1. oppoſit. reprehendunt glo. ſolutionem, dicentes ibi non fieri trāſitum per agrum alienum, ſed via publica vel fluminis impetu vel ruina amiſſa, ager priuatus via publica cōſtituitur, quare iam non fit tranſitus per agrum priuatum, ſed per viam publicā. atq; idem ſequitur Fulgo. in præſenti. Sed tu hîc aduerte, quoniam ſi via publica prorſus ſit deſtructa, tunc ager priuatus publicatur, & via publica conſtituitur. Sed ſi non prorſus via publica intereat, ſed ita ſit aquis excreſcentibus inūdata, vt nec equites poſsint illâc iter facere, ſperatur tamen viæ reſtitutio, & tūc vicini tenentur præſtare tranſitum per agros ſuos. & hoc caſu optimè inquit gloſſ. fallere regulam huius text. in.l.ſi locus. §. ſi.

12 Vnde infert Bald. in præſenti, eum qui hoc caſu agit per agros alienos oues, capráſue ſuas, non committere in pœnā per ſtatuta municipalia impoſitam in traſeuntibus per arua aliena, dummodo ciuiliter ingrediantur, quantum licuerit à damno ſe cohibentes. l. ſi cui ſimplici. ff. de ſeruit. tit. generali. & hoc viæ publicæ fauor hîc operatúr, vt compellatur quis proprium agrum publicare.

13 Sicut & illud eodem ex fonte manauit, quod Iubentius Celſus reſpondit, valere legatum incertæ quantitatis, ſi in tutelā viæ publicæ reficiendæ relinquatur. l. quidam in teſtamento. ff. de legat. 2. qui textus in legato ad priuatæ viæ refectionem locum ſibi minimè vendicaret. Bald. & Imola ibi. quorum intellectum teſtatur eſſe communiter approbatum eum ſequutus Franciſcus de Ripa in.l. ita ſtipulatus. num. 19. ff. de verborum obligat.

14 Oportet tamen hoc caſu reſarciri ex publicis rationibus damnum hinc priuatorum fundis illatum. gl. fi. in dict.l.ſi locus. Bald in.l.ſerui. C. in quibus cauſ. ſerui. pro præ. libert. accipiant. Panor. in.c. omnes leges. & ibi latiùs Fely. col. penul. verſi. ſubdit ſignanter gl. 1. diſtinct. approbatamq; eſſe gloſſ. illius traditionem affirmat Oroſcius eam ſequutus in.l. princeps legibus. nu. 21. ff. de legib. qui eam dicit vel apertiſsimè probari in.l.2. titu.1. part.2.

15 Tertiò contra textum hūc oppono textum in.l.ſi quis ſepulchrum. ff. de religi. & ſump. funer. ſed caſus ille fauore religionis conſtat vt compellatur quis iter per ſuum agrum ad alterius ſepulchrum conſtituere. Summa enim ratio eſt, quæ pro religione facit. l. ſunt perſonæ. eod. titu.

16 Quare vt quis colligat decimarum fructus ſibi debitos, poterit iure optimo per agrum eius, qui debitor eſt decimarum, intrare. Cepola de ſeruit. ruſtic. prædio. cap. 1. num. 24. verſi. octauò fallit. qui hoc eo ſolo argumento colligit, quòd ei qui vindemiam emit, colligendæ gratia illius licet agrum venditoris penetrare, in quo eſt vindemia. l. qui pendentem. ff. de act. empt.

17 Quartò contra textum hunc oppono textum in.l. theſaurus. ff. ad exhibend. ſed ibi vt quis recipiat theſaurum ſuum pecuniamvè terræ creditā permittitur alienum agrum intrare, ſicuti etiam vt colligam ipſe glandem, quæ ex meis ilicibus in agrum tuum decidit, ſaltem intrà triduum intrare licet. l. vnica. ff. de gland. legéd. qui textus quod ibi aperit Vlpianus, ad omnium fructuum collectionem pertinet, qui glandis appellatione continentur. l. venenum. §. glandis. ff. de verborum ſignificatio.

18 Vltimò contra textum hunc oppono textum in cap. nōtādum. 25. quæſt. 2. vbi impunè licet ingredi per agrum alienum. Sed ibi propter neceſsitatem petebatur innoxius tranſitus, quem denegare perq̄ durū eſt, & crudelitati proximū eſſe videtur, quare licet ꝓpter hāc cauſam bellū inferre, & tranſi-

& tranſitum per agrum alienum vſurpare: nam deneganti innoxium tranſitum bellum inferri poſſe Bart. ſcripſit in.l.1.nu.4.ſup.de pagan.Epiſco.Ciuit.in cap.peccatum. de regul.iur. in.6.2.part.§.9.num.5.verſic.quinta etiam.Militibus præterea cibariorum quę accipiunt ſumptum ſoluentibus nó eſt tranſitus denegandus. Angel. in.l.ſi venditor.§.ſi conſtat.num.1.ff.commu.prædi.Rip. de remed.præſerua. contra peſtem.§.nunc deuenio.nu.117.

20 Quare iure optimo reges noſtri Ioanni Nauarræ regi bellum intulerunt, cùm ab eo innoxium tranſitum exorare nó potuerunt.Illato igitur iuſtè bello, capta in bello iuſto capiétium facta iure fuére.l.1.in prin. ff.de acquir.poſſeſ.§.item ea quæ ex hoſtibus.Inſtitu.de rer.diuiſ.

21 Vnde iure quidem rex Philippus à proauis ſuis regnű Nauarræ bello iuſto acquiſitű obtinet. quod pluribus probauit Ioannes Lopius in libello de iure & obtent.regni Nauarræ.5.p.§.3.tametſi contrà ſentiat Carolus Moly.in cóſuet.Parie.1.p.§.39.n.4.

22 Quanquam & ſemota hac ratione, iure etiam hæreditario regnum illud Nauarræ ad reges noſtros pertinere probet Antonius Nebriſſenſis, vir equidé de humanioribus literis apud nos quàm optimè meritus, in hiſtoria regis Fernandi lib.1.belli Nauarrienſis.c.2.Sanxerunt præterea leges ſingularum apud nos ciuitatum, idque moribus iam inualuit, vt poſt conditam in meſſem ex agro frumentario, cum agrű pecoribus immiſsis, depaſcere impunè liceat. Quoniam & ſi damni aliquid agrorum dominis hinc inferatur, id tamen paruű eſt, atq; priuatum, pertinetq; ea licentia ad bonum publicum, quo minori impendio alantur pecora, ad victum veſtitumq; reipublicæ neceſſarium, ac proinde minori pretio ciuibus diſtrahantur.

23 Secundò tu collige ex poſteriori particula huius legis, per viam publicam patere aditum cuicumq;, etiam ſi ille mille annis viam publicam non triuerit.l.viam publicam.ff.de via publ.

24 Sed eſt caſus, in quo à curſu viæ publicę prohiberi quis poteſt, vt ſi vnum plauſtrű in via alteri occurrat, nam alterum eorum oportet retro agi, ſi tam anguſtus callis ſit, vt vtriusq; plauſtri concurſum non admittat. Sed vtrùm debeat alteri cedere, fuit quæſtionis. Sed hîc ſi nemini ex his qui plauſtra regunt culpa notari poſsit, gratificationi apud iudicem locű eſſe verius eſt. quod in pręſenti Petrus, Cynus, Bal.Fulgo. ac Salicet.admittunt. & ante hos gl. in.l.2. verbo, ad obtinendű.ff.ne quid in loco publico. quam ibi ſequuntur omnes. & alij non pauci & eos referens Tiraquel. de iure primogeni.17.quæſt.1.opinione.nu.20.

25 Poteſt præterea iudex vię publicæ alicui vſum interdicere ex iuſta cauſa, vt ſi ille alicui præcipiat ne eam viam eat, in qua inimicus illius habitat, ne iniuria facta iterum refricari videatur, atq; ad arma perueniatur. argum.text.in.l.æquiſsimű.ibi cur enim.ff. de vſufruct.in.l.1.§.fi. ff. de officio præfect. vrbis.l.fin.ff.de offi.pro.Cæſ.atq; ita voluit glo.ſingularis in.l.quod iuſsit.in gloſſ.1.ff. de re iudicat.quam ita declarant ac ſequűtur ibi Bartolus. nu.4. Angel.Imola.& Alexan.nu.3. Iaſſ.nu.17.Ripa nu.4.Claudius in.l.1.§.& poſt operis.nu.4.ff.de noui.oper. nunt.Alex.Iaſſ.& Oroſcius. nu.4. in illa.l. fi.& ex hoc vltimo conſtat hanc eſſe communem opinionem: quam etiam ſequitur Ripa de reme.ad curan.peſtem.c.a.deuenio itaque.num.6.

¶ Summa rerum. l. Non modus.

1 *Seruitutis conceßionem attendendam eſſe, non agrorum latitudinem.*

2 *Declaratur textus in.l.ſi domus.2. reſponſo.ff. de ſeruitu.urba.prædio.*

3 *Legatum canonicis, non pertinet ad canonicos an ctos poſt legatum.*

4 *Gratia Papæ ad beneficia poſt gratiam creata non pertinet.*

5 *Priuilegium Papæ ad futura non extendi.*

L. Non modus.

PVlchram eſſe & vtilem legem hãc Albericus in præ.teſtatur, eamq́; bonam legem appellat Paulus Caſtrenſis,quæ diuiſione non eget. Conceſſerat Titius fortaſsis Sempronio amico vicinoq́; ſuo ius aquæ ducendæ ad irrigandos agros ſuos,ille vtebatur ea ſeruitute: agri illi vel per alluuionem, vel vicinorum agrorum comparatione nimium excreuerunt, horum dominus contendebat ius ſibi eſſe aquæ ducendæ, qua vniuerſam illam agri latitudinem irrigaret.

1 Cõtrà in hac lege determinatur, in qua ſeruitutis conceſsionem attẽdi præcipitur, non agrorum latitudinem. Sed contra tex. hunc allego textum in l. ſi ſeruitus.2. reſpõſo.ff.de ſeruitut. vrban.prædior. vbi ſi quis acquirat ſeruitutem ne luminibus ſuis officiatur, futuris etiã luminibus proſpectũ videtur, vt nec illis quæ tamen non erant tempore conceſsionis offici poſsit. Iacobus de Rauenis à Bald.in præſen. relatus, pro huius difficultatis expeditione dicebat feneſtras ibi fuiſſe ampliatas nõ per auctionem, ſed per ſubrogationẽ, & cùm hæ in locum illarum apertæ ſint, eædem eſſe viedntur. l. filiæ.§.1.ff.de condi.& demonſt.l.ſi donatæ res.§.1.ff. de donat.inter virum & vxorem. Sed hic intellectus planè diuinat, & videtur illi obſtare ratio textus illius, quæ non ea eſt, quòd feneſtræ illæ fuerint in locum veterum ſubſtitutæ, ſed quòd ſermone indefinito con cepta fuerit ibi promiſsio ſer-
2 uitutis. Quare meliùs Petrus de Bellaperti ca in præſ.qui eleganti quadam diſtinctione ſuſtulit hanc difficultatẽ. Nam (inquit ille) ſi verbo vniuerſali fuit ſeruitus conſtituta, tunc futura quoque ex virtute vniuerſitatis contineri. l. penult.ff. de fund. inſtruct.l.peculium.ff. de legat.2.aut promiſsio facta fuit per terminos ſingulares, & tunc aut veroſimile eſt contrahentes de futuris etiam ſenſiſſe, & ad ea quoque extenditur promiſsio. & ita loquitur text. in l.contraria. nam qui luminibus promittit non officere, de futuris quoque videtur ſpopondiſſe : ſi verò non potuit taxari æſtimarivè, & tunc ad futura minimè porrigitur. & ita loquitur textus. Solutionem hanc ſequuntur Cynus, Albericus, Baldus, Fulgoſ. & Salicetus ac Paulus de Caſtro, qui omnes poſt Petrum inferunt ex hoc,
3 quòd ſi aliquis relinquat certam quandam pecuniam diſtribuendam pro ſuo anniuerſario inter canonicos ſancti Martini, & tempore legati facti ſint decem canonici tantùm, deinde totidem eligantur, nouiter admiſſos non habituros partem legati illius. & horum opinionem ſequitur Paulus de Caſtro conſilio. 170. numero. 1. verſiculo. ſuper ſecundo verò. volumine.1. Albertus Brunus de augment.& diminut.concluſione.10.num.5.

4 Vltimò adde, quòd ſicuti ſeruitus non extẽditur ad futura, ita nec gratia Summi Pontificis pertinet ad beneficia de nouo creata.cle.ſi.de reſcript.

5 Sed neque priuilegia.clem.1.in fine.de cenſibus.

¶ *Summa rerum. l. Sicut vſusfructus.*

1 *SEruitus uſusfructus decem annis inter præſentes, uiginti inter abſentes præſcribitur.*

2 *Atq; eodem temporis ſpatio ſeruitutes omnes reales perire.*

L. Sicut vſusfructus.

1 CVm ius antiquorum patrũ breuiſsimam vitæ formã vſusfructus præſcriptioni ſtatuiſſet, contendebant enim biennio illum perire, diuus Iuſtinianus Iuliano præfecto prætorio reſcribens, in decem præſentibus illis contra quos præſcribitur, abſentibus verò in viginti annorũ ſpatium protraxit, noua ſua in hoc ædita conſtitutione. l. corruptionem. §. de vſufruct. Sed an idem in cæteris quoque ſeruitutibus dicendum foret, nec iniuria dubitabatur. Hanc in præſenti dubitationem ſuſtulit Imperator

tor Ioannis præfecto prætorio reſcribens,
2 ſeruitutes omnes reales decem annis inter præſentes, viginti inter abſentes tempore ordinario conſummari. Sed contra text. hunc opponit gloſ. textum in.l.fi.ff.quem ad.ſeruit. amit. quem nos meliùs aptiusq́; in lege ſequenti declarabimus.

¶ Summa rerum.l.Cùm talis quæſtio.

1 *SEruitus prædialis, quæ uſum ſui habet diuiſum per interualla, præſcribitur tẽpore duplicato.*
2 *Textus in.l.ſi ſic conſtituta.ff.quemad.ſer.amittã tur. contrarium diſponens, quatuor intellectibus inſtruitur.*
3 *Atq; in huiuſmodi præſcriptionis cauſa æquale tempus ſtatui contra abſentes ac contra præſentes.*
4 *Inæqualemq́; in hac cauſa eſſe ſeruitutis acquiſitionem atq; reuocationem.*
5 *Textus in.l.1.§.fin.ff.de uſufruct. accreſ. duobus modis cum gloſſa declaratur.*
6 *Quo pacto in præſenti ſeruitus amittatur ex ſola deſidia non utentis ſine facto domini prædij ſeruientis.*
7 *Epiſcopus quem habere oportet certam uiſitationis mercedem in monaſterio quolibet anno, non amittit eam niſi tempore duplicato.*
8 *Seruitutem legitime præſcriptam non interrumpi unico actu contrario, ſecùs ſi legitimè præſcripta non fuiſſet.*
9 *Non licere mihi per agrum alienum in ſyluam meam concedere.*
10 *Sed ſi alia eò pergere nõ poſſim, cogi dominũ agri uendere mihi eundi ſeruitutem.*

L.14.Cùm talis quæſtio.

DIuidi poteſt textus hic in tres partes principales. In prima ponitur dubitatio, quæ fuit à maioribus agitata ſuper præſcriptione ſeruitutis habentis maxima interualla. In ſecunda ponitur deciſio. In tertia deciſionis ratio. Secunda ibi, nobis placuit ita cauſam dirimere. Tertia ibi, qui enim in tam longo prolixoq́; ſpatio.

Hæc continet in ſumma. Seruitus prędia
1 lis, quæ habet ſui vſum diuiſum per interualla, præſcribitur tempore duplicato, hoc eſt viginti annis.

2 Sed contra textum hunc, imò quòd viginti anni debeant duplicari, & ſic quadraginta anni ſint neceſſarij vt poſsit deperire huiuſmodi ſeruit⁹, allego tex.in.l.ſi ſic conſtituta.ff.quemadmod.ſeruit.amittan. vbi dicitur ſtatutum tẽpus duplicari oportere, duplicabuntur igitur viginti anni, qui ſunt in abſentes conſtituti. gloſ. in præſen. in parte, deſidia. Primò ſoluit textum hũc eſſe intelligendum in quacunque ſeruitute habente vſum diuiſum per interualla, textum illum eſſe intelligendum in ſola ſeruitute aquæ ductus, quaſi huic ſeruituti cum cæteris in hac parte non conueniat, ſunt enim ſingularia quædam præcepta in ſeruitute aquæ, quod gloſſ. rubricæ notauit. Sed hic intellectus lege quidem non probatur: nam etiam ſi textus ille nominatim agat de aquæ ductus ſeruitute, nil videtur in ea ſpeciale ſtatuere, imò gratia exempli duntaxat dictum ibi à Paulo eſſe videtur, vel quoniam frequentior ea cæteris ſit, vel quoniam ex facto ita potuerit accidere. Textus autem legis noſter nil eſt cur ad ſeruitutem aquæ ductus non pertineat, nam verba ipſius generalia ſatis ſunt, licèt de ſeruitute itineris nominatim agat Imperator. Iam verò quis non videat ſolutiones eas communiter improbari, quæ nulla adiecta ratione ſpecialitatis decernunt aliud eſſe hic dicendum, aliud ibi: poſt glo. communiter allegatam in.l. filium quem habentem.C.famil.Erciſc. Quare iterum ſoluit gloſſator, dicens textum illum corrigi ex hac noua Imperatoris deciſione. Quæ ſolutio ferenda non eſt. Tertiò ſoluit gloſſ. ex ſententia Ioannis, vt textus in.l.ſi ſic. quæ mandat tempus duplicari, intelligi debeat reſpectu longi temporis decem annorum: nam viginti anni, qui ſunt à lege duplicati, nil eſſe cur iterum duplicentur. Siue igitur agamus de præſcribenda huiuſmodi ſeruitute inter præſentes, ſiue inter abſentes, ſi illa habeat per annos ſuum vſum diuiſum, ſemper viginti

 anni

anni ſint neceſſarij. Atq; hûc intellectum ſequuntur Barto. Bal. Faber, Salice. & cæteri. & eſt cómunis intellectus. Quartum intellectum ad hûc textum retulit ex Guillelmo de Cugno Paulus de Caſtro in.l. præcedenti text. hunc agere in ſeruitute habente vſum per ſpatium annorum vel menſium, legem contrariam agere in ſeruitute, cuius vſus in horas etiam conſtituitur. Tu communia ſequere. Quod auté de triennio dictum eſt hoc loco, eſt accipiendum, etiam ſi in ſingula triénia vel etiá annuatim ſeruitus conſtitueretur. Quæ nota Pauli de Caſtro eſt in præſenti.

3 Ex communi autem intellectu tu duo ſubinde notabis in huiuſmodi ſeruitute præſcribenda, idem tempus ſtatui, ſiue ſeruitus præſcribatur contra abſentes, ſiue cótra præſentes. qui tex. ſingularis eſt in hoc.

4 Secundò notabis, quòd in hac parte inæqualis eſt acquiſitio ac reuocatio: ná cùm huiuſmodi ſeruitutes quæ diſcótinuá cauſam habent non præſcribantur niſi tanto tempore, cuius non ſit memoria in contrarium. quod ſatis ſuperq; à nobis dictum eſt in.l.2.ſup.eo. amittuntur tamé vel duobus decennijs, quod eſt equidem notandú, nec extra regulas iuris, tamen cùm faciliùs fuerit fundum ſeruientem liberari, quàm libero ſeruitutem imponi.l. Arrianus.ff.de act. & obligat. Sunt qui dicant hanc temporis geminationem iure canonico non procedere. ita enim voluit gloſ. ordinaria in.c. cùm eccleſia ſutrina. in gloſſ. breuitatem. de cauſ. poſſ. & prop. Sed eſſe communiter reprobatam teſtatur Epiſcopus Ciuitaten. lib.1.variar.reſo.c.17.nú.10.verſ. & licèt Bernardus.

5 Deinde contra text. hunc oppono text. in.l.1.§.6.ff. qui. mod. vſusfruct. amittant. vbi vſusfructus alicui relictus ſi amittatur quoniam qui eo vtebatur ſit capite diminutus, non perit perpetuò, niſi pro eo tempore duntaxat, quo eſt ille capite diminutus: nam ſi caput ei reſtituatur, reſtituitur etiam vſusfructus, hic auté in vniuerſum dicitur ſeruitutem perire.

Gloſ. noſtra primò ſoluit textum illum agere in ſeruitute, quæ perijt capitis diminutione, textum hunc agere in ſeruitute, quam quis amiſit per non vſum. Innuit igitur gloſ. quòd ſi in lege contraria ſeruitus vſusfructus eſſet amiſſa propter nó vſum, illa perijſſet perpetuò, quod ego nó auſim affirmare. Quare iterú ſoluit gl. q ibi agitur in ſeruitute pſonali vſusfructus, quæ perijt pro eo tempore, quo perſona, cui illa competit, vti ea non poteſt, cenſentur enim plures ſeruitutes, quare vna veluti perempta, alia minimè perit.l. ſi domus.ff. de ſeruitut. vrb. præd. hic verò vnica eſt ſeruitus hæc diſcontinua, quæ cùm ſemel perijt, amplius non ſuſcitatur.l. qui res.§. aream.ff. de ſolut.

6 Tertiò contra text. hunc opponit Salicetus in hunc modum, Seruitutes non præſcribuntur ſine facto præſcribentis.l. hæc autem.ff. de ſeruit. vrb. prædior. quo igitur pacto in præſenti perijt ſeruitus eo ſolo, q dominus ſeruitutis per ſuam deſidiam ea vſus nó ſit? Sed quòd Salicetus ipſe facilè reſpondet, loquitur textus hic de ruſtica ſeruitute, ille de vrbana.

7 Inducit præterea Bartolus hunc text. in argumentú ad epiſcopú, qui habiturus eſt certam viſitationé quolibet anno in aliquo monaſterio, vt nó niſi tépore duplicato illam amittat. Quod de ea fortaſsis viſitatione accipi oportet, quæ ex cóſuetudine, vel priuata cóceſsióne Epiſcopo competebat: nam quæ ex iure communi competit Epiſcopo, hoc tépore auferri minimè poſſet. c. accedens.c. cùm ex officij. de præſcript. cum alijs.

8 Inducit poſtremò legem hanc Bald. pro gloſ. ordinaria in.l. nemo.§. temporalis. ff. de regu. iur. vbi gloſ. determinat conſuetudinem legitimam vnico actu contrario nó interrumpi, ſed vnico actu contrario eá interrumpi, ſi præſcripta non fuiſſet. ſicut in præſenti ſeruitus iam formata atq; perfecta non interrumpitur, ſi vno die dominus ſeruitutis ea ſeruitute vſus nó ſit. ita enim (aut ego fallor) voluit Bal. inducere legé hanc, argu-

argumentum ſumens de ſeruitute de qua agit textus hic, ad conſuetudinem de qua agit gloſ.illa.cuius traditionem ſequuntur ibi Bart.Decius.ac Cagnolus.Alex.in.l.2.in prin.nu.31.ff.ſolu.matrimo.Fely. qui Bald. in multis locis allegat,in quibus glo. illam commendauit in.c.cùm acceſsiſſent.nu.30 verſ.ſeptimò limita.de cóſtitut. Tiraquel. de iure prim.quæſt.90.

9 Vltimò tu notabis ex tex.ibi, quatenus ei licentia eſſet in ſuam ſyluã inde tranſire, non licere mihi ire in meum fundum per agrum vicini eo inuito.

10 Sed quid ſi prædium meum ita ſitum ſit,vt mihi ad id aditus non pateat, niſi vicinus mihi aditum præſtet? Et hîc ego arbitror compellendum vicinum eſſe, vt mihi eundi ad meum fundum vendat ſeruitutẽ viæ quę neceſſaria videbitur ad vſum duntaxat prædij mei. Nã cùm vicino meo hoc nil noceat,& mihi proſit,æquitate naturali tenetur id facere. vulg. l. 2.§. itẽ Varus.ff. de aqua plu.arcen. Tametſi non teneri hoc caſu vicinum mihi vendere ſeruitutem itineris vel viæ teneat Pau.de Caſt. allegãs Petrum in.l.ſeruum filij.§.fin.nu.6.ff.de leg.1. cui & Iaſ.accedit ibi.nu.6.Sed horum opinioni locus eſſe poſſet,ſi vicinus in ſuo fundo inſigniter lædatur conſtituta huiuſmodi ſeruitute.

¶ *Summa rerum.§.Cum autem.*

1 *NE impediatur uetus areæ in qua meſſes triturantur,probibetur quis altius ædes ſuas extollere.*

2 *Intellectus duo ad tex.hunc traduntur. Et quis ſit communis ac tenendus admonetur.*

§. Cum autem.

ELegans eſt text.hic, & qui omnium ore vt illuſtris ſolet commendari. Diuiditur in tres partes. In prima ponitur præfatio quædam.In ſecũda dubitatio. In tertia dubitationis deciſio.Secunda ibi, aliquis vicinum. Tertia ibi,ſancimus itaq;. Sũmatim hoc continet.

1 Si area non poteſt aliunde recipere ventum,vicinus tenetur altiùs non tollere.

2 Sed quæ ſit ratio quare vicinus hac in parte non poſsit ædes ſuas altiùs tollere,cũ id permittat generaliter lex.altius. ſup.eo. Ioannes & Azo exiſtimarunt ſeruitutẽ hic fuiſſe impoſitam altiùs nó tollendi, & quoniam nó videbatur cuiuſpiam intereſſe, vt ſeruitus hæc ſeruaretur,dubitabatur,an valeret conſtitutio.Ad hoc reſpondet textus hîc, valere conſtitutionem ſeruitutis.Hugolinus contrà ſentit,cuius intellectum gl. retulit in pręſenti:exiſtimat enim ille facultatem illam, quæ ex iure naturæ competit cuicunq; ædificia ſua altiùs erigendi, ceſſare iã ex noua hac Iuſtiniani deciſione, propter fauorem frugum ac meſsium colligẽdarum,quò ille conculcari,triturariq; poſſint.Et hunc intellectum ſequuntur in pręſenti Bart.dicens text.hunc non eſſe alibi.& ante Bart.tenet hũc intellectum Cynus in vltima additione, dicẽs eum eſſe veriorem. Faber & Alber.col.1. dicens vidiſſe ſe hunc intellectum communiter ſeruari, atq; ſecũdùm eum ſe pluries obtinuiſſe Bald.dicens eum intellectum eſſe tenendum Salicet. teſtatus eum eſſe communem intellectum. ſequuntur hunc intellectum glo.& Bar.in l.cum eo.ff.de ſeruit.vrb.prædi.gloſ.in.l.2. in gloſ.altiùs.ff.de ſeruit.ruſt.præd. Angel. in.l.imperatores.Cepola de ſerui.vrb.prædior.c.27.nu.4.&.c.39.num. 4.Ioannes de Imola in.l.ſi prius.num.9.ff. de noui oper. nũt. Alexan.ibi num.34.dicens tex. hunc ita intellectum eſſe ſingularem ſecũdùm omnes.Barth.Soci.reg.101.fallẽt.1.& teſtantur præterea hunc cómunem intellectum Boërius deciſ.322.num.12. & deciſ.320. nu. 14.Corraſius in.l.1.num.44.ff.de ſeruit.tit. generali.& lib.Miſcell.quæſtio.3.c.24. nu. 6.Petrus Dueñas Salmanticẽ.allegans alios regul.33.fallent.6. Cenſetur igitur hoc caſu ipſo iure ſeruitus impoſita ex ſolo frugum fauore,& hæc oportet ſemper notari.

ANTO

ANTONII DE PADILLA Y MENESES IN L. REM MAIORIS. DE RESCINDEN. VENDITIONE C. Commentaria.

¶ Summa rerum. l. Rem maioris.

1 Decepto ultra dimidiam iuſti pretij licere agẽre ex hac.l.ad contractus reſciſionem, uel ut res ſibi reſtituatur.
2 Ex enormi læſione doli ac fraudis præſumptionẽ reſultare.
3 Dolus an contractum uitiet ipſo iure.
4 Et an uitiet contractum cui acceßit iuramentũ.
5 Non quiuis dolus, ſed qui capere poſſet prudentißimum eſt hic accipiendus.
6 Iure Canonico an ipſo iure dolus omnes contractus uitiet.
7 Et quid de contractibus cum principe celebratis.
8 Et an iure naturali ualeat contractus dolo factus.
9 Profeßionem religionis dolus nõ uitiat.
10 Tex.in.l.in cauſæ.2.§.idem Pomponius.ff.de minoribus.ſex modis explanatur.
11 Legis huius beneficiũ antequis Iureconſultis fuiſſe ignotum.
12 Textus hîc agens in uenditore, an ad emptorem etiam pertineat.
13 Et an habeat locum in omnibus contractibus bonæ fidei.
14 Et quid in operibus, quæ ſuo periculo facienda cõducunt architecti, uel fabri lignarij. Et expenſa lex Segobiæ.
15 Et quid in conducentibus herbeta, uel quartas Epiſcopales.
16 Conductores gabellarum non habent beneficium huius legis.
17 Et habet locum etiam lex in contractu permutationis.
18 Niſi permutatio ſit beneficiorum.
19 Et quid in penſionis eccleſiaſticæ conſtitutione.
20 Et an habeat locum in taxatiõe rerum dotalium.
21 Et quid ſit ſtatuendum in cõtractibus ſtricti iuris.
22 Et quid ſi contractui bonæ fidei acceſſerit ſtipulatio.
23 Et an habeat locum lex hæc in tranſactione.
24 Et an in remißione iuris conditionalis.
25 Et an in contractu pecuniæ traiectitiæ, quã uocant aſſecurationem.
26 Et an habeat locum in fideiuſſore accipiente pecuniam pro periculo fideiußionis.
27 Poſſe fideiuſſorem pecuniam accipere pro fideiußione.
28 In cõtractu emphyteutico an habeat locũ hæc lex.
29 Et an in feudi conceßione.
30 Et quid in uenditione facta in publica ſubhaſtatione.
31 Quo iure procedat communis practica huius regni, ut ſi res fuerit data inſolutum creditori, poßit debitor intra quadriennium illam luere.
32 An habeat locum text.hic in uenditione iurata.
33 Iurãs non petere relaxationem, huius etiam iuramenti relaxationem petere poteſt.
34 Minor iurans an ſit certiorandus.
35 Hodie non licere lege regia iuramentum addere contractibus.
36 Prodigi contractus an firmetur iuramento.
37 Venditor re perempta an liberetur à beneficio huius legis.
38 Res & pretium an ſint in obligatione.
39 Contra tertium poſſeſſorem an detur.l. huius beneficium.
40 Quando dicatur quis deceptus ultra dimidam.
41 Satis uel unius nũmi eſſe deceptionẽ ultra dimidiã.
42 Partium renuntiatione an ceſſet hoc beneficium.
43 Sed non ceſſare ſi ſit inſignis læſio.
44 Renuntiatio legitimæ iurata reſcinditur ob enormem læſionem.
45 Quæ actio competat decepto.
46 Triginta annos durare beneficiũ huius.l. decepto.
47 Sed iure regni quatuor annos.
48 Eccleſiæ principi uel reipublicæ triginta annos adhuc durat.
49 Imò ſunt qui exiſtiment quadraginta.
50 Venditor reſtituens, an fructus quoq; teneatur reſtituere.
51 Text.in.l.1.ſi maior fact.rat.hab. alien. nouè explicatus.
52 Sed ſi uenditor malit pretium ſupplere, uſuras nõ pendet.
53 Emptori, à quo res euincitur, ex hac. l. melioramenta eſſe ſoluenda.
54 Item impenſas.
55 Et an text.hic in eccleſia locum habeat.
56 Eccleſia præ cæteris cultrix & auctrix iuſtitiæ.

Bono

57 Bono uiro non licet decipere quenquam, etiam intra dimidiam.

58 Et quam hinc cautelam Ioannes de Anania excogitauerit.

59 Poſitioni continenti turpitudinem neminem teneri reſpondere.

60 Sed neq; captioſe.

61 In conſtitutione pignoris an habeat locum hæc lex.

62 Et an uenditor agat hac lege inuento ab emptore theſauro in re empta.

63 Si plures res uno contractu uenierint diuerſis pretijs, an propter deceptionem in una contingentem uniuerſus contractus corruat.

64 An ſi teſtatoris iuſſu hæres rem aliquam uendat, poßit deinde agere beneficio huius legis.

65 An habeat locum text. hic in re uendita per procuratorem, & an ceßione tunc opus ſit.

66 An dominus poßit reſcindere contractum factum à procuratore, etiam ſi deceptio non fuerit ultra dimidiam.

67 Si quis non uendat, ſed rei ſuæ uenditioni conſentiat, an poßit agere beneficio huius legis.

68 An conſuetudine uel ſtatuto poßit huic legi derogari.

69 Et an huiuſmodi ſtatutum ad cæteros contractus pertineat.

70 Valorem rei tempore contractus conſiderandum.

71 Et in dubio non præſumi rem factam deteriorem.

72 Iudex poteſt ut uerum ualorem rei percipiat rem ipſam uiſere, etiam factis à partibus probationibus.

73 Deceptio intra dimidiā an ſit licita in foro animæ

74 Pœnam promittens pro obſeruantia contractus an poßit ſine metu pœnæ contractum prætextu læſionis ultra dimdiam reſcindere.

75 Et an duret hypotheca re euicta.

L. Rem maioris.

LEx hæc, vt Bartolus præfatur, ſolennis eſt, continetq; materiam maximè quotidianá pro explicandis contractibus omnibus, qui inter quoſcunq; geruntur. Addit Baldus notabilem eſſe legem hanc, & vtilem, Paulus famoſam eſſe, & continere materiam ſingularem. Celeberrimam eſſe & vſui forenſi frèquentiſsimam teſtimonio omnium ſcribentium teſtatur Arius Pinelus. Diuiditur in tres particulas. In prima ponitur thematis coram Imperatore
propoſiti breuis repetitio. In ſecunda tacitæ conſultationis deciſio. In tertia eiuſdem
declaratio, ſeu dubij remotio. Secunda eſt
ibi, humanum. Tertia ibi, minus autem. Ex
vniuerſa autem huius legis contextura tu
collige vnicam concluſionem, quæ eſt ta-
1 lis. Venditor deceptus vltra dimidiam par
tem iuſti pretij, poteſt ex hac conſtitutio-
ne rē ipſam recuperare, niſi emptor malit
iuſtum pretium ſupplere. Idem probat tex.
in l. ſi voluntate. j. eo. l. 1. iuncta gl. ſi mino-
ri. C. ſi maior fact. rat. habue. aliena. c. cùm
dilecti. c. cùm cauſam. de empt. & vendit.
l. 5. tit. 10. lib. 3. foro legum. l. 56. titu. 5. p. 5. l. 4.
tit. 7. lib. 5. ordinament. lege etiam Luſita-
niç probata eſt hæc conſtitutio lib. 4. ordi-
natio. tit. 30. §. 7. Recepta eſt & hæc conſtitu
tio apud Gallos, ita tamen, vt qui eius be-
neficio vti voluerit, neceſſum habeat hoc
facere obtenta in hoc à rege gratia. Quod
apud ſolum Andream, Tiraquellum legi
regni illius conſuetudinum ſcientiſsimum
de retract. munici. §. 32. gl. vnica. nu. 61. verſ.
2 illud autem ſcire debes. Sed deciſioné hāc
iure ſtare minimè poſſe videtur, quoniā ex
enormi læſione fraus ac dolus prçſumitur.
argu. ſunt iura optima in l. oés. §. Lucius. ff.
quæ in frau. credit. qui text. hoc probauit
apertiùs iuncta glo. in l. nomē debitoris. in
parte, totius ſubſtantiç. ff. de leg. 3. l. ſumma
cū ratione. in prin. verſ. ſed dolū malū. ff. de
peculio. l. qui teſtamentū. ff. de probat. Bar.
in l. fi. nu. 3. ff. de prætor. ſtipul. Bald. in. c. 1. §.
itē ſacramēta. nu. 8. de pace iuramē. firmād.
Panor. in. c. cū contingat. nu. 23. de iur. iur.
& eſſe cōem traditionem hāc teſtatur Cur.
iun. in l. interpoſitas. nu. 10. de tranſact. Igi-
tur doli præſumptione interueniente, con-
tractū oportet ipſo iure corruere, nec eſt ne
ceſſum eū beneficio hui⁹ cōſtitutiōis reſcin
di, pretiūue ſuppleri. nā contractus dolo fa
ctus vel ipſo iure nullus eſt. l. & eleganter.
ibi, nullā eſſe vēditionē. ff. de dol. mal. iūcta
gl. in. c. innotuit. in gl. nullā. de elect. quā al
legās alia ſequitur An. Tira. i. l. ſi vnq̄. verb.
reuertatur. n. 202. C. de reuo. don. idē ꝓbat
tex. in l. domū. ff. de cōtra. emp. licèt reuera
textus

textus ille loquatur in dolo interueniente
ex vtraq; parte.ſed id probat optimus tex.
in.l.3.verſ.ſi.ff.pro ſocio.

3 Pro ſolutione huius difficultatis conſi-
derandum eſt,dupliciter in contractu poſ
ſe dolũ interuenire. Aut enim dat cauſam
contractui,aut incidit interuenitue in con
tractu. Si dolus dat cauſam contractui,
qui ſtricti iuris eſt,contractus valet ipſo iu
re,licèt doli exceptione elidi poſsit. l. dolo
vel metu.C.de inuti.ſtipulatio. Si verò do-
lus det cauſam contractui bonæ fidei, ille
eſt ipſo iure nullus, nec eſt actione aliqua
retractandus, ſed quatenus de facto pro-
ceſsit.atq; ita debet accipi lex contraria cũ
ſimilibus. Diſtinctio hæc eſt gloſſ. ordina-
riæ in illa.l.dolo vel metu.& hanc opinio-
nem tenere gloſſas cõmuniter affirmat Cy
nus in præſenti.16.quæſt.& eam tenuit gl.
in.l.ſi dolo.j.iſto tit. vbi Angel. de Peruſ.
teſtatur eſſe communiter approbatam gl.
in.l.Iulianus.§.ſi venditor.in.glo. perſuaſit.
ff.de act.empt.gloſ.in.l.ſub prætextu.1.de
tranſact.gloſ.in.§.actionum.in glo. bonę fi
dei.de act.Inſtitu. vbi eam opinionẽ tenet
Ange.col.2.Iaſ.nume.30.aſſerens hanc eſſe
puram veritatem in hac materia.teſtãtur eſ
ſe communem Gomecius ibi.num.12.Za-
ſius num.45.teſtantur hanc eſſe cõmunem
opinionem Cynus in.l.non dubium.nu.8
de legi.Imola.nu.13.Panor.nu.6.Auguſti.
Beroius num.57.in.c.cùm dilecti.de empr.
& vendit.Panormi.in.c.non ſine.nu.7.de
arbit. Nicellus concor.gloſ.c.13.Ioannes
Igneus in.l.contractus.num.105.ff.de reg.
iur.Crotus in.l.ſi is qui pro emptore.nu.14.
ff.de vſucap. Bernar Diaz reg.200.dolus.
Tametſi Petrus de Bella Pertica,ac eum re-
ferens Cynus in præſen.fin.col.verſ.modò
videamus.teneant contractum ſiue bonæ
fidei ſit,ſiue ſtricti iuris,non eſſe nullũ ipſo
iure,ſed actione de dolo reſcindi poſſe. &
hanc opinionem tenet Iacob.de Raue.&
qui eum refert Ioannes Faber in.§.actionũ.
num.4.de act.Inſtitu.& inquit Petrus non
habere ſe legem contra hanc opinionem.
& textui in dicta.l.& eleganter.reſpondet,
nullam eſſe venditionem oppoſita exce-
ptione.atq; ita etiam reſpõdebat ille textui
in.l.3.pro ſo.vti referunt eandem opinionẽ
ſequuti Cynus & Albericus in illa.l.dolo.
tametſi alio modo eum text.interpretetur
Faber in illo.§.actionum.dicens ſpeciale eſ-
ſe in hoc contractu ſocietatis propter maxi
mam exuberantiam bonæ fidei, quæ in eo
requiritur.atq; hic intellectus vltra Fabrũ
ipſum elegans fundamentum habere vide
tur ex Iuriſconſulto in.l.in cauſæ.2.in prin
ci.verſ.item relatum.ff.de minor.

4 Sed ſuperior opinio verior eſt, etiam ſi
contractui bonæ fidei ſit adiectum iura-
mentum,adhuc enim contractus erit ipſo
iure nullus.argumen.text.generalis in.l.ſi.
C.de non nume.pecu. & ita expreſsim an-
notarunt in hac ſpecie Antonius.4.mem-
bro.Abbas.nu.23.in.c.cùm contingat.de
iure iur.vbi Alciatus num.13.affirmat hãc
eſſe communem opinio.Neq; obſtat ſupe
rioribus,quòd vtrunq; ius dolum ac metũ
ſoleant pro infirmandis contractibus æqui
parare.l.dolo vel metu.ſup.alleg.c.cùm cõ
tingat.de iur.iur.ca.2.de pact.in.6.quare ſi-
cuti metus nõ reddit cõtractum etiã bonæ
fidei nullum ipſo iure ſed reſcindi oporteat
actione quod metus cauſa.ita videbatur di
cẽdum in contractu dolo concepto, nam
æquiparatio illa nõ eſt perpetua, ſed quo-
ad certos quoſdã effectus, de quibus agũt
iura illa.Et ſatis eſt vt ſimilitudo rectè con-
ſtet,ſimilitudinem adeſſe caſu de quo agi-
tur,licèt ad cætera ſint caſus illi æquipara-
ti multùm diſsimiles.l.ſi.C.de collat.

5 Quæ omnia de eo ſolùm dolo accipi de
bẽt,quo prudentiſsimus etiam capi poſſet.
ita enim voluit elegãter Innocẽtius in.c.cũ
dilectus.nu.2.quod met cauſa.Iaſ. dicens
ſingularem eſſe illam Innocentij determi-
nationem in.l.interpoſitas.num.4.de tranſ
act.communemq; eſſe eam ſequutus affir-
mat Gomecius in.§.fuerat.num.14.de act.
inſtitut.

6 Ex hac autem cõmuni diſtinctione in-
fertur, quòd iure canonico dolus dans cau
ſam contractui ſemper vitiat illum ipſo
iure

iure: quoniam illo iure omnes contractus bonæ fidei eſſe iudicãtur. ita enĩ voluit Bal. in.c.1.prope fin.verſ.ego puto. de plus pet. vbi inquit nõ inueniſſe differẽtiã hãc apud ius pontificũ, quare exiſtimat ille iure illo propter dolũ dantem cauſam contractui, omnẽ cõtractũ corruere ipſo iure. Sed hæc Bal.ſententia nõ ſatis tuta eſſe videtur: quĩ cùm differẽtia hæc contractuũ bonæ fidei & ſtricti iuris non ſit à iure canonico repudiata, nõ oportet eã abijcere, ſed potiùs illi ſtandũ erit.c.1.&.2.de noui.oper.nuntiat. Præterea ius ipſum canonicũ expreſsim videtur hãc differentiã admiſiſſe in.c.cũ venerabilis.de excep.nã cũ ibi dicat Papa contractus eſſe bonæ fidei, apertiſsimè inſinuauit alios eſſe ſtricti iuris, quare meritò ꝗ hac Bal.doctrina dubitat Iaſ.in.l.cũ poſtea quã. n.3.C.de pact.atq; idẽ Iaſ.in.l.cũ fundus.in prin.nu.3.ff.ſi cert.pet.vbi id nõ placet Alciato.nu.16. atq; expreſsim reperhẽdũt Iaſ. in.l.quod te mihi.nu.34.ff.ſi cer.pet.Gomecius in illo.§.actionũ.nu.4. Epiſc. Ciuita.in c.poſſeſſor.2.p.§.6.nu.5.de reg.iur.in.6.

7 Infertur etiã oẽs cõtractus, qui cũ principe celebrati fuerint, eſſe ipſo iure nullos, ſi illis dolus cauſam dederit, bonæ fidei enim eſſe cenſentur. Bal.eleganter in.c.1.§. ſi quis verò. nu.1.de pace conſtant. Iaſ.in.§. actionũ.nu.2.de actionibus. Alcia.lib.3.de verb. ſignĩ.nu.61.Fernand. Menchaca de ſucceſ. creat.§.26.nu.27. Atq; idẽ eſſe in omnibus contractibus cũ ciuitate aliqua celebratis, exiſtimat Andre.ab Exea.de pact.nu.407. allegãs in hoc Alex.in.l.Cæſar.ff.de pub.& vect.Sed Alex.ibi in his quæ ad Bar.adiecit, nõ agit de contractu celebrato cũ ciuitate,
8 ſed cũ principe. Sed iure naturali an valeat cõtractus dolo geſtus? Et iure naturali tenere contractũ hunc exiſtimat Bar.in.l.1.ff.de condict.indeb.nu.22.vbi Bar. inquit cõtractũ hunc habere formã & eſſentiã cõtract⁹. atq; hanc opinionẽ teſtatur eſſe cõem eam improbans Fortunius Garcia in.l.ſi vnus.§. pactus ne peteret.n.97.ff.de pact. quoad forũ ſanè animę ſiue ſit bonę fidei, ſiue ſtricti iuris cõtractus nõ valebit. qđ ex aliorũ etiã authoritatibus tradit Epiſco. Ciuita.in reg. poſſeſſor.2.p.§.7.col. penult.de reg. iu.in.6.

9 Profeſsio ſanè religionis dolo facta non infirmabitur.c.cõſtituit.20.q.3. licèt propter dolũ bona profeſsi monaſterio auferãtur.c.veniens.de ſymo. Aut verò dolus nõ dedit cauſam cõtractui, ſed incidit interueniẽtue in cõtractu, & hoc caſu etiã ſi contractus ſit bonæ fidei, ille valet mero iure, licèt cõpetentibus remedijs iuxta vniuſcuiuſq; cõtractus ſubiectũ reſcindi poſsit.& ita loquitur lex hęc. nã hìc nõ interceſsit dolus ex ꝓpoſito, nã ſi interceſsiſſet, etiã ex deceptione citra dimidiã, reſcindi poſſet cõtractus.l.ſi dolo.l.dolus.ꝟ.eo.ſed reipſa interuenit. Atq; ex hac diſtinctiõe ita oẽs text. hũc interpretãtur, quę probata eſt.l.regia.57.tit.
10 5.p.5. Secũdo loco oppono ipſe cõtra text. hunc tex.in.l.in cauſæ.2.§.idẽ Põponius.ff. de minor. vbi prò regula traditũ eſt, licere naturaliter cõtrahentibus ſe inuicẽ decipere. idẽ probat tex.in.l.itẽ ſi pretio.verſi.ſi.ff. locat. quare igitur nõ licuit in præſenti cõtrahentibus ſe inuicẽ decipere etiã vltra dimidiã iuſti pretij? Gl.1.in parte, humanũ.intelligit illũ text. de rigore procedere, hunc de æquitate, quaſi apertiùs dicat text. illo hũc eſſe correctũ: hodie enim iam nõ licere cõtrahentibus ſe decipere niſi intra dimidiã iuſti pretij, nã ad hunc modũ licentiã illam coactam eſſe per hanc cõſtitutionẽ, quæ id videtur ſignificaſſe ibi, humanũ. Et hunc intellectũ ſequitur Cyn.t.oppoſit. atq; cõem eſſe teſtatur Panthaleon de Crema nu.138. cõem teſtatur Arius Pinelus.1.par.c.1.nu.32 Vnde infero ipſe gl.hìc Cynũ & alios ſentire ante hanc Cęſarum conſtitutionẽ nõ potuiſſe contractũ reſcindi prætextu læſionis vltra dimidiã, quaſi ius nouũ attulerit hæc lex. Nanq; ſicuti lex falcidia reſtrinxit ampliſsimam illam facultatẽ, quã leges duodecim tabularũ impartiebantur teſtatoribus, vt vti quiſque legaſſet, ita rei ſuę ius eſſet.l. verbis legis.ff.de ver.ſig.l.1.in prin.ff. ad.l. falcid. ita cõſtitutio hæc Imperatorũ coarctauit ampliſsimã illã facultatẽ conceſſam cõtrahẽtibus, vt ſe inuicẽ decipere poſſent.

Quare exiſtimo ipſe pleroſq; omnes le-
gis huius interpretes exiſtimaſſe nó fuiſſe
remediú huius legis cognitú Iurecoſultis:li
cèt hoc veluti cótra oés vt recens inuétum
tradat Arius Pinelus.1.p.c.1.n.2. Sed maior
eſt circa tex.illum difficultas,dú inquit na-
turaliter licuiſſe cótrahentibus ſe decipere.
Impoſsibile eẽ videtur eſſe, vt naturaliter
quenquã liceat decipere impediẽte iuſtitia
cómutatiua quã vocát,cuius fines pulchrè
(vt cætera omnia)præcepti ſunt ab Ariſto-
te.lib.ethicor.5. Gloſſ.ordinaria in dicto.§.
idẽ Póponius.exponit naturaliter.i. iure gé
tiú.Hunc intellectú probauit in pręſ.Arius
Pinelus.1.p.c.1.nu.39.cú ſequentibus.dicens
ꝙ & ſi ſecundú normam iuris naturalis ex-
actiſsimã non ſit licita deceptio, iure gen-
tiú licita eſt,ne hominú cómercia atq; con-
tractus paſsim labefactentur. Qui intelle-
ctus tolerabilis quidẽ eſt in tanta difficul-
tate. Sed eú ipſe nó ſequor, qm̃ non id agit
Iurecóſultus ibi vt hominú conuentiones
atq; cótractus cóſeruet, licèt id quidem ſit
æquiſsimú. Quare ſecundus intellectus ad
tex.illú eſt Fortunij in tract. de vltimo fine
vtriuſq; iuris.illat.17.nu.276. dicentis dece-
ptioné eſſe naturaliter licitã,quando re ipſa
interuenit,nó ex propoſito decipiendi.atq;
hunc intellectú ante Fortu. tradiderat Phi-
lippus Decius in.c.1.1.lect.nu.18.de cóſtitu.
Sed hic intellectus ſuſtineri minimè po-
teſt:qm̃ & hæc deceptio, quæ interuenit re
ipſa, iniqua quidẽ eſt, atq; contra canones
iuſtitiæ cómutatiuæ, quamq; ius naturale
vix permittat. Nam ſi decepti perſonã ſpe-
ctes,nil differt dolus, qui re ipſa interuenit,
à dolo ex propoſito decipiendi. ex tex.pul-
cherrimo in.l.1.verſ.cauſa.ibi.neq; enim in
tereſt emptoris cur fallatur ignorantia ven
ditoris vel calliditate.ff.de ædili edict. Ter-
tius fuit intellectus ad textum illum fratris
F. Alfonſus de Caſtro. Alfonſi de Caſtro, viri ſacrarum literarum
cognitione eruditiſsimi, atq; verbi Dei ce-
leberrimi oratoris,qui lib. de lege pœnali.
c.5.colú.4.contendit reprobatas eſſe leges
has,vt quæ iniquitatem permittant dece-
ptionis.Sed hic intellectus viri religioſiſsi-
mi tenendus minimè eſt in grauem tanto-
rum hominum iniuriam. Quartus igitur
intellectus ad legem illam eſt Epiſcopi Ci-
uitatenſis lib.2.variar.reſol.c.3. nu.2.dicen-
tis, quòd quando deceptio verſatur intra
pretij latitudinem (neq; enim pretium in
puncto conſiſtit) tunc licita reputetur. vt
in.§.idem Pomponius.ſi verò eos terminos
deceptio ſupergreſſa ſit, illicita cenſeatur,
etiam ſi intra dimidiã contingat.Hic intel-
lectus authorem priùs habuit Córradum
de contractibus.q.56. Sed neq; ex integro
huic difficultati ſatisfacit:quoniã ſi contra-
ctus ſit initus intra illam latitudinem iuſti
pretij,quo pacto deceptio ſit æſtimáda, vix
percipio.Quintus igitur eſt legis illius intel
lectus Dominici de Soto Segobiẽſis.de iuſt.
& iu.lib.6.q.2.articu.3.exiſtimantis licitam
eſſe deceptioné.i.impunem in foro huma-
no,& naturaliter id licere.i.naturale homi-
nú ingeniú in hoc próptum rapi, vt cótra-
hentes ſecum decipiat, nó verò ꝙ naturali-
ter liceat quenquam decipere. Atq; ita etiã
eum text.interpretatur maximum Cóplu-
tenſis Academiæ decus & ornamentú Ioã- Ioannes
nes Medina in codice.de reſtitutione. q.23. Medina.
qui intellectus aliquot retro annis relatus
fuerit à Martino Nauarro ex quibuſdã au-
ditoribus ſuis in.c.qualitas. nu.44. de pœ-
nit.diſt.5.Sed reuera violat literã.§.idẽ Pom
ponius. Vnde ſexto loco exactiùs videtur
mihi eú tex.percepiſſe Iacobus Andonde-
rius in libello ſubhaſtationú.3.c.n.34.vt ver
ba naturaliter exponãtur.i. ex natura cótra
ctus,quaſi liceret ante hãc Cęſarú conſtitu
tioné iuxta naturam contractus huius em-
ptionis & venditionis deceptionem quam
uis adhibere, ſicuti hodie decipere licet in-
tra dimidiam.Hunc intellectum iuuat tex.
interprete Theophilo ibi. in.§. adeò. de lo-
cat.& conduct.Nam cùm text.ibi dicat eſ-
ſe pacta quædam ſeruanda in cótractu em-
phyteuſis ac ſi naturalis eſſet cótractus, ex-
ponit Theophilus ac ſi ea eſſet natura ꝓpria
cótractus.qué ſenſum nó relato Theophi-
lo ſequitur Forcat.in Necyomátia dialogo
74.nu.2.idem ſequitur referés Theophilú

Coraſ.in rub.n.8. C.de iure emphyteu.his
addi poteſt tex.in.l.omne verbú.C. cómu-
nia de leg.vbi quædá naturaliter inſunt lega
tis.ité tex.in.l.bonorum.in prin.ff.de verb.
ſigni.vbi quædá eſt naturalis bonorú appel
latio.& quædá eſſe dicuntur naturalia con
tractus.l.pacta conuenta.cum.gl.ff.de con
tra.empt.Et ita in hunc ſenſum vera eſt ho
die etiam hæc propoſitio, Licet contrahen
tibus naturaliter ſe decipere intra dimidiá
iuſti pretij. nó quòd natura hoc permittat,
ſed naturales regulæ huius contractus. Ex
quibus tex.huius intellectus aliquátò ma-
nifeſtior eſt, vetú agit tex.hic, quádo vendi
12 tor ré minoris diſtraxit. Sed an in emptore
quoq; locú habeat? Et cú emptor ac vendi-
tor relatione quadá contineantur, dubium
non eſt, quin ad emptoré quoq; deceptum
vltra dimidiá extendatur hæc conſtitutio.
ita enim voluit gl.mag.in pręſ.verſ.item ha
buit locú hæc lex econtra. Cuius opinioné
ſequuntur Bar.nu.3.Albe.nu.4. Bal.nu.20.
Salicet.12.q.Pau.de Caſt.nu.17.& teſtantur
hanc opinionem eſſe cómunem eá ſequuti
Crema.col.5.verſ.extende igitur. Pinelus.1.
par.c.2.nu.1.& fuit ante omnes opinio hæc
Azonis in ſumma huius tituli.nu.2. quam
etiam tenuit gl.in.c.cùm cauſam.in glo.di-
midiam.de empt.& ven. quam etiam vidé
tur ſequuti ibi oés Canoniſtæ. & præterea
Purpu.allegans Alex.in.l.ex conuentione.
nu.41.C.de pact.eſtq; pro hac opinione có
muni pulcherrimú argumétú ex tex.in.l.1.
§.ſi quis in fraudé.verſ. ſed ſi emerit.ff.ſi qd
in frau.patro. vbi ſicuti ſubuenitur patro-
no liberto védéte bona in ipſius fraudé, ita
etiam emente in fraudé patroni. Iuuaturq;
opinio hæc ex tex.elegáti in.l. veteres. ff.de
actionibus empt.vbi probatur antiquos iu
ris latores emptionú véditionumq; appel-
latione promiſcuè vſos fuiſſe. & regulare
eſt, vt diſpoſitú in vno correlatiuorú, cen-
ſeatur in altero quoq; determinatum.l.fi.
C.de indict. vidu. tollen. & in pœnalibus
etiam diſpoſitum in venditore, habet etiá
locum in emptore.l.1.de cupreſ.lib.11.
13 Secundò ampliabis legé hanc, vt habeat
locum in omnibus cótractibus bonæ fidei.
Ita enim ſentit gl.mag.in præſ.ibi, illud au-
tem conſtat.Bar.nu.4.qui (mirú eſt) glo.nó
vidit, dicit enim hoc per gloſſam minimè
tangi.idem ſequuntur Albe.nu.7.Bal.nu.5.
Sali.nu.8. Pau.de Caſt. nu.14.qui dicit ſine
dubio hoc eſſe.Crema.col.5.verſi.ſecundò
extenditur.teſtatus hác eſſe cómunem. có
munem eſſe teſtatur Pinelus.1. part.c.3.nu.
1.quæ opinio Azo. primú omniú authoré
habuit in ſumma huius tit. nu.2. & tenuit
hanc opinioné gl.in.l.ſi olei. in.gl. obtulit.
C.locat.alia.in.l.ſi ea pactione.in gl.condu
cta.C.de vſur.gl.in.l.maioribus.in glo.nec
perperam.C.cómu.vtriuſq; iudi. vbi in iu-
dicio familiæ Erciſcundæ habet locum
beneficium huius legis.& huius gloſ. opi-
nionem ſequuntur ibi omnes. & præterea
Philip.Corneus cóſ.140.præſuppoſitis his.
vol.4.Gozadinus cóſ.44.nu.17.Quibus tu
adde id procedere, etiam ſi diuiſio ſit facta
per ſortes.Riminal.allegans alios in princi.
Inſt.qui.alien.licet vel non.nu.143. Et idem
quoq; voluit gl.in.l.in venditione.§.1.in gl.
etiá ſi minoris.ff.de bon.aut.iudi.poſsiden.
quæ legé hanc ad cótractus locationis exté
dit.& idem quoq; voluit Barto.in.l.item ſi
pretio.§.fin.ff.locat.nu.1. Ange. de Aret.in
prin.de empt.& vendit.nu.1.Imo.n.18.in.c.
cú dilecti teſtatus eſſe cómuné Panor. n. 8.
in.c.cùm cauſam.de empt.& vend.quo in
loco Anto.Burgen.nu.7. teſtatur hanc eſſe
cóem opinioné eá ſequutus. quam etiam
teſtantur eſſe cómunem Roma.conſi.423.
nu.2.Aretinus cóſ.126.nu. 2. ſequútur eam
Cepola de ſimulat.contract.nu.9. qm licèt
text.hic loquatur in véditione, véditio om-
nem alienationé cóprehendit. l.ſtatu libe-
ri à cæteris.verſ.quintus.ff.de ſtatu liber.&
hác præterea teſtatur eſſe cóem opinionem
Fabianus de móte de emp. & vé.octaua.q.
princip.nu.9.quę iuuatur ex lege. in cótra-
ctibus.§.ex quibus cau.maiores. & probata
14 eſt.l.regia.4.tit.7.lib.5.ordinamé. Ex quo in
ferri poteſt, ad locationes operarú, quas fa
ciút architecti, ſeu fabri lignarij, vt ſiquidé
decepti fuerint vltra dimidiá valoris operú

cóſtructorũ,poſsint quidé iure huius legis
beneficio ſe iuuare. Aliquãdo tñ procurato
res huius regni principibus noſtris ſuppli-
carũt, vt lege lata decernerent,nó poſſe hos
fabros in operibus,quæ facienda códuxere
ſuo periculo certo pretio ſibi dato poſtea
dicere deceptos ſe fuiſſe vltra dimidiã iuſti
pretij,ita enim illi petierũt in comitijs Sego
biæ celebratis anno.1532.petitione. 110.inci
pienti. *Otroſi.* Quibus reſpóſum eſt,ius ſuũ
partibus ſeruandũ eſſe ne lædantur. Quaſi
expreſsiùs dicerẽt principes nó denegarũt.
poſtea tamé petentibus iſdé regni actori-
bus Pintię.anno.1537.petitione.85.ſanxerũt
principes legis huius beneficiũ his perſonis
15 non cópetere. Idemq; eſt dicendũ in códu-
centibus herbetũ aliquod,ſeu pratũ. Quod
tamen ita accipi debet,ſi locatio nó depen-
deat à viribus fortunę,nã ſi dependeret,nó
haberet locum beneficium huius legis. Ioã
nes Andre.ad Specu.rub.de vſur. vtputa ſi
quis códucat fructus alicuius præſtimonij,
ſeu beneficij,vel quartas regias, vel epiſco-
pales,quia tũc ſola ſpes empta videtur,quæ
quidé vendi poteſt.l.nec emptio.ff.de con-
tra.empt.l.ſi iactũ retis. ff. de action. empt.
Quod duobus modis oportet téperari. Pri
mò,vt non procedat,ſi ſpes illa æſtimata à
principio excedat dimidiã parté iuſti pretij
nã hoc caſu haberet locũ legis huius benefi
ciũ.Crema in præſ.nu. 119 . Secundò debet
téperari,ſi fructus parui aut diminuti naſcã
tur.Secùs ſi propter caſum inopinatũ om-
nino non naſcerentur.l.ex conducto.§.1.l.ſi
merces.§.vis maior.ff.locat.

16 In cóductione ſanè gabellarum regiarũ
non habet locum hæc conſtitutio. l.143.in
volumine legum gabellarum.

In permutatione ſanè dubiũ nó eſt,quin
17 locus ſit remedio huius cóſtitutionis, qm̃
ſimillima eſt véditioni.l.2.de rer. permut.j.
Atq; ad eã etiã pertinent ędilitię actiones.l.
ſciendum.verſ.deinde.ff.de ædilit.edict.

18 Sed in permutatione beneficiorum rece
ptũ eſt,ne ſit locus huic cóſtitutioni. quod
Bald.de Vbaldis in præſ. notauit.nu. 22.ſe-
quuntur eandé opinioné Crema.29. fallét.
Pinelus poſt Cagnolum.1.p.c.3.nu.16.teſta-
tus hanc eſſe cóem opinioné.teſtatur hanc
eſſe cómunem opinioné Decius conſi.210.
nu.8.Epiſco.Ciuita.lib.1.variar.reſol.c.5.nu.
8.quæ duobus innititur fundamentis. Pri-
mò,qm̃ non congruè agitur de æſtimatio-
ne harũ rerum ſpiritualiũ. Secundò, qm̃ fa
cta permutatione,permutantes non habét
titulũ à ſeipſis, ſed à prælato,qui eos cano-
nicè inſtituit.c.ex frequẽtibus. de inſtit. nã
ſi propria authoritate beneficia permuta-
rent,illa amitterent.C.cũ olim.de rerũ per-
mut.oportet itaq; permutationé hanc ſem
per fieri in manu ſuperioris. c. admonet. c.
quod in dubijs.de renunt. l. legatus. ff. de
offi.præſid.

19 In péſione ſanè cóſtituta in aliquo bene-
ficio,habet locũ tex.hic , vt illa poſsit retra-
ctari,ſi excedat valorem tertiæ partis ipſius
beneficij cui imponitur. Roma.conſi. 360.
nu.9.qui argumento huius. l. reſtringendã
eſſe péſionem exiſtimat. Staphileus de lite.
grat.&iuſt.§.in primis.nu.92.Sotus de iuſt.
& iure.lib.9.q.7. articu.2.Cacialupus de pé
ſi.q.6.Gigas de penſio.q.9. moderatã enim
penſioné conſtitui ſemper oportet.c.poſſeſ
ſiones.16.q.1.Panor.in.c.conquerente.nu.5.
de cleri.non reſident. Cardinalis. & Imola
in clem.1.§.eadé.de ſupplen.negl.præla. Gi
gas de penſio.q.1.Rebufus de pacifi.poſſeſ.
20 q.18.nu.95.Sed & in taxatione rerũ dotaliũ
habet locũ hæc conſtitutio . l. iure ſuccur-
ſum.verſ.fi.l.ſi res.§.1. ff.de iure dot. vbi gl.
in parte,pręſtet.intelligit hoc procedere, ſi
deceptio fiat vltra dimidiã.idem videtur te
nuiſſe gl.in.l.ſi ex cauſa.§. in dotis.in gl. in-
tra vires.ff.de minor. gl. in.l.2.in gl. dolo.j.
de act.empt.atq; hanc opinionem tenét in
præſ.Albe.col.1.Fulgo.nu.4.& teſtatur eſſe
cóem Crema.col.9.tenent eã Roma. in.l.ſi
quis cùm aliter.nu.20.Iaſ.n.18.ff.de ver.ob.
Bal.nouellus de dote.6.p.priuilegio.43.n.4
Phanucius de Phanucijs de lucro dotis.gl.
10.n.22.Sed hi non aduertunt,q iura illa &
tex.in.l. ſi circũſcripta.ſolu.mat.j.loquũtur
indiſtinctè , quaſi fauore dotis ſpeciale ſit,
vt tanta deceptio non requiratur , ſed con-
iugi

iugi vtcunq; decepto ſit ſubueniendum. Quod nominatim aduertunt Imola num. 16. in c. cũ dilecti. de empt. & vẽ. Antonius Burgenſis ibi. nu. 48. Gerardus ſingu. 22. Pinelus in præſ. 1. par. c. 1. nu. 13. quorum opinio probata eſt lege regia. 16. tit. 11. par. 4.

21 Sed an in contractibus ſtricti iuris locũ habeat hæc diſpoſitio? Et Baldus quidem in præſenti nu. 5. ex ſententia Ricardi Malumbre in hanc videtur opinionem inclinare, vt & in contractibus ſtricti iuris locũ habeat hæc cõſtitutio. Et hanc opinionẽ veriorẽ eſſe & receptiorẽ affirmat Pinelus eã ſequutus. 1. par. c. 3. nu. 6. qui lege Luſitaniæ probatã eſſe teſtatur. atq; hãc opinionẽ teſtatur eſſe cõmunẽ Soci. cõſ. 85. vol. 1. nu. 13. Bartolo verò longè alia mẽs eſt, dicenti. nu. 5. in contractibus ſtricti iuris ante rẽ traditã competere exceptionẽ doli, poſt rẽ verò traditam cõpetere condictionẽ indebiti, remediũ verò alternatiuum huius legis minimè in his contractibus cõpetere. Et hanc etiam opinionem dicitur tenere idẽ Bar. in l. ſi qs cũ aliter. ff. de ver. obli. vbi pleriq; oẽs eã ſequuntur. ex quibus Iaſ. nu. 18. refert ex Ioã. de Imo. hanc eſſe cõmunem opinionẽ. quã etiam teſtantur eſſe cõmunem Ioannes de Imola nu. 13. Antonius Burgẽſis nu. 15. & 23 in c. cùm dilecti. de empt. & vend. commune q; eſſe teſtatur Iaſ. in. l. de quib⁹. n. 29. ff. de legibus. & cõpetet hoc caſu exceptio doli, non facta rei traditione, facta verò rei traditione, cõpetet condictio indebiti ad condicendam ſaltem poſſeſsionem. Neq; obſtat; ꝙ cũ exceptio cõpetat hoc caſu odioſa, videtur ceſſare repetitio. l. qui exceptionẽ. ff. de condict. indeb. Nam id quidem verũ eſt, ſi exceptio à principio odioſa ſit, hìc autẽ dolus non cõmittitur niſi tẽporẽ petitionis. ita hæc exactè reſoluit Bart. in præſ.

22 Sed cùm hodie ſtipulatio, quæ contractus ſtricti iuris eſt, omnibus fermè interponatur contractibus, an ex hoc ceſſet legis huius beneficiũ, ac ſi iudicemus vniuerſum cõtractũ ſtricti iuris eſſe propter ſubiectã ſtipulationẽ? Et in hoc obtinuit ne ceſſet legis huius beneficiũ. quod gl. hîc ſentire videtur. quã opinionẽ tenet Bar. n. 6. Idẽ Bar. in l. ſi quis cũ aliter. n. 4. ff. de ver. obli. quo in loco Alex. nu. 3. Iaſ. nu. 12. teſtantur hanc eſſe cõmunem opinionem. Nam cũ in omnibus fermè contractibus notarij adijciant hanc verborũ obligationẽ, quod videmus & affirmat Bal. in l. 2. ff. de condict. cauſ. dat. fruſtratoriũ eſſet legis huius beneficiũ. præterea qualitas prioris obligationis cenſetur adiecta in ſtipulatione. l. aliam. ff. de nouat. l. 1. §. ſi quis ſub conditione. ff. vt legat. nom. caueat. l. 2. verſ. quare. ff. de priuileg. credit. vnde in ſubiecta etiam ſtipulatione videtur repetitum, vt competat legis huius beneficium.

23 Quę cùm ita ſe habeant, ardua in mediũ proferenda quæſtio eſt, an & in contractu tranſactionis, qui & ipſe ſtricti iuris eſt, locum habeat hęc deciſio, an videlicet ſi quis tranſigẽs ſuper aliqua lite vltra dimidiam iuſti pretij fuerit decept⁹, ſit illi ex hoc Imperatorũ reſcripto ſubueniendũ? Et Barto. quidẽ in præſ. nu. 6. exiſtimat tex. hunc habere quidẽ locũ in trãſactione, hoc adhibito tẽperamento, vt æſtimatio fiat, nõ quidẽ rei de qua agitur, ſed ſolùm litis motæ, vel mouendę, cuius occaſione tranſactio expedita fuit. Pro hac Bar. eleganti deciſione videtur eſſe tex. pulcher in l. ſi ſuperſtite. verſ. ſanè. C. de dol. mal. vbi filia enormiter læſa ex tranſactione inita cũ patre, de rebus maternis ab ipſo patre adminiſtratis, trãſactionẽ reſcindit, nec admittẽda eſt expoſitio gl. ibi de immodica læſione; hoc eſt, de duob⁹ aureis tex. illũ accipiẽtis, ſed de lęſione vltra dimidiã id quidẽ accipi oportet. Quinimò hoc ipſum videtur glo. ſignificaſſe in l. per diuerſas. col. 2. C. mãdat. dicens ſimulatè videri conceptam tranſactionẽ, quoties datũ eſt pretiũ ita paruũ, vt deceptio interueniat vltra dimidiã partẽ iuſti pretij. atq; gl. illã in hoc allegauit Bal. in præſ. idẽ in l. 1. col. fi. C. de bon. mat. Iaſ. in l. nõ amplius. nu. 4. ff. de leg. 1. ſequuntur hanc Bar. opinionẽ Ange. in pręſ. n. 5. Fulgo. n. 4. Albe. ante hos. nu. 8. Pau. de Caſt. n. 13. Panthaleõ de Crema. 10. extẽſione. Pinelus diligẽter quidẽ ac doctè

(more ſuo) articuli huius difficultaté proſequutus.1.p.c.4.n.15.dicés videri doctores crebi' ſequi hãc Bart. opinioné, exiſtimatq; ipſe eã eſſe probatam lege regia Luſitaniæ quã opinioné ante Bart. tenuit gl. ordinaria in.l.Lucius.§.fi.in gl.poſſe. ff.ad Trebel. vti eã inferius expendã.atq; eã iterú firmat Barto.ibi.nu.3.vbi idé ſequitur Imola.idé Bart. in.l.ſi quis cùm aliter.nu.5. ff. de verb.obli. vbi eú ſequútur Ange.nu.4.Imo.nu.4.Roma.nu.24.addit Claudius ibi nu.7. doctores tranſire cú Bart. communiter. teſtantur hanc Bart.opinioné cómuné atq; ſecundú eã fuiſſe iudicatú plures, quos hic Pinelus allegat.nu.14.profeſſus & ipſe vidiſſe ſe ita iudicari.cótrariã opinionem, imò ꝙ tranſactio reſcindi non poſsit prętextu læſionis vltra dimidiã, videtur probare text. in lege Lucius.§.fi.ff.ad Trebel.vbi glo.tenet hanc opinioné, dicens quòd ſi huius legis beneficiú admittatur, omnes ferè trãſactiones reſciſum iri, expreſsiùs more ſuo tenuit hanc opinioné gl. iuris canonici in illo.c. cú cauſam.in parte, reſtituerent.de empt.& vend. quam ſequuntur etiam Petrus & Cynus in præſen.15.q.Bal.8.oppoſi.dicens erroneam eſſe Bart.opinioné.quã ſequuntur Faber.1.col.Bal.de Vbaldis nu.11.Salice.nu.7.& cómuné eſſe teſtatur Panthaleon de Crema. nu.43.atq; cómunem eſſe cótra Bart.teſtantur Frã.de Aretio nu.4. verſ. extra gloſſam tangit hic Bartolus. Iaſ.nu.13.in.l. ſi quis cú aliter.ff.de verb.obli. vbi etiam Alexã. nu. 10. inquit putare ſe hanc eſſe tutioré ac verioré opinioné in puncto iuris. Et Claudius ibi teſtatur, quòd & ſi doctores communiter ibi tranſeant cum Bar. alibi tamen tenét cómuniter contra eum. & hanc eſſe cómunem opinioné teſtantur Lancelotus Decius in.l.ſub prætextu.1.de tranſact. C. Iaſſ. in.l.fratris. nu.1.eo tit.atq; Alciat.in.l. quãuis.nu.5.Anto.Burgen.in.c.cú cauſam.nu. 32.de emp.& ven.Andre.Tiraq.de vtro. retra.§.24.gl.vnica.nu.4.quã & Purpurat.ſequutus eſt in.l.1. de pac.C.n.99. probataq; eſt hæc opinio lege regia.34.tit. 14.pa.5.vbi ex quacunq; deceptione non reſcinditur tranſactio ſi dolus abſuerit. & ibi Grego. in gl.fi.admonet lege illa regia ceſſare iam hanc controuerſiam. Sunt qui dicãt tranſactioné ſuper bonæ fidei cótractú interpoſitã reſcindi poſſe prætextu lęſionis vltra dimidiã, non ita, ſi ſuper cótractu ſtricti iuris interponatur. Sed differentia hæc futilis eſt in propoſito. Rurſus cótendunt alij litem hanc ita componere, vt ſi deceptio ſit enormis, ſubueniendum ſit, ſi verò etiã dimidiã excedens enormis non ſit, tranſactio minimè reſcindatur.atq; huius ſententiæ authores ſunt Philippus Corneus conſ.166.nu.11. vol.1.Decius in.l. cùm te.nu. 1. de tranſact. Roderi. Xuarez allegat.22. colú.fi. Atq; ita obtinuiſſe ſe affirmat Carolus Molineus ad Alexandrum conſi. 42.nu. 11.vol.1. Zaſius conſi.18.nu.16.vol.2. Oroſcius in.l.1. nu.4. ff.de tranſact.atq; ita fuiſſe rem hanc apud Pintiani prætorij celeberrimos auditores expeditam, teſtatur relator illius prætorij Matienço in dialogo relatotis & aduocati. 3.par.c.20.nu.10.quæ opinio ęquitatis ſpecié maximam præ ſe ferre videtur. Verior tamen cómuniſq; magis opinio eſt, vt ceſſante fraudis ſuſpicione, minimè in tranſactione locum habeat hæc cóſtitutio. Pro qua in primis ſolet conſiderari fauor litiú finiendarú, ne perfecta ſemel tranſactio, ex hac lege retractetur. arg. tex. generalis in.l. quãuis.C.de tranſact. Secúda ratio ex eo ſumitur, ꝙ tranſactio & iuramétum æquiparétur.l.2.ff.de iur.iu. ſed in cauſa iuraméto deciſa nil ampli' quęri oportet de ipſa quãtitate principali ſuper qua iuratú eſt. l. non erit.§.dato.ff.de iurei.§. ité ſi quis poſtuláte. de act.Inſt.igitur nec in tranſactione huiuſmodi læſionis rationé debemus admittere. Tertiò rei iudicatę æquiparatur etiã tranſactio.l.1.C.de error.calcu.ibi, ſi res iudicatæ nó ſint, vel tranſactio interuenerit. at verò in ſentétia minimè locú ſibi vendicat legis huius diſpoſitio.l.ſub ſpecie. C.de re iudic. igitur nec in tranſactione. Quartò hãc opinionem confirmat tex.in.l.ſub prætextu.1. C.de tranſact.vbi ſub prætextu inſtrumentorú nouiter repertorú minimè tranſactio

infirma-

infirmatur niſi dolus interueniat in occultandis inſtrumentis, & tamen inſtrumenta manifeſtiſsimè oſtendunt deceptionem fuiſſe vltra dimidiam, non igitur hoc prætextu tranſactioné reſcindi oportet. Quintò contra Bartoli opinionem induci ſolet textus in.l.qđ ſi deferéte. ff. de dolo malo. vbi cauſa iuraméto deciſa prætextu etiam immodicæ læſionis non retractatur, quoniam per iuramentũ inita ſit veluti tranſactio quædam, ex qua Cóſulti ratione colligitur manifeſtiſsimè tranſactionem prætextu etiam grandis læſionis non eſſe retractandam. Sextò contra Bartolum fortiſsimum huius rei argumentum eſt tex. in.l. Lucius.§.fi.ff.ad Trebell.ibi, reſpõdi ſecundùm ea quæ proponerentur ſi non tranſactum eſſet poſſe. vbi hoc videtur priuato quodam tranſactionis fauore conſtare, ne prætextu immodicæ etiá læſionis conuentio reſcindatur. Septimò cótra Bartolũ induco textum in.l.à Diuo Pio.§.ſi pignora. ff.de re iudicat.vbi ſi debitor voluntariè accipiat pignus in ſolutum, licèt plus ſibi debeatur, nó poteſt agere pro reſiduo, qm̃ ſuper hoc videatur tranſactum. ergo multò fortiùs id erit admittédũ in vera expreſſaq; tranſactione: nam ſi illa præſumptio factæ tranſactionis ceſſaſſet, creditor in reſiduo ſibi non præiudicaret. l.1.de pignor. C.vbi plura ipſe addam aliquãdo. Octauum contra Bartoli opinionem argumentum eſt, ꝙ ſolutum ex cauſa tranſactionis minimè repetitur condictione indebiti.l. ſi non tranſactionis.C.de iuri.& fact. ignor. l.2. C. de cond.in debi.l. tranſactionis.C.de nonnumera.pec.multò igitur fortiùs ſuſtinebitur tranſactio, etiam ſi vnus ex tranſigentibus vltra dimidiam deceptus ſit.

24 Sed neq; in iure conditionali remiſſo locus erit huic conſtitutioni.l.de fideicómiſſo.ſup.de tranſact.cui rei ſuffragatur etiam textus in.l.ſi pater puellæ.C.de inoffi.teſta. in.l.verum.§.ſciendum. verſi. né non reſtituetur.ff.de minor.atq; ita nominatim Bal. notauit in.l.1.n.8.ſup.de pact. Alex. ibi.nu. 3. etiá ſi alter ex cótrahétibus ſit minor. ex textu in illo.§.ſciédũ.& id notarũt Curtius ſenior.nu.10.Iunior.nu.5.in illa.l.1.de pact.

25 Sed an in aſſecuratione pecuniæ traiectitiæ locum habeat tex.hic? Pro cuius rei euidentia præmitto valere conuẽtionem, qua aliquis volenti pecuniam traijcere promittit pecuniam illã ſaluam fore, aut certè ſuo periculo perituram, atq; pro hac ſecuritate licitè promiſſor pecuniá accipiet.l.1.l.cùm proponas. C.de naut.fœno. Sed & in foro animæ licitus cótractus hic eſt. vti eſſe communem omnium opinioné teſtatur Dominicus Soto Segobiæ, imò Hiſpaniæ totius decus maximũ ac ornamentum. de iuſt.& iur.lib.4.q.5.artic.2. In hoc igitur cótractu ſi pecunia data ſit, ita vt habita ratione dubij euẽtus atq; periculi quod potuit imminere pecuniæ illi alteruter ex contrahentibus vltra dimidiam iuſti pretij deceptus ſit, habebit locum hæc Cæſarum conſtitutio. quod Petrus Santerna ſolus (quod ipſe ſciam) notauit in tractatu de aſſecurat.& ſponſi mercat.5.part.nu.4. diſsimiliſq; cauſa hæc à tranſactione eſſe videtur, vt in qua minimè adſint rationes illæ finiendarum litium, & aliæ quas paulò ſuperiùs cótra Bartolum enumeraui. Dominicus Soto.

26 Qua ratione & in ea ſpecie arbitror admittendam eſſe hanc conſtitutioné, ſi quis pecuniã à debitore acceperit vt pro eo fideiuberet: nam ſi habita ratione dubij euentus atque periculi, quod huic fideiuſſori ex facta fideiuſsione poſſet obtingere fideiuſſor hic decepiſſet debitorem, poſſet debitor cótra eum agere remedio huius conſtitutionis.

27 Quod ſi intra dimidiam iuſti pretij fideiuſſor pecuniã pro vadimonio accepiſſet, poteſt eã iure optimo retinere.l.ſi remunerãdi.§. Maurus Paulus. ibi, mercedé pactus ob ſuã fideiuſsioné.ff.mãdat.l.hoc iure.§.1. ff.de donat.vbi hoc notát Bart.& alij.l.antiquæ.in prin.ibi, aliquid accipiés vt ſeſe interponat. C. ad Velleian.vbi eũ textum in hoc notat Bald. 1. notabili.& teſtatur hanc opinionem cóem eſſe Carolus Molin. de vſuris.quæſt.31.quáuis hìc eam improbet.

Cōem præterea eſſe teſtatur allegans alios eam tenentes Epiſcopus Ciuitatenſis lib. 3. variar.reſolut.cap.2.num.6.quam ſequuntur præterea Iaſſ. ad Chriſtophorum in tit. de fideiuſſ.Inſtit.col.2. Decius in.l.fructus rei eſt.ff.de regu.iur.Boërius deciſ.255. Sylueſter verbo.fideiuſſor.nu.14.

28 Sed an & in cõtractu emphyteutico locum habeat hæc diſpoſitio? Et in hoc contractu etiam legem hanc locum ſibi vendicare affirmant in præſenti Bald.nu.7. Paulus de Caſtro.nu.13. fuitq; hæc opinio Speculatoris in tit.de emphyteuſi.§.ſi verò aliqua.num.114. Burgenſis in.c.cùm cauſam. nu.10. de empt. & vendit. & communem eſſe hãc opinionem teſtatur Pinelus, eam ſequutus.1.parte.c.3.num.37. Cuius rei ratio eſt, quoniam contractus hic cùm locationi ſit ſimillimus.§.adeò.de locat.& conduct.iuxta eius regulas eſt cenſendus.l.1.§. ſi quis ſeruum.ff. depoſit. neq; mouet, ꝙ ſtricti iuris ſit hic contractus.gl.in.§. actionum. de act. quam ibi ſequuntur omnes, & eſſe communiter approbatam teſtatur Socinus conſi. 67. num. 15. volu.1. Qua ratione negãt in eo locum habere hanc conſtitutionem Speculator.de empt.& vendi. §.nunc dicendum.2.nu.14. Iaſſ. allegans alios in.l.1.num.75. de iure emphyteut.quoniam & ſi ſtricti iuris ſit, accedit tamen ꝗ proximè ad naturam contractus locationis, qui bonæ fidei eſt.

29 Sed cùm contractus feudi æquiparari ſoleat contractui emphyteutico. gl. in. c.1. verbo aut verum. an agna. vel fili. in vſib. feudor. Bal.in.l. voluntas.nu.5. C. de fideicommiſſ. Curtius de feud. 2. part.q.3.an & in feudi conceſſione locus ſit huic conſtitutioni? Et Speculator quidem in titu. de empt.& vendi.§. nũc dicendum.2.nu.14. exiſtimat in hac ſpecie locum nõ eſſe huic conſtitutioni.idem ſequuntur Bal.in præſenti.nu.7.Salicet.nu.16.quorum opinioni ſuffragari & illud videtur, quòd cõtractus feudi ſtricti iuris ſic.Bal.in.c.1.in prin.nu.9. de cognit.feud.Curtius de feudis.1.par.q.7. imò & innominatus contractus eſt ſecundùm Bald.in rubr.de rer. permut. col. 1. de quo dicam ipſe in.l.naturalis.in prin. ff. de præſcr. verbis. Gloſ. tamen ordinaria in ca. ad noſtram.in parte, enorme. de rebus eccleſ. non alienan. affirmat iure communi locum eſſe huic legi in feudi cõſtitutione. & hanc opinionem tenent Paulus de Caſtro in præſen. nu. 13. Matthæus de Afflict. in cap.1.nu.99. de capitan. qui curi, vendidit. Mihi placet in hac ſpecie diſtinctio Romani in.l.ſi quis cùm aliter.nu.17.ff. de verborum obligat. vt in feudo ad ſeruitia prócedat prior opinio, negans non eſſe locum huic legi in feudi conſtitutione, poſterior vera ſit in feudo dato ad pecuniam. atque hanc diſtinctionem & Panthaleon de Crema hìc probauit num.34.

30 Sed an in ea quoq; rerum venditione, quæ facta eſt ſub publica ſubhaſtatione locum habeat textus hic? Et Angelus quidem de Peruſio in.l. pretia rerum. nu.3.ff. ad.l.falcid. conſtanter affirmat in hac ſpecie venditionis non eſſe locum huic legi. idemq; idem Ange. aſſeuerauit in. l. ſciendum.in repeti.nu.12.ff.de verb.oblig. idem Ange.in.l.1.nu.2. C.de præſcrip.30.vel. 40. annorum.in quibus locis inducit Angel. pro hac ſua opinione text.in.l. 1. verſic.ita enim fiet. C. de præd.decurio. libro. 10.vbi hæc etiam opinio Bartolo placuiſſe videtur.nu.4.quam & Platea ſequitur.num.2. Quorũ opinioni illud vel plurimùm ſuffragatur, quòd quãdo res eſt vendita in publica ſubhaſtatione, & eſt addicta plus offerenti; cenſetur iuſto pretio diſtracta.l.mortis cauſa capimus. verſ.ſi.ff.de donat.cauſ. mort. Tandem opinionem hanc teſtatur eſſe communem Decius conſi.210.num.8. quæ probata eſt lege regia.220. ſtili. Sed & lex.19.titu.4.lib.6. ordinamenti eidem opinioni conſenſiſſe videtur. Contrarias partes tueri videtur Bart.in.l.1. C.de præſcr.30. vel. 40. ann. Dicens non ex hoc præſumi rem iuſto pretio fuiſſe diſtractam, quòd venerit in publica ſubhaſtatione. Mouit Bartolum text.in.l.ſi quos.§. eod.vbi probatur etiam in venditione facta ſub publica ſub-

haſtatione

haſtatione fraudes interuenire ſolere, & vi liore pretio res ipſas diſtrahi, quàm par fuerit. Hanc Bartoli opinionem ſequuntur Paulus in præſen. nu.3. & cõmunem eſſe ac veriorem affirmat Pinelus.2.par.c.2.nu.25. quam etiam ſequuntur Paulus de Caſtro nu.3. Imola.nu.3. Alex.nu.9. in illa.l. pretia rerum. Vincẽtius Hercul. ibi col.10. verſic. ex quo reſultat. Roma. in.l. ſi qs cùm aliter. nu.8. ff. de verb. obliga. vbi idem ſequũtur Alex.nu.16. Claudi⁹ nu.18. Alex. in.l. pacta nouiſsima. C. de pact. col.1. vbi Iaſ.nu.9. Teſtatur hãc eſſe cõem opinionem cõtra Angelũ, quã etiã teſtatur eſſe cõem Antonius Burgẽſis in.c. cùm cauſam. nu.27. de empt. & vend. quæ probari videtur.l. regia.4.ti.7. lib.5. ordi. quę ſanè videtur intelligẽda, quoties vẽditio fit in publica ſubhaſtatione ex cauſa volũtaria: vt ſi res minoris cũ iudicis authoritate in publica ſubhaſtatiõe diſtrahatur, nã eo caſu minori decepto vltra dimidiã erit ſubueniẽdum. Si tñ ex cauſa iudicati vęneãt bona alicuius, & facta licitatione plus offerẽti fuerint addita, minimè videtur cõtractũ hunc reſcindi poſſe prætextu deceptionis vltra dimidiã. Quo caſu videntur eſſe intelligẽdæ leges ordinamẽti ac ſtili priori loco à me citatæ, nã hoc caſu propter cõtumaciã debitoris nõ ſoluẽtis ceſſat beneficiũ huius legis. Neq; mouet quod dici ſolet, facilius ſubueniri faciẽti actũ ex neceſſitate, q̃ ei qui facit ex voluntate. l. cùm quædã mulier. C. de adminiſt. tut. iuncta.l. ſi. in prin. de inoſ. teſt. nã id verũ eſt, niſi culpa aliqua præcedat hãc neceſsitatẽ. l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſat. dar. cogant. l. 2. §. ſi quis, ꝑpter. ibi, nõ ne indignus eſt cui hæc exceptio patrocinetur. ff. ſi quis caut. Sed & ſi res vẽdita ſit cũ iudicis decreto nõ ceſſare beneficiũ huius legis pleriq; ex ſuperioribus ſenſerũt, atq; eſſe cõem opinionẽ allegãs plurimos teſtatur Pinel⁹.2.p.c.2.n.18.

31 Ex poſteriori aũt opinione exiſtimantiũ re vendita in publica ſubhaſtatione ſupereſſe remedium huius legis, exijſſe videtur ſtilus cõmunis ferè omnibus tribunalibus Caſtellani principatus. Nam quotieſcunq; apud nos fit executio virtute rei iudicatæ vel inſtrumẽti guarẽtigij in re aliqua debitoris, & illa diſtrahitur in publica ſubhaſtatione facto præconio ternis diebus & creditori adiudicatur vel alij quẽ ille emptioni ſuppoſuit, ſi debitor intra quadriẽnium offerat ipſe creditori ſortẽ cum legitimis vſuris ac cenſibus, poteſt rem ſuam repetere, præſumitur enim deceptus in pretio quo res illa fuit diſtracta, & ideo practica iudicantium illi ſuccurrit hoc remedio, quæ & naturali æquitate innixa videtur: nãm cùm creditori plenè ſit ſatisfactum, æquiſsimè vſus iudiciorum eum cõpellit rẽ ipſam dimittere debitori. argumẽto tex. generalis in.l. ſi me & Titiũ. ff. ſi cert. petat.

32 Sed quid ſi vẽditor contractũ iurauerit, an poſsit legis huis remedium ingreſſus exceptione iuriſiurandi repelli? Gloſſ. magna in præſenti mouet hanc difficultatem, quæ eam pluribus verſat: explicabitur tamen meliùs quatuor concluſionibus propoſitis, quarum eſt prima. Si maior ſit venditor qui iurauit ſe contractui non contra uẽturum, omni procul dubio excludetur à beneficio huius legis. Concluſionem hãc ſequitur Barto. in præſenti nu.9. qui pro ea citat text. in authen. ſacramenta puberum. ſup. ſi aduer. vendit. vbi iuramentum minoris excludit illum ab in integrũ reſtitutione. igitur & excludet maiorem à beneficio huius legis. Sed Barto. inductio euitari poſſet, ſi cõſideres faciliùs perire beneficiũ reſtitutionis in integrũ, quod remedium ſpeciale ſit, q̃ huius legis quod eſt commune. Concluſio tamen vera eſt. quam ſequũtur etiam Albericus nu.9. Salicet.q.10. teſtatur eſſe cõmunem Fulgo. nu.10. tenet eam Paulus de Caſtro. 4. colũ. & teſtantur eſſe commu. cum glo. ibi. Ioãnes Imola nu.24. in.c. cũ cauſam. de empt. & vẽd. Alex. cõſi. 42. nu.9. volu.1. & cõſi.127. nu.6. vol.2. Corneus conſ.72. col.3. vol.3. Cagno. in.l. ſi quis maior. nu.23. de tranſact. ſup. communem eſſe affirmat Rolãdus à Valle conſil.59. nu. 18. allegans alios dicũt eſſe communẽ Pantaleon de Crema. & eum referẽs Pinellus

3.par.

3.part.cap.1. nu.1. & iterum nu.5. Sequitur
eam Ioannes de Neuizanis conſilio.22.nu.
11.allegans alios.Sunt tamen qui exiſtimẽt
in hac ſpecie iurantem excludi à beneficio
alternatiuo huius legis, poſſe tamen ſi ſit
deceptus agere ſimpliciter vt iuſtum pre-
tium ſibi reſtituatur. quæ deciſio Bald. eſt
in.l.quæ ſub conditione.§.ſi quis.ff.de con
di.inſt.atq; idem cenſuerunt ibi Albe.An-
ge.& Paul.& ſequuntur multi allegati à Pi
nelo. nu.5.& pręterea eam Baldi deciſionẽ
nõ ſine cõmendatione ſequitur Grego.in
l.56.tit.5.p.5.in gl.magna ver.*que la coſa*. Sed
re vera hæc deciſio falſa eſt,atq; iuramenti
religionem violare quidem videtur,quare
eam ipſe non ſequor.Sed & in militibus,ru
ſticis, ac mulieribus idem admittendum
cenſeo, norunt enim omnes hi quanta ſit
præſtantia iuramenti, neque ignorantiam
allegantes erunt admittendi. Sed & ſi enor
mis læſio intercedat, iuramento ſtandum
cenſeo. Poſſet tamẽ hoc caſu is qui iurauit
petere abſolutionem ac relaxationem iura
menti ad effectum agendi, quod ſolet in
iure concedi.c.1. de iureiur. qua obtenta,
poſſet ex contractu agi.quod Panor.nota-
uit in illo cap.cùm cauſam.nu.13.idem Pa-
norm.in cap.cùm contingat.num.23.de iu
reiur.Alexand.conſi.125.volu.1.& teſtatur
eſſe communem opinionem Decius eam
ſequutus.conſil.349.nu.6.

33 Quòd ſi qui iurauit, iuraſſet etiam ſe ab
ſolutionem aut relaxationem non petitu-
rum à iuramento,adhuc huius etiam iura
menti abſolutionem atq; relaxationem pe
tere poſſet. quod Bal.eleganter notauit in
l.2.col.28.verſi.ex quo ad primam quæſtio
nem. de iure iur.ff.Fely.in.c.debitores.n.9.
de iureiur.Secunda concluſio glo.eſt,ſi iu
ramentum præſtetur in hac ſpecie à mino-
re vendente,non excluditur minor à reme
dio huius legis,excluditur tamen à benefi-
cio in integrum reſtitutionis.Hanc ſecun-
dam concluſionem ſequuntur in præſen.
Bartolus nu.10.Alber.col.2. & teſtatur eſ-
ſe commu. Pinelus allegans alios.3.par.ca.
1. nu.9. teſtantur præterea hanc. eſſe com-
munem opinionem eam ſequuti Alexã.in
l.ſtipulatio hoc modo concepta. nu. 13. ff.
de verbo.oblig.Socinus conſi.48.fi.col.lib.
4.Decius cõſi.180.nu.5.Fabianus de Mon-
te.de empt.& vend.8.quæſt.num.17.teſta-
tur hanc eſſe communem opininionẽ Cur
tius iunior conſi.53.num.9.& tenuit eandẽ
concluſionem gl.iuris Canonici in illo.ca.
cùm cauſam.verbo, reſtituerent. quam ibi
ſequũtur omnes.& probatur lege regia.56.
in fine.titu.5.part.5.Pro hac opinione com
muni ſolet induci text.pulcherrimus in.l.1.
C.ſi maior fact.ra.habue.alienat.vbi ſi ma
ior factus ratam habuerit alienationem fa-
ctam ſine decreto tempore minoris ætatis,
non præiudicat ſibi in beneficio huius le-
gis. neq; importunè ſumitur hîc argumen
tum de ratihabitione ad iuramentum. Ter
tia concluſio cõſtat ex Bartolo nu.10,idem
eſſe dicendum,ſi minor iuret ſe non ventu
rum contra rationem minoris ætatis, qui
34 caſus minùs dubitabilis eſt. Sed pulchram
hoc in loco repetit Bart.quæſtionem, an ſi
minor renuntiet hoc modo beneficio re-
ſtitutionis, hoc eſt per iuramentum,opor-
teat eſſe certioratũ huiuſmodi beneficium
ſibi competere? Et Dynus quidem, prout
eum refert Bart. in præſen.neceſſariam ar-
bitratur hîc eſſe certiorationem,quoniam
iuramentum ac renuntiatio non ſoleant
ad incogitata pertinere l.fi.C.de nõ nume.
pecu.l.fi.ff.qui ſat.dare cogant.l.mater de-
cedens.ff.de inoffi.teſtament.l.legitimam.
ff.de peti.hęre.atq, hanc Dyni opinionem,
quam ille verè tenuit conſil. 5. tenet ipſius
diſcipulus digniſsimus Cynus in præſen.6.
quæſt. ſequuntur hanc opinionem Ioan-
nes Andreæ in cap.penul.de emp.& vend.
Cardinalis ibi.num.4. & teſtatur commu-
nẽ eſſe Antonius de Butrio ibi nu.15. ęquio
rem eſſe affirmat Imola ibi nu.21. teſtatur
eſſe cõmunem Antonius Burgen. ibi. nu.
37.dicẽs quòd pleriq; eam ſequũtur.et eam
ſequuntur multi autores,quos in vnũ con
gerit Tiraq.in.l. ſi vnquã.in princ.nu.146.
C. de reuoc. donat. & præter eos teſtatur
hanc eſſe communem opinionem Aretin.

in.l.

in.l.ſi duo patroni.§.idem Iulianus.nu.5.ff.
de iureiur. Bartolus tamen in præſen.con-
trarias partes tuetur,imò quod certioratio non
requiratur,cùm minor renuntiationem iu
rauit.atq; Bart.opinioné teſtantur eſſe com
muné Fulgo. nu. 7. Panthaleon de Crema
nu.178.licèt Pinelus.3.p.c.1.nu. 10.dubitet
quæ ſit receptior opinio in hoc. & voluit
idé Bar.in.l.ſciédum.nu.8.ff.de verb.oblig.
vbi pleriq; omnes eius ſententiá probarút.
ex quibus Romanus nu.30. Iaſſ. nu. 54.te-
ſtantur hanc eſſe cóem opinionem eam ſe
quuti, & ex cóſuetudine ſeruari affirmant
ibi Alexá.nu.36. cóem eſſe præterea teſtan
tur ibi Zaſius nu.16. Et voluit idem Bart.
in authé.ſacraméta puberum. num.16.C.ſi
aduerſ.vendit.vbi Paulus de Caſtro nu.10.
Zaſ.nu.56.teſtantur hanc eſſe cóem opinio
nem.idem quoq; voluit Bart.in.l.ſi duo pa
troni.§.idem Iulianus.ff.de iureiur. vbi eam
ſequitur Alexan. nu. 10.exactè hoc decla-
rans.idem voluit Bar.conſilio.90.incipié-
ti.dilecto domino.nu.1. & comunem eſſe
præterea teſtantur Barbatius in.c.cùm cau
ſam.nu.21.de emp.& védit. Curtius iunior
conſi.47. nu 10. Mauritius de reſt.cap.114.
Pro qua induci ſolet tex. in.c. ex reſcripto.
de iureiur. vbi valet renuntiatio Velleiani
facta à muliere iurante,etiam ſi de illo bene
ficio certiorata minimè ſit. atq; eum tex.in
hanc ſententiam expendit Bald. ibi colú.1.
quam & in praxi ſeruare affirmat Alexan.
conſi.42.nu.10.volu.1. & ſecúdùm eum re-
ſponderunt multi allegati per Tiraq. vbi
ſup.nu.130.Et intelligunt pleriq; omnes id
procedere,ſiue minor iuret cum tutoris au
thoritate,ſiue ſolus.tametſi Bal.in præſen.
q.9.n.12.hanc Bar.& cóem cótra Dynú re-
ſolutionem reſtringat ad minorem iuran-
tem cum tutoris authoritate, cuius limita-
tio cómuniter reiecta eſt. Quarta conclu
ſio conſtat ex Bartolo in præſen. Minor iu
rans non venire contra contractum ratio-
ne minoris ætatis,nec ratione minoris pre-
tij,minimè poterit ſe iuuare beneficio hu-
ius legis. Bart. opinionem ſequuntur Sali-
cet.nu.15.Paulus nu.16.& ante eos idem ne
minem allegans tenet Faber in præſen.col.
1.& idem ſequuntur Alex. conſi.127. volu
4.& teſtatur eſſe opinionem hanc commu
nem Panthaleon de Crema. nu.182.

35 Sed concluſiones ſupra factæ in maiore
iurante otioſæ videri poſſunt hodie, cùm
lege regia.6.tit.1.lib.3.ordin. generaliter ſit
prohibitú ne iuramétum contractibus in-
terponatur, pœnaq; ibi expreſſa eſt in ta-
bellioné recipiétem à partibus hoc iuramé
tum,vt & officio priuetur,& dimidia ſuo-
rum bonorú parte.Cuius legis ratio eſt du-
plex,nè ſi paſsim iuraméta cótractibus ad-
hibeantur,periuria in iniuriá diuini numi-
nis cómittãtur.Neq; enim(Auguſtinus in
quit eſt)cótra Dei præceptú iurare, ſed nos
dum iurãdi vſum facimus, periurij crimé
incurrimus.c.nó eſt.22.q.5.Altera ratio eſt:
qm̃ ex iuraméto cótractui adhibito cauſa,
quæ ad regiú tribunal pertinet,ad eccleſia-
ſticos defertur.c.venerabilé.de elect.c.ſi.de
for.cópe.lib.6.Et ita ſeruat apud nos vſus ta
bellionú,qui vel rogati à partibus nolút iu-
ramétum recipere à cótrahétibus. Sed lex
illa cóiter accepta eſt in his tantùm contra
ctibus, in quibus conuentio valet ſine iu-
ramento: nam in contractibus inualidis,
pro quorum validitate neceſſarium eſt iu-
ramentum, impunè etiam hodie tabellio-
nes admittent partes iurantes, atque ea-
rum iuramenta recipient. ita enim legem
illam interpretati ſunt ijdem reges Fernan
dus & Eliſabeth ipſius conditores biennio
acto ab illa lege condita in ſanctione pra-
gmatica facta Talabricę (vnde antiqua mi
hi origo eſt) vigeſimoquinto die menſis
Octobris.ann.1482. quam ex noſtræ gen-
tis hominibus pro interpretatione legis or
dinamenti retulerunt Lopius,Segura, Epi-
ſcopus Ciuitatéſis, & hos referens Diegus
Perez in loco ordinario.& præterea Anto-
nius Gomecius.2.tomo varia.reſo.c.14.nu.
22.item Gregorius in.l.6.tit.4.in glo. *por no*
pueſta. part. 6. notarius Granatenſis in fine
notarú, vbi pragmaticá illam refert ex or-
dine.Et hæc intelligétia mihi placet. Tãetſi
eã reprobet Pinelus in præſen.3.p.c.1.nu.12.

Quæ

39 Quæ in ſuperioribus de minore iuran-
te dicta ſunt, ad prodigi cauſam minimè
pertinebunt, nam huius iuramentum non
præiudicabit ipſi prodigo agenti poſtea be
neficio huius.l.quod Bald.hîc verè cenſuit
quæſt.10.Panthale.nu.183.quoniam iura-
mentum prodigi nullum contractum ab
ab illo geſtum firmat ſecundùm Bart.in.l.
qui habet.§.pupillus.nu.6.ff.de tutel.idem
Bart.in.l.is cui bonis.nu.7.ff.de verb. obli-
ga.vbi hanc opinionem teſtatur eſſe com-
muné allegans multos eam ſequutos.Fran
ciſcus Ripa.nu.57. & teſtãtur præterea eſſe
communem Alciatus in.c.cùm contingat.
num.138. de iureiur. Antonius Gome.2.to
mo.c.14.nu.32. Neque iuramento prodigi
adſunt illi tres comites, qui veluti fidus A-
chates comitabatur Aeneam, iuramétum
ipſum comitari ſemper debent, Iudiciú, Iu
ſtitia, & Veritas. glo. in authen. quod eis.
verbo, Pœna. C. de nupt. c. etſi Chriſtus.
de iure iur.

37 Quærit deinde gloſ. magna ibi, quid ſi
emptor.quid ſi emptor qui rem emit infra
dimidiam iuſti pretij rem illam alteri ven-
diderit, an teneatur beneficio huius legis
etiam ſi rem illam deſierit poſsidere? Pro
cuius articuli reſolutione gloſ. duos caſus
conſtituit. Primus eſt, quando res deſi-
nit eſſe in poteſtate emptoris facto ipſius,
quia rem vendidit ipſe, vel donauit.& hoc
caſu exiſtimat gloſ.dandam eſſe actionem
aduerſus eum qui vendidit.allegat gl.tex.
in. l. Iulianus ſcribit ſi hominem. ff. de rei
vendic.& in.l.ſi ſeruú.§.idemq;.ff.de verb.
oblig. vbi quando aliquis ſuo facto deſijt
rem aliquam poſsidere, adhuc habetur pro
poſſeſſore, vt pro illa conueniri poſsit. Tu
adde, quòd cùm emptor hîc ſit perſo-
naliter obligatus, non poteſt excutere à ſe
hãc perſonalem obligationem.l.aduerſus.
C.de act.& obligat.Hanc priorem glo.pro
poſitionem ſequuntur Barto.nu.12. Bald.
nu.16. Salicet.nu.18.Paulus de Caſtro nu.
16.teſtatur eſſe cómunem Panthaleon nu.
187.Secundus caſus gl.eſt, quãdo res védi-
ta deſijt eſſe in rerú natura perempta apud
ipſum emptorem ſine facto eius, vt quia
perijt aliqua fatalitate, vel fundus chaſma-
te fuſus eſt,& in hoc duas opiniones refert
glo.Prior eſt, vt teneatur hic emptor ſup-
plere iuſtum pretiú: nam cùm duo eſſent
hîc in obligatione, rei reſtitutio, & pretij
ſupplemétum, re perempta vt reſtitui iam
minimè poſsit, obligatio veluti præciſa re
manet ex natura alternatiuæ ipſius obliga
tionis in pretij ſuppletione. l. ſi Stichú aut
Pamphilú.in prin.ff.de verb.obl.l.ſi in em
ptione.§.ſi.ff.de contr.emptio.l.3.verſi.1.ff.
de eo quod cert.loc.l. illud aut illud. ff. de
conſti.pecu. Hanc primam opinionem ſe-
quuntur Guido de Suza & Albe.col.3. Pa
nor.in cap. cùm dilecti.fin. col.de empt.&
vendit.Franciſcus de Crema ſingu.84. Se-
cunda opinio eſt gloſ. noſtræ in præſenti,
vt in hoc caſu emptor impunè rem amiſe-
rit, atq; venditor debeat eſſe contétus pre-
tio à principio ſibi dato. Gloſſ.opinionem
ſequuntur Bart. Bald. & Salicet. qui nu.18.
teſtatur communem eſſe, ſeq; illi libenter
accedere.quam ſequuntur multi, quos per
petua illa ſua diligentia allegat Pinelus idé
ſequutus.2.part.cap.1.num.36.qui numero
ſequenti veriorem & receptiorem eſſe pro
fitetur, atque tutiùs ſecundùm eam eſſe iu-
dicandum.probataq; eſt traditio gloſ. lege
56.titu.5.part.5.

38 Neque obſtat quod de obligatione al-
ternatiua dictum eſt, quoniam illa huic lo
co non quadrat: nam rei reſtitutio & iuſti
pretij ſupplementum non ſunt ambo in
obligatione alternatiua, ſed rei reſtitutio
eſt in obligatione, pretij ſuppletio in facul
tate.ita enim tenet Bald.in præſenti. nu.22.
Salicetus nu.18.& iterum num.22.teſtatus
hanc eſſe communem opinionem Paulus
de Caſtro num.16. Et hæc fuit ſemper poſt
Accurſium ſentétia communis omnibus
iuris ciuilis profeſſoribus: plurimi enim
eam ſequuntur, qui à Pinelo diligenter re-
feruntur.3.part.c.3.nu.1.tametſi Canoniſtę
aliter cenſuerint, contendentes vtrumque
hîc eſſe in obligatione. ita enim voluit Ioã
nes Andreæ in cap.cùm dilecti.de empt.&
vend.

vendit. vbi Panorm. num. 9. teſtatur hanc eſſe communem opinionem. vbi Beroius pluribus rẽ hanc diſputat. nu. 75. & vtriuſq; partis argumenta refert Pinelus. Sed mihi prior opinio verior eſſe videtur, atque lege regia videtur approbari: conſulente Bartolo. nu. 13. vt ſemper libellus alternatiuus cõcipiatur. Fuit autem Fulgoſius hic in tertia ſententia, quaſi pretium ſolùm ſit in obligatione rei, reſtitutio in facultate ſoluendi. Quòd ſi res vniuerſalis vendatur, vt hæreditas, peculium, vel ſimilia, etiam re vna apud emptorem perempta, teneretur emptor ad extantes. quod Bald. de Vbaldis in præſen. notauit. nu. 67.

39 Sed contra tertium poſſeſſorem an competat beneficium huius legis? Pro huius rei deciſione tres concluſiones ſtatui oportet, quarũ eſt prima. Si ſecundus poſſeſſor rem habeat à priore venditore titulo lucratiuo, vel eodem vitio læſionis, tũc ſi primus emptor ſoluendo non ſit, competet actio venditori contra illum ex quadam æquitate. argumento text. vulgati in. l. fi. in princ. ff. de eo per quem fact. erit. l. planè. §. qui rogatus. de legat. 1. ita Bal. & Salicet. in præſenti. quos ſequitur allegans alios Epiſcopus Ciuitatenſis lib. 2. varia. reſo. cap. 3. nu. 10. & præterea Roderic^o Xuarez allega. 21. col. fi.

Secunda concluſio. Beneficium huius legis nõ competit aduerſus tertium poſſeſſorem, qui rem iuſto pretio emit. Hãc concluſionem tenent quaſi omnes præſentes. & teſtatur eſſe communem Tiraquellus in. l. ſi vnquam. in parte, reuertatur. nu. 276. de reuoc. dona. C. & ſequuntur eam Alex. nu. 1. Iaſſon. nu. 7. Ripa. nu. 3. in. l. 1. §. ſi hæres. ff. ad Trebell. Curtius in. l. fin. §. Lucius. nu. 6. ff. de contr. empt. Tertia concluſio. Prædicta ſecũda cõcluſio non habet locũ, ſi hic tertius poſſeſſor emerit rẽ illam, ſciẽs vitium quod inerat huic rei: nam ſi hoc caſu prior emptor non ſit ſoluendò, competet beneficium huius legis contra tertium illum poſſeſſorem. quod idem Epiſcopus eleganter deduxit vti ſupra eum allegaui fi. col. & tenet Tiraquellus neminẽ nominatim allegans de retra. municip. §. 12. gloſ. 1. num. 5.

40 Sed quando dicatur deceptionem interuenire vltra dimidiã vt locus ſit huic conſtitutioni? Et in caſu huius legis venditore contendente deceptum ſe fuiſſe vltra dimidiam, dubium non eſt, quin deceptio ſit æſtimanda, ſi venditor non receperit dimidiũ valoris eius rei quam diſtraxit, vt ſi rẽ valentem centum, minùs quinquaginta vendiderit. Et in hoc oẽs conueniunt. At ſi emptor agat quaſi deceptus, res non eſt ita expedita. Sunt enĩ qui exiſtimẽt emptorẽ tũc deceptũ videri, ſi rẽ valẽtem cẽtum, amplius ducentis cõparauerit. ita enim tuliſſe quoſdam glo. refert in præſenti. & hãc opinionem ſequuti ſunt Petrus & Cynus in præſen. quæſt. 7. & alij quos allegat Albericus. nu. 6. quæ probata eſt lege regia. 16. tit. 11. par. 4. Atq; hanc eſſe veram in hac re cõputationẽ pluribus probare contendit Carolus Molineus de vſuris. nu. 175. vidiq; ipſe legem hanc Salmãticæ intra priuatos celeberrimi collegij parietes interpretatus, ſententiam hãc auditorum pluribus, quibus feliciſsima ingenia aderant, arriſiſſe. Azo tamen in ſumma huius tituli. nu. 2. aliter rem hanc arbitratus eſt. Exiſtimat enim ille, emptorem deceptũ hic videri, ſi rem valẽtem centum, centũ quinquaginta vno aut pluribus emat. Et hanc opinionẽ ſequitur glo. noſtra in præſen. quam etiã ſequuntur Bal. 17. q. & cæteri communiter, quod allegans multos teſtatur Pinelus. 1. part. ca. 2. nu. 5. & præterea Gregorius in. l. part. quam ſupra allegaui, dicens hanc opinionẽ eſſe æquiorem & rationabiliorem eſſe. quam etiam tenuit gl. iuris Canonici in illo cap. cum cauſam. in parte, reſtituerent. vbi eã ſequuntur omnes, & teſtatur eſſe comm. Imo. nu. 24. Fabianus de Monte. de empt. & vẽ. 8. q. pri. col. 2. communẽ eſſe teſtatur allegans multos Ioannes de Neuizanis conſil. 89. nu. 4. quæ probata eſt lege regia. 56. part. 5. & lege 4. titu. 7. lib. 5. ordinamen. ſeruariq; hanc opinionem apud omnia forenſia regni huius tribunalia affirmat Epiſcopus Ciuitatẽ-

ſis.lib.2.varia.reſol.cap.3.nu.8. & vix eſt vt reſponſum congruum adaptari poſsit legi contrariæ.16. cui reſpondet Gomecius 2.tomo varia.reſo.c.2.num.22.legem illam eſſe conditam ab his,quibus magis placuit opinio Petri & Cini.Sed nõne & ijdem authores legem.56.authore rege condiderũt? Vel ſecundò reſpondet ille literam illius legis eſſe corruptam. Sed plura verba pluresq; lineæ illę ſunt, vt textus corruptionem cauſari liceat.Quare ego reſpondeo, in curia fortaſſe cõditorum illarum legum modò hanc modò illam opinionem fuiſſe approbatam,quę facillimè excuſabitur,ſi audias Horatium in arte permittẽtem opere in longo fas eſſe obrepere ſomnum, atque Homerum etiam ipſum quandoque dormitaſſe.

41 Satis autem erit, ſi vel in vno nummo intercedat exceſſus vltra dimidiam. Bal. in præſen.nu.26. Fabianus de empt.& vendi. 8.quæſt.prin.col.3.quod vel exemplo naturali probari poteſt in põderibus, in quibus vel modicũ prægrauat atq; inclinat bilancem,& curſum illi facit. quod Bald.etiam obſeruauit in.l. ſi duo patroni. in prin.col. 2.verſic.quæro quid operetur. ff.de iure iurand.Quare teſtis deponens rem valentem decem venditam fuiſſe pro quindecim & plus,rectè deponit,vt emptori poſsit cõpetere beneficium huius legis.Nam ſatis erit, ſi vel in vno eoq; minimo nummo illa dictio, plus, vera ſit. l.hæc adiectio plus. de verborum ſignifi. atque ita expreſsim notauit Salicet.num.24.Fely.in cap.licet cauſam. de teſt. in princ.idem in cap. licet. de probat.col.5. & eſſe commu. hanc opinionem teſtatur Antonius Burgen.in. c. cùm cauſam.nu.5.de empt.& vendit.

42 Sed quid ſi partes beneficio legis huius renuntiauerint, an renũtiatio ſit admittenda, vt ſi dictum ſit, ꝙ ſi res pluris ſit pretio dato, venditor donat illud emptori tanq̃ de ſe bene merito, vel econtra? Et videtur ſanè valere huiuſmodi renuntiationem ex regul.vulg.tex.in.l.pen.ſup.de pact.& quoniam remittentibus actiones ſuas, ad illas iam regreſſus nõ pateat.l.quæritur.§.ſi venditor. ff. de ædil.edict.atq; hãc opinionem tenet Azo in ſumma huius tituli.nu.1.verſic. vel niſi dixerit. cuius opinionem nulla admiſſa diſtinctione teſtatur eſſe cõem Ripa.lib.3.reſpon.c.15.nu.4. Bart.verò. nu.14. in præſ.diſtinguit in hunc modũ, ꝙ ſi quis hæc verba dicat, rei de qua agitur valorem, non ignorás, præiudicaturam ei renuntiationem, neque enim eo caſu iniuria infertur ſcienti.l.1.§.vſq; adeo.ff.de iniur. l. cùm donationis.ſuprà de tranſactio.l. venditor infrà eodem titu.Si verò rei valorem ignoret,quod certè hoc caſu non eſt præſumendum.l.quiſquis.infrà eodem non præiudicaturam renũtiationem niſi in modica aliqua quantitate. atq; hanc Bart. diſtinctionem ſequuntur Bald.7.q.Salice.q.8.Fulgo. col.3.in fi.Paul.de Caſtro.nu.7.verſi.ſecunda concluſio.Panthaleon.15.ampliat.teſtatur eſſe communem allegans multa Pinelus.1.part.cap.2.num.20. & tenuit eandem opinionem Barto.in.l.ſi quis cùm aliter.numero.7. ff. de verborum obligat. vbi idem ſequuntur omnes.& teſtatur eſſe communem Claudius ibi.num.13.eam ſequutus ſequuntur eam multi allegati per Tiraquellum de vtro. retract.§.1.gloſſ.18. num.14.& teſtatur præterea eſſe communem Boërius deciſ.142.num.10.Addit Bart. quòd etiam ſi hæc clauſula nõ fuerit adiecta,ſed tamen is qui vendit ſciat verum valorem rei, adhuc non poteſt agere beneficio huius legis, quoniam donare præſumitur illud plus.argumento, text. optimi in. l. ſi quis donationis. ff. de contrahend. emptio. vbi venditio facta minori pretio, donatio cenſetur.atque hanc Barto. opinionem videntur ſequuti omnes,quod ex Pinelo conſtat ibi iam eum allegaui. nu. 10. & cõmunem præterea eſſe teſtatur Antonius Burg.in illo cap.cùm cauſam.nu.20.& eã tenere oẽs affirmat Lopius idem ſequutus in.c.per veſtras.de do.inter vi. & vx.§.fi.nu.36.teſtatur eſſe cõem Rolã.à Valle.cõſi.59.nu.10.à qua ipſe in praxi nõ recederẽ, niſi apud Luſitaniã res ageretur,in qua ex ordinatione,quã

in pri-

in prima lectione allegaui, cōſtitutum eſt, vt nec ſpecialis renuntiatio huius legis admittatur. Hoc autem caſu non eſt capienda præſumptio.quòd venditor ſciat valorem rei, ne duo contra eum ſpecialia inducamus, & ſcientiam rei quam vēdit,& præſumptionem donationis. eſſet autem renuntiatio hæc admittenda, etiam ſi in eodem contractu facta eſſet, argumento tex. optimi in.l.9.titul.1.part.5. vbi renuntiatio exceptionis non numeratæ pecuniæ admittitur à lege, etiam ſi in eodem inſtrumento facta ſit.

43 Si tamen eſſet enormiſsima læſio(quod doctores noſtri dicunt)tunc non obſtante renuntiatione eſſet deceptus admittendus ad legis huius beneficium, cùm illa læſio dolo æqualis ſit.l.ſi ſuperſtite.C.de dol.malo.Imò rarò grandis læſio ſine dolo & machinatione poſſet accidere. Atque ita in caſu legis huius & renuntiatione etiam iurata dicit fuiſſe pronuntiatum in auditorio Rotæ Caſsiado. deciſ. vnica de emptio. & vendi.& apud Granatenſes etiam ita fuiſſe obtentum prima inſtantia ac etiam in ſupplicatione refert Epiſcop.Ciuit.lib.2.variar. reſolu.ca.4.num.5.

44 Cui & illud ſuffragatur, quòd renuntiatio paternæ hæreditatis etiam iurata non obeſt filio, qui ex illa renuntiatione enormiſsimam læſionem paſſus fuit. Georgius Natan in cap.quanuis pactum.num.38.de pact.in.6.Epiſcopus Ciuit.ibi.3.part.5.4.nu.7.alios allegans. & teſtātur hanc opinionē eſſe cōem Decius cōſi.180.nu.5. Curtius iunior cōnſi.141.nu.6.& iterum.nu.14.

45 Sed quod remediū, quæ ve actio competat decepto vt contractum reſcindat? Et conſtat non defuiſſe, qui maiori etiam decepto in ſpecie legis huius in integrum reſtitutionem largirētur ex clauſula generali.ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur. Sed horum opinionem eſſe communiter reprobatam affirmat Alexander conſil.92.nu.8. volu.1.glo.mag.in præſent. ſtatim in principio. ex ſententia quorundam dicit officium iudicis hîc cōpetere, quod quadriennium hîc durare poſſet. Iuxta tex. in.l.fi.C. de tempor.in integ.reſti.peten. Pro horum opinione potuit glo. conſiderare tex. hunc ibi, auhoritate iudicis intercedēte. Nam iuris regula notiſsima eſt, quoties verba ad iudicem dirigūtur, officiū iudicis inde cōpetere.gl.vulgata in.l. ſi ſoror. verbo, reſtitui. C.de collat. quam ibi in hoc notāt omnes. alia in.l.ſi res obligata.in glo.ſuo tempore. ff.de lega.1.alia in.l.cùm ſatis.in glo.per iudicem.de agri.& cenſit. vbi idē notat Bart. nu.10.idq; Bart.in multis locis obſeruat.& receptam eſſe traditonem hanc gloſ. affirmant Ripa in.l.1.C.de edēd.nu.20.Curtius in.l.ſi paſcenda pecora.nu.3.C.de pact.quę quàm optimè probatur in. l. ꝙ ſi minor. verſi.fin.ff.de minori.quare officium iudicis hîc decepto competiturum exiſtimant Petrus & Cynus.2.quæſt.& quibuſdam videtur hoc ſenſiſſe Bart.in.l.quæ ſub conditione.§.fi.nu.2.ff.de cond.inſtitu. quorum opinio probari videtur ex text. eleganti in l.officio.ff.de contrahen.emptio.vbi quando emptor fuit in pretio deceptus, iudicis officio pretiū illud minui oportet. Verùm enimuero glo. noſtra lōgè aliter ſentit, imò quòd actio competat ex eodem contractu, ſolet enim interdum actio peculiaris ipſius contractus competere pro contractus reſciſsione. l. ſed Celſus. §. ſi fundus. quem tex. hîc allegat glo. ff.de contrahen. empt.l. ex empto. §. is qui vina. ff.de actio. empt.glo.opinionem tenet Bart. in præſenti.1.quæſt.idem ſequūtur Alberic.nu.5.Bal. & Salicet. quæſt. 1. qui hanc eſſe communem opinionem affirmat idem poſtea teſtatus.nu.18.cōmunem eſſe affirmat Fulg. col.1.in medio.ſequitur eā Paul.de Caſtro. nu.12.Pāthaleon de Crema.n.174.Pinelus. 2.p.ca.1.nu.26.quam etiam tenet glo. in.l.in contractibus.C.ex quib.cauſ.mai.alia in.l. in cauſæ.§. fi. in glo. circumuenire.ff.de minor.glo.in cap.cùm cauſam.verbo, reſtituerent.de empt.& vendi. quam ibi ſequūtur omnes. & præterea Bart. in.l. ſi id quod aurum.ff.de verb.oblig.Rom.ibi.num.17. Bald. in.l. venditi. 2. num.2. de act.emptio.

quam eſſe communem præterea teſtantur
Corneus conſi.27. col.6.volu. 4. Balbus de
præſcrip.4.part.4.pa.principal.q.26.
46 Quibus non obſtat tex. in illa.l.officio.
nã loquitur text.ille in officio iudicis mer-
cenarij, qđ ſemper deſeruit actioni inten-
tatę.atq; ita eũ tex.interpretatur Beroius in
illo cap. cùm dilecti.nu.11.de empt. & vẽd.
47 Ex quo ſubſequitur neceſſariò, ꝙ cùm
actio ex contractu competat decepto,dura
turum remediũ huius legis.30.annis, cùm
hæc ſit vita actionum omnium.l. ſicut in
rem.l.omnes.de præſcr.30.vel.40. ann.atq;
hoc libenter admittunt omnes. & teſtatur
eſſe communem opinionem Balbus vbi
ſuprà.& præterea Hieronymus Gratus con
ſilio.71. volum.1. nu. 6. Quod tamen apud
nos correctum videri poteſt ex textu in.l.
4.titul.7.libr.5.ordinament. vbi quadrien-
nio ſolùm durat beneficium huius legis.
Verùm cùm expediat leges oẽs in concor-
diam redigere, poſſet tentari legem illam
ſolùm eſſe intelligendam in re vendita in
publica ſubhaſtatione, quo caſu propter
iudicis authoritatem ibi interuenientem
abbreuiatum eſt tempus huius remedij.
Verùm reſtrictionem hanc generalitas le-
gis illius non patitur, & communis praxis
eam improbauit. Quare generaliter ſtatuẽ
dum eſt hodie quadriennium tantùm du-
rare beneficium huius legis.
48 Eccleſiæ tamen principi ac reipublicæ
durat hoc beneficium.30. annis.l.fi.titul.fi.
part.6. quam ita eſſe interpretandam exiſti-
Emanuel Acoſta. mant Emanuel ab Acoſta, vir equidem in-
genij acrimonia inſignis, quiq; apud ſuos
rude iam donatus Salmanticæ maximo ſti-
pendio ius ciuile interpretatur in.l.Gallus.
§.& quid ſi tantum.2.part.num.83.ff.de li-
be.& poſthum. Epiſcopus Ciuitatenſis lib.
49 1.variar.reſolu.c.3.n.13.vbi tamẽ Gregorius
in glo.fin.40.annis durare his exiſtimat be-
neficium huius legis, cùm non minori tem
pore actiones illis competentes præſcriban
tur.authen.quas actiones.C.de ſacroſ.eccl.
& huius opinio mihi placet.
50 Sed an cùm emptor reſtituit rem vendi-
tori reſciſſo cõtractu propter læſionem, fru
ctus quoq; ex re illa medio tempore perce
ptos teneatur reſtituere? Quod videtur ex
tex.in.l.videamus.verſ. in Fauiana.ff.de v-
ſur. vbi patrono reuocãti alienata à liberto
in fraudẽ legitimæ ſibi debitæ reſtituitur
res cũ fructib9, & tñ ille patronus ſimilis vi
detur emptori reuocãti contractũ benefi-
cio huius legis: qm̃ ſicut huic poteſt vendi-
tor reſtituere rẽ vel ſupplere iuſtũ pretiũ,
ita & patrono poſſeſſor poteſt rẽ reſtituere,
vel ſupplere iuſtũ pretiũ.l.1.§. ſi quis in frau
dem.ff.ſi quid in frau.patr. quẽ tex.ad ſpe-
ciẽ huius legis in alio propoſito notauit Al
bericus in præſ.nu.4. Secũdò huic ſenten-
tiæ aſtipulatur, ꝙ cùm ego aliquid peto a-
ctione vel cõdictione perſonali quod ali-
quãdo fuit meũ, ſi obtineo rem mihi reſti-
tui, fructus quoq; perceptos à tẽpore quo
deſij poſsidere, ſum cõſequuturus.l.indebi
ti.l.in ſumma.verſi.ei qui.ff.de cõdict.inde
bit.l.2.C.de pact.inter empt.& vend.l.cùm
quis.ff.de cõdict.cauſ.dat. Ex quibus regu-
lam hãc colligit optimè Decius in.l.cũ fun
dus.in prin.nu.4.verſi. capio tertiũ caſum.
ff.ſi cert.pet. ſed ita eſt in propoſito, petit
enim emptor rẽ quæ aliquãdo ipſius fuit,
debet igitur eã cũ fructibus recipere. Ter-
tiò ꝓbari videtur hęc opinio ex tex.omniũ
in hac materia elegãtiſsimo in.l.1.C.ſi ma-
ior fact.ra. habue. alien. vbi cùm ſit reſtitu-
tio prætextu læſionis vltra dimidiã, debet
etiã fieri cũ fructibus. atq; ita hanc opiniõ-
nẽ tenẽt Rofredus in libello de actione ci-
uili quãto minoris.nu.20.quem hîc allegat
Albe.nu.16.qui videtur in eãdem ſententiã
inclinare, cui etiã videtur cõſentire Bal.nu.
3.& veriorẽ eſſe arbitrãtur Acoſta in.l.Gal-
lus.§. & quid ſi tantũ.2.p.nu.72.ff.de liber.
& poſthu. Epiſcopus Ciuitaten.lib.2.varia.
reſol.c.3.num.9.tenuitq́, hanc opinionem
Salmãticæ legẽ hanc pluribus auditoribus
interpretatus Doctor Franciſcus Fernan-
dez à Lieuana propter penitiſsimam iu- *Doctor Frãciſcus Fernãdez.*
ris vtriuſque peritiam ad Indici Senatus
ſupremum tribunal promotus, vt tamen
ſemper accipias, fructus eſſe reſtituen-
dos

dos qui percepti ſunt ab ipſo emptore, non etiam qui percipi potuerunt, à quibus excuſatur emptor propter titulum quem habet. l. ſi fundum. iuncta glo. ſi. C. de rei védicat. atque ita tenet Rofredus, vbi ſuprà eum allegaui. licèt in reſtitutióe minorum fructus quoq; qui percipi potuerunt, ſint reſtituendi. glo. notabilis in. l. patri. §. item ex diuerſo. in gloſ. cum fructibus. ff. de minoribus. quam multi in hoc notarũt, quos allegat Ioannes Bernard. regul. 219. verſiculo. decimotertiò. Contrariam in hac ſpecie opinioné, imò quòd reſtitutio non debeat fieri cum fructibus, tenét multi, quos hic Pinelus allegauit. 2. par. c. 4. nu. 1. qui & communem eã eſſe & praxi receptam affirmat, atq; ita apud nos iudicari ſemper audio. Et re vera prior opinio ſatis ex iuris principiis quę ſupra allegaui, probari poſſe videtur, licèt poſteriorem praxis vt æquiorem admiſerit. Textui aũt, cui potiſsimùm prior opinio innititur ex. l. 1. ſi maior fact⁹. reſpondet Pinelus nu. 8. ideo ibi fieri reſtitutionem cum fructibus, quoniam duplex vitium contractum illum infecerit. Prius fuit, quoniam cótraxit minor ſine iudicis authoritate, quę neceſſaria fuit pro illa alienatione. iuxta leges omnes titul. 1. de prædij. minor. Alterum vitium fuit, deceptio vltra dimidiam. Quare laborante contractu his duobus morbis, integrũ fuit præcipere, vt cum fructibus emptor ré reſtitueret. Sed hic viri doctiſsimi intellectus ex eo videtur nó procedere, qm̃ maioris facti ratihabitio ſuſtulit iam vitium defectus iudicialis decreti, & remanet in contractu vni cum vitium læſionis vltra dimidiam.

51 Quare ego aliter reſpóſum illud exiſtimo eſſe accipiédũ, vt tex. ille minimè agat de deceptione vltra dimidiam, ſed de deceptione prouenienté ex dolo incidenti contractui, vnde fit ibi reſtitutio cum fructibus, vtpote à malæ fidei poſſeſſore, ſed in ſpecie huius legis fit ſine fructibus, vt quia fuit à poſſeſſore bonæ fidei. Pro hoc intellectu expendo ipſe verba Imperat. ibi, eã venditionem patrem tuum deceptum ratum habuiſſe. quæ verba clarè attendunt dolo inductum maiorem factum ratam habuiſſe alienationem. Atq; ita nonnulli antiqui gloſſematarij textum illum intellexerũt, quos refert ibi gl. in parte ſi minori. ibi, alij dicunt. quãuis ab horũ ſentétia Accurſius diſceſſerit. Idem videtur deduci ex verbis legis ibi, ſi aduerſa pars bonam fidem non amplectatur. ac ſi lex apertiùs diceret, ſi ꝓbetur ab aduerſo bona fides. i. dolum malum abſuiſſe, non cópelletur rem cum fructibus reſtituere. Præterea lex illa non meminit de deceptióe vltra dimidiã, nec eam requirit, ſed qualemcunq; pretij deceptionem cum dolo, quod inſinuãt conditionales illæ, quas tex. ibi ſupponit. Requirit deniq; duo, & rem fuiſſe diſtractam minori pretio, & incóſultò patrem perperã ratam habuiſſe alienationem, vt nec obſcurè admonent verba legis ibi, ſi minori pretio diſtractum prædium eſt, & inconſulto errore lapſum patré tuum perperam véditioni conſenſum dediſſe conſtiterit, non ab re erit, &c. Ecce duo ibi requiri, alterum deceptionem fuiſſe in pretio (neq; de dimidietate verbum vllum) alterum, dolo ratihabitionem fuiſſe factam, quamobrem nimirum ſi res cum fructibus reſtituatur ibi, nó autem in. l. noſtra. atque in hac difficultate nil amplius immorandum nobis eſt, cuius diſputationé feliciſsimè Pinelus exegerit.

52 Exiſtimo ego ſanè, quòd ſi emptor malit pretium ſupplere quàm rem reſtituere, pretium ipſum, nó etiam pretij vſuras eſſe ſoluendas, in quo minor videtur eſſe difficultas, q̃ in fructuum reſtitutione. Sed neque fructus hoc caſu reſtituet perceptos poſt litem conteſtatam. Franciſcus Marcus deciſione. 179.

53 Rurſus venditor vendicans rem, tenebitur emptori ſoluere meliorationes factas in re vendita. arguméto textus in. l. in fundo. ff. de rei vendica. atq; ita notat Panthaleon de Crema num. 95.

54 Præterea impenſas emptor repetet. argumento tex. in. l. ſi prædium. ℐ. de præd. minor. in. l. intra vtile. §. vendentibus. ff. de mi-

nor.atq; ita tenet Bal.in præſen. nu.23. Cu-
ius opinionem veriorē eſſe & receptiorem
affirmat Pinelus.2.par.c.3.nu.1.

55 Sed an ſupradicta in eccleſia quoq; lo-
cum habeant, an liceat eccleſiæ contrahen
tem ſecum decipere ſaltē intra dimidiam
iuſti pretij? Et ſpeciale quidē in eccleſia eſt,
vt ſi vel intra dimidiā contrahētem ſecum
deceperit, teneatur illi iuſtum pretium re-
ſtituere, atq; poſsit cōtractus ex hoc reſcin
di.ita enim voluit glo.notabilis in.c.ea em.
§.hoc ius porrectum.verbo,vt plus.10.q.2.
quam ſequūtur Panthaleon de Crema in
præſen.nu.161. Antonius de Butrio in cap.
continebatur. nu. 5. de his quæ fi. à maior.
part. cap. idem Anto. in. c.in ciuitate.nu.9
Ioannes de Ana.ibi.num.8.de vſur.Cepola
de ſimulat.cōtract.2.præſum.nu.20. teſtan
tur glo.illius opinionem eſſe communiter
approbatam Auguſtinus Beroius in cap.
cùm dilecti.nu.20.de empt.& vendit. Go-
mecius in.§.ex maleficijs.nu.37. de actio.In
ſtitut.ſequitur eam Franciſcus Marcus alle
gans Cardinalem.deciſ.540.num.34.

56 Cuius rei ratio ea eſſe videtur, quoniam
etiam ſi iuſtitiæ præcepta generaliter oēs
homines colere obſeruareq́ue deceat.l.1.§.
iuris præcepta. ff. de iuſti.& iur. priuatim
hoc in eccleſia cautum eſt, vt iuſtitiam illa
colere teneatur in cap.1.de aliena.feud.vbi
ita ſcribitur. Sed diuerſum obſeruatur in
eccleſia, quàm in priuato: eccleſia enim
cultrix & auctrix iuſtitiæ, non patitur con-
tra iuſtitiam aliquid fieri in ſe vel in alterū,
priuatus verò ſæpe obuiat iuſtitiæ.qui tex.
notabilis eſt ſecundum gloſ.ibi.in parte,ec
cleſię.& eam cæteri ibi vel maximè in hoc
commendant.& præterea Bald.in. l. acce-
ptam. prope finem. C.de vſur.idem in cap.
ſi duobus.colū. 2. de reſcript. atque melio-
rem de iure eſſe in hoc inquit Barbat.in ca.
cùm ſit generale. de foro compet. num.18.
Sed vix eſt, vt practici gl. illius opinionem
velint recipere.

Imò verò nō ſolùm eccleſiæ, ſed nec bo
57 no cuiuis viro licet contrahentem ſecum
decipere intra dimidiam iuſti pretij gl. no
tabilis in.l.ſemper in cōiunctionibus.ff.de
regu.iur.quam ibi notarunt recentes ſcri-
ptores.& Bal.pręterea in authē.ad hæc.nu.
16.C.de vſur. Iaſ.allegans alios in. §. ſed iſtę
quidem.nu.106. de act.idem.in.l.penul.C.
de pact.nu.5.& eſſe glo.illam communiter
commendatam affirmat Antonius de Bur
gis in.c.cùm dilecti.nu.15. de empt. & ven.
ſed & multi alij eam ſequuntur, quos alle-
gat Tiraquellus in ſeptima. l. connubiali.
nu. 9. Quare eleganter ſcribit Baldus in.l.
cùm ipſe tutor. col.1. C.de contra. empt.ad
bonam fidem pertinere, quod contractus
ſit iuſto pretio celebratus.

58 Vnde eleganter Ioannes de Anania in
cap.in ciuitate.num.11. de vſur. huiuſmodi
cautionem excogitauit, quòd cùm conſu-
leret apud Ferrariam, curauit vt fierent par
ti certæ poſitiones, inter quas vna ponere-
tur, an eſſet bonus vir emptor: quam certè
negabit nemo. Si igitur emptor de hoc ro-
gatus cōfeſſus fuerit ſe eſſe bonum virum,
dicet extēplò venditor, igitur tibi bono vi
ro non licuit me decipere etiam intra dimi
diam iuſti pretij. Atq; ita dicit ille fuiſſe ob
tentum in cauſa illa. Et docuit eandem cau
tionem Ferratius caut. 4. Vereor ipſe ta-
men, ne hæc Ioannis ab Anania cautio ſa-
tis tuta eſſe videatur. Ipſe certè exiſtimo
non eſſe admittendam hoc vel ſolo funda
59 mento, ꝙ minimè teneatur quis reſponde-
re poſitioni continenti turpitudinem, ſicu
ti gloſſ. notabilis adnotauit in. l.qui iuraſ-
ſe.§. ſi pater.verbo, acquiſiti. ff. de iureiur.
quam ibi ſequuntur Bart. & oēs. & voluit
idem glo.in.l.ſi à te.in prin.verbo, nil poſsi
debat.ff.de except. rei iudic. Barto.in.l.2.§.
quod obſeruari.num.32. de iureiur. propt.
calum.dando. idem Bart.in. l.Marcellus.§.
qui rerū.nu.3.ff. de act. re. amota. Præter-
ea dubium non eſt, quin poſitio hæc ca-
60 ptioſa ſit, captioſis autem poſitionibus re-
ſpondere nemo tenetur. gl. ordinaria in.c.
2. verb. abſque rationabili. de confeſ. libr.
6.l. tranſactione finita. vbi hoc notat Bart.
nu.2.ſup. de tranſact. Quare Fely.in cap.ſi.
nume. 13. de præſumpt. cautelam Ananiæ
repre-

reprehendit, nec ea placet Decio in illa. l. ſemper in coniunctionibus. fi. col. & illam reprehendunt Iaſ. nu. 5. Decius num. 11. in. l. penul. ſup. de pact. Pinelus in præſ. 2. p. c. 2. nu. 20. & eſſe cõmuniter reprobatam teſtatur Ioan. de Neuizanis. cõſ. 87. nu. 406.

61 Sed in datione pignoris an locũ habeat hæc lex? Et in hoc veriùs eſt, legem hanc minimè ſibi locum vendicare ex tex. in. l. ſi rẽ. §. omnis. ibi, deceptus. ff. de pigno. actione. & ita in hanc ſententiã expẽdit eũ textum Romanus ſing. 552. cuius opinionem allegans alios teſtatur eſſe receptã eam ſequutus Pinelus. 2. p. c. 1. nu. 20. Et eſt ratio huius rei manifeſtiſsima, quoniam in pignore deceptus, actione perſonali poteſt debitum ſuũ perſequi. l. 1. vbi ego plura addã. j. de pig. In datione inſolutũ, conſtat locũ eſſe huic remedio, quoniã datio illa emptioni ac venditioni ſit ſimillima. l. libera. C. de ſen. & interloquut. om. iud. l. ſi prædiũ. de euict. & tenuerũt in ſpecie hui⁹ legis, plures authores, quibus citatis, dicit hanc eſſe receptã opinionem Pinelus in præſ. 1. part. c. 4. nu. 8.

62 Sed quid ſi theſaurũ in re empta emptor inuenerit, an poſsit theſauri prætextu venditor agere beneficio huius legis? Et veriùs eſt theſaurũ illum cõmodo emptoris cedere, nec poſſe venditorẽ agere remedio huius legis. ex lege. à tutore. ff. de rei vend. vbi Alberi. eum tex. pulchrum eſſe affirmat. eſt enim theſaurus donũ fortunæ. l. nunquã. §. theſaurus. ff. de acqui. rer. domi. nõ eſt igitur cur vẽditor cõqueratur, cũ fortuna emptori potiùs q̃ ipſi donum illud offerre voluit. Atq; ita tenet in ſpecie Aretinus cõtra Roma. in. l. ſi quis cũ aliter. ff. de ver. obliga. n. 6. vbi Clau. idẽ ſequutus. nu. 24. Romanũ notat, q ſpe lucri illectus, contrariũ cõſuluerit. Quòd ſi non ſit theſaurus, ſed pecunia terræ credita, oportere vẽditori eã reſtitui, ijdẽ ſcriptores cõcedunt, & præterea Iaſ. in l. 3. §. Neratius. nu. 8. ff. de acqui. poſſeſſ. Antonius Burgen. allegans Bald. & Ancha. in c. penul. de empt. & vend. num. 62.

63 Sed quid ſi plures res vnico cõtractu venerint diuerſis pretijs, an ſi in vna cõtingat deceptio vltra dimidiam, debeat pretij cõmixtio fieri reſpectu aliarum, ne cõtractus reſcindatur? Et vnamquãq; rem eſſe hîc ſigillatim conſiderandã exiſtimat Bal. in. l. fi. §. præterea. nu. 6. C. de iure dot.

64 Solet præterea dubitari, iubente teſtatore rem aliquam ex hæreditate alicui vẽdi, an hæres poſsit poſtea agere beneficio huius legis? Et verius eſt ſi teſtator ſimpliciter iubeat rem vendi, poſſe hęredem iuſto pretio rem vendere: quòd ſi vendens fuerit deceptus, acturũ eum beneficio huius legis. Si tamẽ teſtator certo pretio rem ſuam alicui diſtrahi mandauerit, ceſſabit beneficiũ huius legis: quoniam reſidui teſtator videtur donationem feciſſe. ita enim cenſuit Bald. in. l. Imperator. §. ſi centum. ff. de leg. 2. Pinelus in præſ. 1. par. c. 1. nu. 19. Alexã. Aretinus & Iaſ. in. l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe. ff. de legat. 1. Roma. nu. 5. Alex. nu. 20. Claudi. nu. 21 in. l. ſi quis cùm aliter. ff. de verbo. oblig. Fabianus de empt. & venditio. 6. p. quæſtio. 8. Cui opinioni præſtat elegans argumẽtum text. in. l. etiam ſi putauit. §. 1. verſ. idẽ dicendum. ff. de pet. hære. quẽ in hoc dicit ſingularem Aretinus in illa. l. ſi quis cùm aliter. nu. 6. verſ. pro qua cõcluſione. Tiraque. idẽ ſequutus de retract. municip. in fine. nu. 5.

65 Habet præterea locum tex. hic in re vendita per procuratorem. l. ſi voluntate. j. eodẽ. ceſſa tamẽ actione ipſi domino. Panthaleon in præſ. nu. 69. Sed videtur etiã ſine ceſſione ex ea. l. ſi voluntate. Sed ibi ideò agit mater ſine ceſsione, qm̃ præſens fuit cõtractui, vel illũ poſtea ratum habuit. argu. tex. in. l. cùm quidam. ff. de euictio.

66 Et hoc quidem caſu, vt poſsit dominus reſcindere contractũ, non eſt neceſſum deceptionẽ egredi dimidiã, ſed minor deceptio ſatis erit. quod Bart. obſeruauit in. l. ſocietatem. §. arbitrorum. nu. 25. ff. pro ſocio. Paul. in præſ. nu. 5. Ange. licèt Bar. nõ alleget in. l. qui fundũ. §. procurator. n. 2. ff. pro emptor. Panor. in. c. quintauallis. n. 35. de iu. iu. Barb. in. c. cũ cauſam. nu. 11. de empt. & ven. Alex. in. l. ſi quis arbitratu. nu. 20. ff. de ver. oliga. Ange. de Aretio in. §. pretiũ. nu. 5. de empt.

& vendit. allegat Bart. ibi text. in huius rei
argumentum in.l. vnde ſi Neruæ. ff. pro ſo
cio. Verius tamen videtur, vt eadem demú
deceptio requiratur vendente procurato-
re, quæ eſſet requirenda ſi venderet ipſe do
minus, ipſe enim propriè vendere dicitur. l.
certè. ff. de precar. atq; ita debet intelligi te-
xtus hîc, cùm ſit generalis. Quod tenuit Pa
nor. ſibi contrarius in illo. c. cùm cauſam.
num. 5. vbi Antonius Burgen. nume. 25. te-
ſtatur hác opinionem eſſe cómunem, quá
Crema hîc etiam ſequutus eſt. nu. 70. Imo.
in. l. ſi quis arbitratu. num. 6. ff. de ver. obli.
Romanus in illa. l. ſi quis cùm aliter. nu. 6.
Fabianus de empt. & vendi. 8. quæſt. num.
13. quam & ipſe ſequor. Neq; obſtat. l. vnde
ſi Neruæ. quoniá illa loquitur in arbitrato
re, qui eligitur vt bonus vir, quare propter
minorem læſionem reſcinditur eius arbi-
trium. Sed in procuratore ſecùs, imputet igi
tur ſibi dominus, qui malú procuratoré ele
gerit. l. ſiue hæreditaria. ff. de neg. geſt. Præ-
terea minori ſpecialiter conceditur contra-
ctum procuratoris reſcindere. l. cum man-
dato. ff. de minor. non igitur idem licebit
maiori. l. ius ſingulare. ff. de legibus.

67 Solet præterea dubitari, an ſi quis ré non
vendat, ſed vendenti rem ſuam conſentiat,
an ille poſsit agere legis huius beneficio? Et
cùm vel ex iuris regula conſtet aliud eſſe
vendere, aliud vendenti conſentire, ma-
gis eſt, ne huic legis huius beneficium im
partiamur. quod Bal. hîc notauit. 20. quęſt.
& ſequitur Aymon Craueta, allegans De-
cium in. l. cum filio. nu. 49. ff. de leg. 1. Rimi
naldus in princi. de donat. Inſt. nu. 501. Ti-
raquellus ſolú Bal. allegans. de retract. mu
nicip. §. 1. glo. 9. nume. 105.

68 Sed an conſuetudine induci poſsit, ne
hæc exceptió vltra dimidiam allegetur? Et
eſſe quidem videtur ex eo, quòd lex hęc nó
habeat perpetuam cauſam prohibitionis,
nam ſi haberet, non poſſet partium cóſen-
ſu eius beneficio derogari: ſed cùm renun-
tiari illi poſſe ſuperius dictum ſit, & conſue
tudine poterit illi derogari, vnde tacita quæ
dam ciuium omnium renútiatio reſultat. l.
de quibus. ff. de legibus. Et eodem modo
lege municipali vel priuato ſtatuto huic le
gi poſſet derogari. Et accepi à viro erudito
atq; fori vſu exercitato eſſe huiuſmodi ſta-
tuta frequentia apud Beticos, eos maximè,
qui Hiſpalim colunt, regij ſenatus authori-
tate ſuffulta.

69 Sed in gratiam eorum qui huiuſcemodi
lege viuunt, quæro ipſe, an lex illa munici-
palis, quæ tantùm excludit hanc exceptio-
nem in hoc contractu, extendi debeat ad ſi
miles, putà locationem, permutationem, &
ſimiles, in quibus habet locum hæc lex? Et
ad eos pertinere etiam, quoniam & in illis
ſit eadem ratio, exiſtimat Fernandus Men-
chaca. de ſucceſ. creat. §. 5. num. 7. Sed ego li-
bentiùs defenderem huiuſmodi leges mu-
nicipales non eſſe trahédas extra ſuam cau
ſam, in qua priuatim illæ legis huius diſpo-
ſitioni derogarunt. Atq; ita inuenio tene-
re expreſsim Ioánem Andreæ in. c. fin. ad fi
nem. de conſue. Albericum in. l. de quibus.
nume. 31. ff. de legibus.

70 Item adde valorem rei de qua agitur in-
ſpici oportere tempore, quo illa diſtracta
fuit, nó verò quo agitur ad contractus re-
ſciſionem. l. ſi voluntate. ↄ. eodem.

71 Quòd ſi venditor dicat ré minoris fuiſſe
effectam deterioré apud emptorem, id eú
probare oportebit: nunquam enim præſu-
mitur res effecta deterior. Iacobus de Are-
tio & Cynus in authen. ſed quamuis. C. de
rei vxor. actio. Alexan. conſ. 67. num. 3. vol.
2. quod ex natura rei ipſius oporteret limi-
tari. De probádo autem valore rei venditę,
plura ſcripſit Pinelus hîc. 2. part. c. 4. nu. 17.

72 Quibus tu adde iudicem ipſum ſi facta
probatione à partibus non ſatis conſtet de
rei valore, poſſe rem de qua agitur viſere, vt
quis ſit valor eius rei percipiat. Quod vide-
tur probare textus in. l. ſi id quod ex Pam-
phila. in finalibus verbis. ff. de legat. 2. vbi id
notant Bart. num. 3. Paulus nu. 3. l. ſemper. §.
hoc interdicto. vbi id etiam notat Barto. ff.
quod vi aut clá. Aretinus in. l. cùm ſeruus.
col. fi. ff. de verb. obligat. Hippolytus conſ.
5. num. 23. Curtius in. l. vnica. num. 66. C. de
ſentent.

ſentent.quæ pro eo quod inter.profe. Quorum traditio iuuatur ex textu generali.in.l. vbicunq;.ff.de interrog.act.in.l.ſi irruptione.verſ.fi.ff.finiu.regund.

73 Sed tex. huius diſpoſitio an in foro etiā animæ procedat, an videlicet liceat mihi contrahentem mecum intra dimidiam re ipſa defraudare? Quod videtur, cùm hoc non ſolùm ciuilia, ſed & Canonica iura permittant. Atq; ita hanc opinionem tenent Baldus in authen.ad hæc.nu.16. C. de vſur. Salicet.ibi.nume. 18. Barbatius in.c.1. nu.3. de empt.& vendit.Ancharanus in.c. peccatum.num.21.de reg.iur.lib. 6. Socinus conſilio.49.nu.6.volū.4.Decius in.l.ſemper in coniunctionibus.nume. 11. ff. de regu. iur. Crotus in.c.vt animarum.colum.1.de conſti.lib.6.Aretinus in.c.cùm cauſam.2.de teſti.Marcus Francus deciſ.40.nume.38.Gomecius in regula de trien. poſſ. q.42. col.2. verſ.hinc videmus. Cōtrariam opinionem pleriq; omnes probauerunt, imò quòd teneatur quidem is qui rem habuit minoris, iuſto pretio eius verū pretiū dn̄o reſtituere, ita enim dicunt ipſi conuenire iuſtitiæ cōmutatiuę,ex qua partiū omnes conuentiones & contractus adminiſtrantur. ita enim viſus eſt tenere Innocen.in.c.in ciuitate. de vſur. vbi idē ſequuntur Anto. nu.9. Panor. nu.29.Ana.n.8.idē Panor.in.c.quia pleriq;. de immu.eccleſ. nu. 12. & teſtatur hāc opinionē eſſe receptiorē Arius Pinelus in. 1.p. c.1.nu.38.tenent eā Fortunius in tract.de vltī.fine.illat.17.nu.275.Cepol.de ſimul. cōtr. 2.præſum.nu.8.& iterū num. 20. quam tenent plures authores, quos idem ſequutus allegat Ioan.de Neuizanis cōſ.87. nu.30. & ex Theologis tenent eam diuus Thomas & Caietanus ad ipſum.2.2.q.77.arti. 1.& teſtatur eſſe cōmunem Theologorū opinionem Curtius in.l.penul.C.de pact. n.8. idē in.l.precibus.n.25.C.de impub.& alij.teſtātur præterea hanc opinionē eſſe cōem eam ſequuti Gomecius in.c.vt animarū.nu.5.de cōſt.lib.6.Tiraq.7.le.cōnub.nu.9. Epiſcop. Ciuitat.lib.2.var.reſolu. c.4. num.11. Sotus de iuſt.& iur.lib.6.quæſt.1.arti.1. quā etiam ſequuntur Ioannes de Medina de reſt.pagi. 96.Martinus Nauarrus, vir & morū ſanctimonia,& iuris humani ac diuini ſciētia clariſsimus in.c.nouit.nu.108.de iudici.idē in manuali.c.23.n.80.Quæ quidē vera eſſe exiſtimatur nō ſolùm vbi quis ſciēter rem aliquā emit,ſed & ſi quis rem iuſto pretio cōparare ſe exiſtimans,in aliqua quātitate cōtrahētem ſecum deceperit. quod Scotus in 4.ſentent.annotauit.2.q. vbi frequentiores ſcholaſtici idem ſequi videntur. & eſſe cōmunem hanc Scoti opinionē teſtatur Epiſcopus Ciuitaten.vbi paulò antè eum citaui.Ego verò (vt liberè quod ſentio aperiā) opinionem Baldi, & eorum quibus Baldi opinio magis placet, libenter admitterem. Mouet me,ꝙ cū canō nil vnquā permittat cū peccato.c.fi.de præſcript.c.Matthæus.de ſimon.eiuſq; pręcipuus ſcopus ſit atq; vnicū propoſitū, vt fidelium animas Chriſto Optimo Maximo lucrifaciat, canō eīm ſemper conſulit animæ.gl. vul. in.c.cū contingat.de iur.iu.& iure Canonico permiſſum hoc ſit, vt in.c.cū dilecti. & in.c.cū cauſam. de emp.& vend.dummodo deceptio dimidiam non egrediatur,in foro quoq; animæ licitam eſſe hanc inęqualitatē re ipſa cōtingentem,quæ alicui contrahentium obtigit ſine propoſito decipiendi,alioquin iudicio quidem meo contrahentes authoritate iuris Canonici viderētur decepti,quod minimè eſt admittendum.l.1.C. de ijs qui veni. ætat.impet. Neq; mutat quòd quidā dicūt & lupanaria quoq; iure canonico tolerari, nec tamē ex hoc illa licita cenſeri : nam illa quidē nō prohibētur,ne prohibitio frequētia in rem publicā inducat adulteria, eligit igitur ius canonicū minus malū quo maius vitet:ſed deceptionem quidē aiunt permitti iure canonico,ne contractus paſsim corruant.Sed hæc cōſideratio nō tāti eſt, vt nō potiùs ius canonicū mille cōtractuum imò omniū qui gerūtur reſciſsionē permitteret, q̄ cōtrahentis vnius animam illaquearet.

Martinus Nauarr'.

74 Erit autem optima cautio,ne contractus prætextu læſionis vltra dimidiam reſcindatur,pœnam à contrahentibus hinc inde

promitti

promitti pro cótractus obſeruatione, quo
caſu qui contractum cóuulſerit, beneficio
huius conſtitutionis pœnam luet quá pro-
miſit. quod Alberi. allegans Roſredum in
præſenti notauit. nu. 10. ſed videretur pœ-
nam hanc exigi nó poſſe: cùm enim actus
ipſe principalis iure non ſubſiſtat, nec pœ-
na deberi ſolet. gl. vulgata in. l. ſi patronus.
in verbo, Fauiana. ff. ſi quid in fraud. patro.
alia in. c. ſignificantibus. in gloſ. per formá.
de officio delega. quam ibi allegans multa
ſequitur Feli. nu. 9. Iaſ. in. l. ſi ita ſtipulatus. §.
Griſogonus. num. 48. ff. de verb. oblig. Ca-
gnolus in. l. cùm principalis. ff. de regu. iur.
num. 7. Tiraquell. de retra. conuentionali
in fin. num. 111. & in tracta. de conſtituto. 3.
parte. 7. limitati. nu. 27. & teſtatur eſſe com-
muniter approbatam Curtius iunior. l. pen.
num. 20. C. de pact. & eam ſequuntur om-
nes ſecundùm Carol. Moli. in conſuet. Pa-
riſien. tit. 1. §. 8. gl. 3. num. 22. Quæ præter tex.
generalem in. l. nó dubiú. C. de legibus. pro
batur ex textu eleganti in. l. quod de bonis.
§. frater. ad leg. fal. vbi cùm teſtatori iure il-
lo prohibenti detractionem falcidiæ hæres
non teneretur obtéperare, ita nec pœna ab
eo ſi detrahat exigi poterat. Quare ab Albe
rici opinione diſcedit Pinelus. 1. par. c. 2. n. 26
exiſtimans pœnã hanc non eſſe exigendã.
Ego cùm partes poſsint legi huic renuntia-
re, exiſtimo & pœna ſubiecta renuntiatio-
nem quandam huius beneficij feciſſe, qua-
re contrauenientem pœnam penſurú eſſe
arbitror, cùm lex hoc minimè prohibeat,
nam ſi prohiberet, nec pœnæ adiectionem
valituram, ac ita accipiendam eſſe gloſ. in
parte Fauiana. Roſredi igitur ſententiam in
hoc, cui & Alberic. accedit, ipſe ſequor.

75 Sed quid ſi emptor rem obligauit quam
emerat, quę deinde euicta fuit beneficio hu
ius conſtitutionis, an duret hypotheca? Et
duraturam exiſtimat Bart. in. l. ſi res. ff. qui-
bus mod. pig. vel hyp. ſoluitur. idem Bart.
in. l. vbi autem. §. ſed Marcellus. ff. de in dië
adiectione. idem in. l. in diem. de aqua plu-
uia. arcen. cuius opinionem teſtatur eſſe có
munem Boër. deciſ. 181. num. 10. Sed Bal. Sa-
licet. & Paul. in præſ. contra tenent, & qui
hos allegat Pinelus. 2. par. cap. 3. nu. 11. teſta-
tus hanc eſſe communem opinionem, quá
etiam tenet Salice. in dicta. l. ſi res. dum ſe re
mittit ad ea quæ ipſe in hac. l. notauit. Sed
mihi Bart. opinio verior eſt: quoniam quo
tempore emptor hic rem illam obligauit,
eius rei verè dominium habuit, ac proinde
iure potuit illam rem obligare. Præterea ſu
periùs diximus fructus ab hoc emptore per
ceptos ipſi emptori perfectè cedere, neque
eorum acquiſitioné irritari, quod ex poſt
facto res ab eo euicta ſit, ſed dubiú non eſt,
quin hæc datio pignoris fructus quidã ſit
rei ipſius quæ poſsidetur, quod ex regula
iuris eſt manifeſtiſsimum, quę inquit, fru-
ctus rei eſt vel pignori dare licere. tranſibit
igitur res hæc legitimè affecta vel ad domi
num retrahentem, vel ad quemcunq; poſ-
ſeſſorem.

ANTO-

ANTONII DE PADILLA Y MENESES IN AVTHENT. RES QVAE C. COMMVNIA DE LEGATIS, Commentaria.

¶ *Summa rerum. authen. Res quæ. commu. de leg.*

1. *Res ſubiecta fideicommiſſo, non poteſt alienari.*
2 *Sed an ſi alienetur ſtatim ſequens admittatur.*
3 *Ex iuſta ignorantia ementis & uendentis ualet alienatio rei fidei commiſſæ. Et declaratur text. in l. fin. §. fi. ff. de legat. 2.*
4 *Aduocatus qui uult retrahere rem fideicōmiſſam probibitam alienari, debet deducere ſcientiam cōtrahentium.*
5 *Textum in l. fi. §. fin. de legat. 2. hoc textu non eſſe correctum.*
6 *Et an tex. ille ſolùm procedat quando ignorantia prouenit ex facto ipſius teſtatoris alienationem probibentis.*
7 *Et an text. ille procedat in re ſpecialiter ſubiectā fideicommiſſo.*
8 *Difficilius concedi manumiſsionem ſerui, quàm alienationem.*
9 *In exorbitantibus etiam licitam eſſe extenſionem ex eadem ratione.*
10 *Text. in prædicto. §. fi. an procedat in expreſſa probibitione.*
11 *Et an procedat idem tex. in fideicommiſſo puro.*
12 *Et an procedat in alienatione facta ex titulo lucratiuo.*
13 *Pretium rei uenditæ in caſu illius text. ad quem pertineat.*
14 *Text. bic noſter an procedat in rebus ſubiectis pupillari ſubſtitutioni.*
15 *Declaratur text. in l. fin. §. ſin autem ſub conditione. ſup. eo. hoc num. & ſequenti.*
17 *Congruam dotem conſtituendam eſſe boneſtati eius quæ nubit.*
18 *Lege regia bodie non licere parentibus pro filia maiorem quantitatem dotis nomine promittere, quàm legitimæ nomine ad filiam pertineat.*
19 *Patre contrafaciente poſſe beredes eius dotē bāc ueluti inofficioſam ad legitimū modū reducere. Sed neq; fideiuſſorem pro buiuſmodi dote rectè interuenturum.*
20 *Atq; boc iam ante legem regiam Salicetum determinaſſe.*
21 *Congruam dotem cenſeri pro filia quamcunq; pater ei aſsignauerit.*
22 *Semper patrē capere optimū cōſilium pro filio.*
23 *Pragmaticam illam regiam filiabus dotis quantitatem præſcribentem in deſuetudinem abiſſe.*
24 *E republica eſſe illius pragmaticæ diſpoſitionem ſeruari.*
25 *Arrbarum quoq; promiſsio ſicut & dotis cōgrua eſſe debet.*
26 *Lege regia non licere promittere pro arrbis ultra decimam bonorum partem promittentis.*
27 *Et in contrarium factam obligationem irritari.*
28 *Neq; licere legibus boc diſponentibus renuntiare.*
29 *Promiſsio arrbarum ultra decimam partem facta an firmetur iuramento.*
30 *Poſsidens bona uinculata quo pacto arrbas uxori promittere poſsit.*
31 *Arrbarū promiſsio ob quam demū cauſam fiat.*
32 *Ducentes uxores uiduas non ſolent illis arrbas elargiri.*
33 *Filius grauatus reſtituere bæreditatem, an detrabat duas quartas legitimam & Trebellianicam?*
34 *Et quid in boc ius pontificum ſtatuerit?*
35 *Quo pacto fiat utriuſq; quartæ detractio.*
36 *Aſcendens grauatus à deſcendenti in diem uel ſub conditione reſtituere bæreditatem an detrabat duplicem quartam.*
37 *Inſtitutus in re certa dato cobærede uniuerſali unā tantùm quartam detrabet.*
38 *Filius arrogatus an detrabat duas quartas.*
39 *Iubente teſtatore Trebellianicam in legitimam imputari, filius non detrabit niſi unicam quartam.*
40 *Si legitima filij grauati aſcendat ad ſemiſſem, filius non detrabit duas quartas.*
41 *Iure noſtro non eſſe locum detractioni duplicis quartæ.*
42 *Ex cauſa dotis & donationis propter nuptias deficientibus alijs bonis poſſunt alienari res quæ ſubiacent fideicommiſſariæ reſtitutioni.*
43 *Ex cauſa dotis alienari poteſt res litigioſa.*
44 *Poteſt libertus in fraudem patroni rem alienare ex cauſa dotis.*
45 *Propter cauſam dotis remitti multa ex iuris ſolemnibus.*
46 *Imperator Iuſtinianus quid noui induxerit bic, cū idem Iureconſulti ſtatuerint.*

47 Iuſtinianum præ illis etiam ſanxiſſe, ut pro dote rẽ ſtituenda alienaretur res fideicommiſſa.
48 Quod habet locum etiam ſi grauamen præceſſerit dotis receptionem.
49 Et etiam ſi mulier ipſa ex cauſa fideiuſſorum pro dote ſibi cauiſſet.
50 Remedium ordinarium non derogat extraordinario ſi tendant ad diuerſa.
51 Remedium ordinarium non derogat extraordinario, ſi per illud plenius conſulatur.
52 Authenticæ huius legis diſpoſitio permittẽs ex cauſa dotis uel donationis propter nuptias alienari rẽ ſubiectam fideicommiſſo, an procedat etiam in expreſſa teſtantis prohibitione.
53 Res maioratus an ex hac cauſa poßint alienari.
54 Et an tex. hic procedat in dote ſpirituali, quæ dari ſolet intrantibus religionem.
55 Et an in huiuſmodi dotis numeratione labes ſimoniæ contrahatur.
56 Et an tex. hic procedat in conſtituenda dote filiabus uel neptibus grauati.
57 Tex. hic ſolùm procedit in illis perſonis, quas ipſe teſtator, qui prohibuit alienationem, dotare teneretur.
58 Auus, proauus, & ſuperiores tenentur deſcendentes filias dotare.
59 Tex. hic habet etiam locum in matre diuite grauata dotante filiam ſuam.
60 Mater diues tenetur filiam inopem dotare.
61 Mater hæretica tenetur dotare filiam orthodoxã.
62 Tex. hic procedit in fratre qui dotare obligatur ſororem utrinq; coniunctam, aut ſaltem codẽ patre natam.
63 Tex. hic non habet locum in patre uolente dotare filiam naturalem.
64 Sed hoc iure Canonico non procedere: ex quo ſicut pater tenetur alimenta exhibere filiæ naturali, imò ex quocunq; complexu genitæ, ita & dotare eam tenetur.
65 Et iuris canonici in hac parte ſtatutum etiam in foro Cæſarum eſſe obſeruandum.
66 Lege partitæ onus hoc alendi filium nepharij cõceptus uel inceſtuoſi in ſolo patre ipſo non in cæteris aſcendentibus eſſe ſtatutum.
67 Text. hic non habet locum in filio reſpectu matris, quoniam matrem filius dotare non tenetur.
68 Poſſe patrem in ſuo teſtamento filiam dotare ex rebus ſubiectis fideicommiſſo.
69 Imò patre nil dicente, filiam ipſam poſſe ſibi dotem ex rebus illis conſtituere.
70 An poßit hæres puellæ idem facere. Et nu. 71.
72 Filiam iam maritatam an poßit pater dotare ex rebus quas grauatus eſt reſtituere.
73 Et quibus in hac rẽ ſtatuenda fundamentis dominus Bartolus uſus ſit.
74 Pater non tenetur alere filiã habentẽ unde ſe alat.
75 Iure actionis non iudicis officio teneri patrem filiam dotare.
76 Vnicus caſus, in quo ex ſolo iudicis officio filia dotetur.
77 Non rectè ſumi argumentum de alimẽtis ad dotẽ.
78 An textus hic procedat in ſumptibus alimentorũ grauati, uel filiorum eius.
79 Bona maioratus impunè alienantur pro alendo poſſeſſore maioratus.
80 Et an id procedat cùm tempore mortis patris filius habuit ſufficiens patrimonium quod ille nepos profudit.
81 Res minoris prohibita alienare, alienatur propter famẽ pupilli & perſonarũ ei coniunctarum.
82 Licet patri famæ laborãti filium uenundare, imò & ipſum manducare.
83 Res depoſita apud ſequeſtrum alienari poteſt ex cauſa alimentorum.
84 Propter famem licet etiam aliena occupare. Sicut pro fame ita & pro honore conſeruando licet grauato euertere fideicommiſſum. eo. num.
85 Etiam pro alendis liberis grauati euertitur fideicommiſſum.
86 Et pro alenda etiam nuru quam pater ſicut & filium tenetur exhibere. & num. ſequenti. & teneri ſucceſſorem maioratus alere fratres ſuos. eo. nu.
88 Pro ſumptibus militiæ uel doctoratus an liceat euertere fideicommiſſum.
89 Pro ſumptibus ſtudij cauſa an liceat alienare res ſubiectas reſtitutioni.
90 Studiorum cauſam piam quibuſdam dictã fuiſſe.
91 Sicuti pro dote ita & pro ſtudio licet patri donare filio.
92 Pater an teneatur filium in ſcholas literis erudiendum mittere.
93 Legibus regni permiſſam donationem filio in poteſtate propter cauſam ſtudij.
94 Text. hic procedit etiam pro redimendo grauato ab hoſtium ſeruitute.
95 Teneri patrẽ filium ab hoſtibus captũ redimere.
96 Et an ſupradicta procedant, ſi pater uel filius patris grauati non ſint capti à Barbaris, ſed apud fideles detineantur.
97 Capti in bello geſto inter Chriſtianos non efficiuntur ſerui capientium.
98 Et an text. hic habeat locum pro eximendo à publicis carceribus grauato uel eius filio.
99 Bona eccleſiæ ſicut alienantur pro redemptione captiuorum, ita & pro libertate incarceratorum.
100 Eximere incarceratos pium eſt ſicut & captiuos redimere.
101 Deputati ad pecunias diſtribuendas in redemptionem captiuorum, poſſunt illas diſtribuere in aſſerendo in libertatem homines incarceratos.
102 Sed tamen propter horum libertatem fideicõmiſſum euerti non poſſe reſoluitur.

Sed

103 *Res emphyteutica an poßit alienari ex cauſa dotis uel donationis propter nuptias.*

104 *Pro dote eccleſiæ an res emphyteutica alienetur.*

105 *Feudum an poßit alienari ex cauſa dotis uel donationis propter nuptias.*

106 *Grauatus an poßit priuilegium huius authenticæ alteri cedere.*

107 *Mulier nõ cedit priuilegia cauſa dotis ſibi cõceſſa*

108 *Tex.hic an in fideicommiſſo quoq; particulari procedat.*

109 *Totum etiam fideicommiſſum ex cauſa dotis uel donationis propter nuptias poteſt alienari.*

110 *Text.hic procedit etiam ſi reſtitutio fideicommißi eccleſiæ eſſet facienda.*

111 *Idem etiam ſi eſſet facienda cohæredibus grauati.*

112 *Procedit etiã tex.hic in conſtituenda dote mulieri ſterili.*

113 *Priuilegia dotium competunt etiam fœminis quæ ſunt ſteriles.*

114 *Tex.hic ſolùm procedit in prohibitione facta à patre auo uel ſuperioribus.*

115 *Itaq; non habet locum prohibentibus res ſuas alienari extraneo uel tranſuerſali.*

116 *Tex.hunc non procedere ſi teſtator prohibeat alienationem etiam ex cauſa dotis.*

117 *Tex.hũc procedere ex defectu poteſtatis teſtatoris.*

118 *Regiæ facultates quo pacto à principibus noſtris impetrentur ad obligandas res prohibitas alienari ex cauſa dotis.*

119 *Tex.hunc non procedere pro reſtituenda dote quã maritus confeſſus eſt ſe recepiſſe.*

120 *Priuilegia dotis cauſæ à iure impenſa non competere doti de qua non conſtat niſi per mariti confeßionem.*

121 *Tex.hunc non procedere pro augmento dotis.*

122 *Publicam utilitatem priuatæ eſſe præferendam.*

Authen. Res quæ. C. cõmun. de leg. & fideicommiſſ.

TExt. huius materia commendata omnibus eſt, nam & vtilem eum materiam & quotidianã habere Iaſ. ſtatim in prin. profitetur. Et Curtius inquit famoſum eſſe, & habere materiam ſubtilem ac fructuoſam. Diuiditur autem tex. hic in tres particulas. In prima, præmittit Imperator regulam quandam generalem, quam in ſecunda parte limitat. In tertia rationem exceptionis ponit Imperator. Secunda eſt ibi, ſed ſi liberis. Tertia ibi, ea enim quæ. Excerptus fuit auté tex. hic ex corpore in authé. de reſtitutionibus. & ea quæ parit in vndecimo menſe poſt mortem viri. §. quamobrem. colla. 4.

1 Ex prima regula tex. tu collige, rem ſubiectam reſtitutioni alienari minimè poſſe. quod multa iura paſsim probant in. l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebell. neq; id ceſſat fauore libertatis. l. ſeruũ. ff. de manumiſsio.

2 Sed an ſtatim reuocari poſsit alienatio rei prohibitæ alienari à teſtatore? Quod videtur. l. peto. §. frãtre. l. cũ pater. §. libertis. ff. de legat. 2. Rurſus videtur alienationem valere, nec reuocari eã à ſucceſſore poſſe, niſi adueniente die, in quẽ ipſi vocati ſunt, hoc eſt morte grauati. atq; ita videtur tenere gl. in. l. ſeruo legato. §. 1. in gl. legatario. ff. de legat. 1. cũ allegat tex. in. §. ſin autem. ſup. eo. Sed vera eſt in hac ſpecie ſententia Paul. de Caſt. in l. filiusfamiliâs. §. diui. nu. 7. ff. de leg. 1. diſtinguentis inter expreſſam prohibitionem & tacitam reſultanté ex iniũcto fideicómiſſo, nã alienata re expreſſè prohibita alienari, ſtatim admittendus eſt vocatus ad eã: ſi verò ſit nó prohibita alienari, ſed fideicommiſſo ſubmiſſa, & hoc caſu is, cui reſtitui fideicómiſſum oportet, nó retractabit alienationẽ niſi defuncto eo, qui grauatus eſt reſtituere. Pauli diſtinctionẽ probauit ibi Ambro. de Opizonibus nu. 24. & fuit diſtinctio hęc Iacob. de Bellouí. in corpore huius auth. q. 1

3 Sed cótra tex. hunc opponit Bal. tex. in. l. fi. §. fi. ff. de lega. 2. vbi res reſtitutioni ſubiecta potuit iure optimo alienari. ſed Bald. inquit propter iuſtam ignorantiã hęredis grauati cóſtitiſſe ibi alienationẽ. Atq; hũc intellectũ tradit Bal. authores habuiſſe Dynũ ac Cynũ, quẽ & Alberi. in præſ. probauit. nu. 1. ibi eñ teſtator vxoré ſuam hęredẽ fecit in teſtaméto, & codicillos quos reliquit, vetuit aperiri viua vxore: illa prędiũ quodã ex ſua opinione infructuoſum diſtraxit, cuius prędij teſtator in ſecretis illis codicillis inhibuerat alienationẽ. Scęuola reſpódit venditionẽ non retractari propter iuſtã ignorãtiam tã mulieris q̃ emptoris. Atq; per eũ tex. dicebat Dynus, referente Albe. in præſ. determinari ac intelligi hunc tex. ac omnia iura dicentia non poſſe alienari res fideicommiſſo

ſubiectas.Et ſcribit eleganter Bal.in.c.quoniam frequenter.§.in alijs.num.7. vt lite nó cōteſta. ex textu illo interpretari leges omnes agentes in materia prohibitionis & alienationis.Et iuxta ſuperiorem Dyni ac Cyni intellectum tex.illum interpretantur Iaſ.in pręſ.nu.2.dicens eum eſſe notabilem.Curt. nu.52. dicens eum eſſe ſingularem. atq; ita eum etiam interpretatur Bart.in proprio loco.1.oppoſi.idem Bar.in.§.ſin autem ſub cōditione.nu.2.ſup.hac lege. dicens eum text. eſſe ſingularem & notandum.& hunc eſſe cōmunem illius tex. intellectū eum ſequuti teſtantur Soci.cóſ.49.nu.11.vol.1.Hippol. ſingul.3 quem ſequitur allegans multos Ioannes de Neuizanis conſi.32.num.10.

4 Vnde admonet Angelus de Peruſio in l.Marcellus.§.res quæ.num.2.ff.ad Trebel. aduocatum volentem retrahere rem alienatam quæ fuit ſubiecta fideicōmiſſo, vt probet ſcientiam eius qui alienauit.Nec eſt correctus hodie text. ille ex generali regula
5 huius text.imò tex. ille hunc interpretatur, licèt prior longè ſit.argu. textus cum vulgat.in.l.ſed & poſteriores.ff.de legib. quod tenuerunt Dynus & Iaco. de Aretio in illo §.fi. vbi eorū opinioné Albericus probauit. & eſſe cōmunem teſtatur Imola ibi. nu. 10.

6 Oportet tamen primò ad illum textum animaduertere; vt procedat in eo caſu dūtaxat,in quo loquitur, cùm videlicet ignorantia prouenit ex facto ipſius teſtatoris, qui prohibuit aperiri codicillos viua vxore hæredeq; ſua: nā ſi aliunde ignorantia proueniat,non haberet locum text. illius deciſ. ita enim eam legem interpretatur Bald. in præſenti.num.1.verſ.ego addo.& eiuſdem opinionis eſt Cumanus in illo.§.fi. Campetius de dote.§.part.quæſt.18.num.3.verſ.fallit in vno caſu.Sed reuera contrarium videtur probare textus ille, qui cùm in hoc vno fundetur, quòd iuſta fuerit & hæredis & emptoris ignorantia, videtur ignorantiam comprehendere vndecunque illa proueniat.atq; ita illū tex. verè interpretatur Alexan.in.l.Marcell⁹.§.res quæ.n.5. ff.ad Treb. Soci.ibi.n.11. è quibus prior inquit hāc eſſe mentem omnium pro intelligentia legis illius.& ſequuntur hanc opinioné Clau. ibi. nu.4.Iaſ.in pręſ.nu.2.Philip. Corneus in.§. ſed quia noſtra maieſtas.pen.col.ſup.hac lege.dicens hoc eſſe de mēte omniū atq; etiā tex.ipſius.Alex.cóſ.184.n.7.vol.2.Soci.reg. 38.fallentia vltima.cōem eſſe teſtatur idem ſequutus Ambro.de Opizonibus in.l.filiuſ familiãs.§.diui.nu.25.verſ.aduerte tamen.ff. de lega.1.quibus & ipſe libenter accedo.

7 Secundò oportet text.illum reſtringere, vt ſolùm locum habeat in caſu in quo agit, nempè in re ſubiecta reſtitutioni vniuerſaliter cum alijs rebus hæreditarijs: nā ſi nominatim res aliqua eſſet ſubiecta fideicommiſſo etiā ex alienantis ac cóparantis ignorantia,alienatio non valeret.ita enim videtur tenere gl.in.l. ſeruū qui ſub conditione. ff.de manumiſ. quę manifeſtiſsimè id inſinuat,licèt illū tex.non alleget.& ita in proprio loco tenuit Ioan.de Imo.in verſ.attēde tamē.idem Imo.in.l.quidā ita.§.ſi quis filiū. ff.ad Treb.nu.6.Alex.in illo.§.res quæ.n.4. quorum duæ rationes ſunt.Prior, ꝙ ſeruus ſpecialiter fideicōmiſſus manumitti nō poteſt.l.ſeruum.ff.de manumiſſ. valet tn̄ manumiſsio ſerui vniuerſaliter cū alijs rebus fideicōmiſſario reſtituendi.l. quidam ita.§.ſi quis filium.ff.ad Trebel.Poſterior ratio eſt, quoniam cùm tex.in illo.§.fi.ſit exorbitans, non eſt extra caſum ſuum trahendus.l.ſi verò.§.de viro.ff.ſolut.matri.l. ius ſingulare.l. quod verò contra. ff.de legibus. contra tenet Paulus de Caſtro in.§.ſed quia noſtra maieſtas.nu.4.ſup.hac lege. intelligens tex. illum etiā in re ſpecialiter fideicōmiſſa. atq; huius opinioné tenet Soci.in illo.§. res quæ. nu.8.licèt cogitandū cēſeat idem Soci. reg. 38.verſi.nota plures.Quorū intellectus mihi magis placet,qui videā totū hoc ignorantię contrahentiū fuiſſe tributū, neq; mentē Iuriſconſulti pati hanc reſtrictionem,maximè cùm inter generale & particulare grauamen nil propemodum in hac ſpecie intereſſe videatur.argu.text.generalis in.l. ſi generaliter.& in.l.licet.C.qui poti.in pig.hab. Nec me in contrarium mouent rationes & funda-

fundamenta vtriuſq; Imolæ: nam prior nõ
8 obſtat, ſi conſideres difficiliùs concedi manumiſsionẽ, q̃ alienationem, manumiſsio enim eſt irreuocabilis.§.ſemel autẽ.qui manu.non poſſ.alienatio verò eſt reuocabilis. l.ſeruo legato.§.1.ff.de leg.1.

9 Secunda ratio ceſſat ex eo, quòd etiã in exorbitantibus & limitatorijs ex eadẽ ratione licita eſt extẽſio.gl.vul.in.l.1. in parte, iudicati.ibi.dic ergo. C.de cõdict. indeb. quã ibi ſequũtur oẽs.& præterea Panor.in.c.ad audientiã.nu.2.de cleri. nõ reſid.& teſtatur gl.opinionẽ eſſe cõiter approbatã eã ſequutus Iaſ.in.l.1.nu.20.ff.ſolut.mat.pro qua eſt tex.pulcher Innocẽtij tertij in. c.cũ dilecta. verſ.nos igitur.ibi, eiuſdem ęquitatis ſimilitudine prouocati.de cõfir.vti.vel inut. quẽ ibi Panor.nu.6.expendit pro gl.in illa.l.1.de con.indeb. atq; meliorẽ de iure eſſe ad hoc probandum affirmat Iaſ.in.l.eam quã.nu. 11.verſ. decimus caſus. ſup. de fideicom.

10 Tertiò oportet animaduertere, tex.in illo.§.fi.ſolùm eſſe accipiendũ in tacita prohibitione, quæ ex fideicõmiſſo iniuncto reſultat, nam in expreſſa prohibitione alienationis, non haberet locum text.ille.ita enim videtur eum textum interpretari Paulus de Caſtro ibi in finalibus verbis. Alexander in illo.§.res quæ.num.5.Barth. Socin.num.10. qui licèt referat in contrariam partem quędam argumẽta, profitetur ſe in fine ab hac opinione iudicando ac cõſulendo non eſſe receſſurum.quã ſequuntur etiã Iaſ.in.l. fili' familiâs.§. diui.nu.69.Franciſ.Ripa ibi. n.11 ff.de leg.1.Socinus regu.38.penulti.fallent. Tiraquell.poſt.ll.connubiales.glo.5.nu.57.

11 Quartò eſt animaduertendum, text.illũ agere in fideicõmiſſo cõditionali vel in diẽ, vbi valet quidem alienatio, quoniam ex iuris rigore cõſtat à principio.§.ſin autem ſub cõditione.ſup.hac lege. quare ex poſtfacto minimè alienatio retractatur, quæ legitimũ principium habuerit, in puro enim fideicõmiſſo tex.ille locũ non haberet. vti eũ interpretantur Pau.de Caſt.in proprio loco. col. 1.Imo.§.ſi quis filiũ.nu.6.nec ab hac opinione diſſentit Pau.de Caſt.in.§.ſed quia noſtra maieſtas.nu.4. quam etiã ſequuntur Alex. in illo.§.res quę.nu.4.Claudius ibi.n.4.licèt Soci.n.9.ab ea diſcedere videatur, eam tñ ſequitur ipſe reg.38. verſ. limita illum textũ.

12 Quintò aduertendũ eſt.nã text.ille minimè haberet locũ in alienatione facta ex titulo lucratiuo, ſed ſolũ in caſu venditionis in quo agit, vel ſimilibus.ita enim eum tex.declarat in proprio loco Cumanus.Alexan.in illo.§.res quæ.nu.6.Socinus ibi.num.11.qui pro hoc eleganter duobus modis inducit text.in illo.§.ſi quis filium.

13 Sextò aduerte, ꝙ licèt valeat alienatio prędij ſubiecti fideicõmiſſo propter ignorantiã contrahentiũ, pretiũ tñ quod tex.ille inquit, ad fideicõmiſſariũ pertinebit, & omne præterea lucrũ quod propter hãc alienationẽ abeſt ipſi legatario.l. quidã teſtamẽto.§. fi.ff.ad Treb.Si tñ hæres nõ eſſet ſoluendo, haberet fideicõmiſſarius regreſſum contra emptorẽ prædij illius.ita eñ conſuluit Pau. de Caſt.& tenet Iaſſ.eũ referẽs in pręſ.2.col. Curt.n.51. quorũ opinioni ſuffragatur tex. optimus in.l.planè.2.§.qui rogatus.ff.de lega.1.cõtrariũ tñ tenet Bartho. Soci.in illo.§. res quæ.n.9.dicẽs ita ſe ex facto conſultum reſpõdiſſe, atq; eius cõſilio & Alexan. ſubſcripſiſſe.idẽ Socin.in.l. fi.nũ.9.ff.de eo per quẽ fact.erit.ea ratione motus, qm̃ in. §.qui rogatus.datur regreſſus fideicõmiſſario, ne dolus hęredis alienãtis pręiudicet fideicommiſſario.arg.tex.in illa.l.fin.in prin.ff.de eo per quẽ fact.erit.in.l. his ſolis.ff. de cõ. inde. ſed in illa.l.fi.nõ fuit dolus hæredis vel emptoris.Sed mihi ſuperior opinio verior eſt & ęquior, ne prorſus offendatur volũtas teſtatoris, qui fideicõmiſſariũ illo fideicõmiſſo honorauit.

14 Sed textus hic, qui in dãnum fideicommiſſarij ſubſtituti prohibet alienationem, in re ſubiecta reſtitutioni ex pupillari ſubſtitutione non procederet. Poteſt enim pupillus, cui à patre fuit datus ſubſtitutus cũ iuris ſolennitate alienare quicquid velit ex ſuo patrimonio. Cui rei præſtat argumentum tex.optimus in.l.1.§.ſed nonnullos.ibi. aut ſubſtitutum eius quærentes. ff. de tut.

 & ratio

&ratio.diſtrahen. vbi fruſtra queritur pu-
pillaris ſubſtitutus diminutum alienatúq;
fuiſſe patrimonium pupilli in aléda matre
aut ſorore pupilli, quæ ſe aliter tueri nó po-
terant. Apertiùs adhuc videtur id probare
text.egregius in.l. ſi à ſubſtituto. in prin.ff.
de leg.1.vbi pupillus ancillas ſui patrimonij
vendidit, nec venditionis contractú retra-
ctauit ſubſtitutus, qui pupillo decedéti ſuc-
ceſsit.& ita colligit Bal.ibi verſi. nota ꝙ res.
qui in hoc addit tex.in.l.qui filiú. ff. vbi pu.
edu.debeat.ibi, aut ſubſtitutis pupilli præ-
ſtari oportere.& idé poſt Bal.colligit ibi Flo
rian.& tenet idé Bart.in.l.ſi arrogator.nu.8.
5.oppo.ff.de adopt.Pau.de Caſt.in pręſ.nu.
2.dicens hoc eſſe menti tenendú.Iaſ.nu.2.ſe
quuntur hanc opinioné Ange.nu.2. Imol.
n.10.in.l.Marcellus.§.res quę. ff. ad Trebel.
Alex.ibi.nu.11.Soci.nu.7.Iaſ.nu.8.Claudius
nu.10.dicens hanc eſſe verioré opinionem.
quã ſequuntur etiá Bal.in.l.ſed ſi ſub condi
tione.§.ſeru⁹.verſ. nota ꝙ pupillus.Imo.ibi.
n.19.ff.de hęre.inſt.& teſtatur hác opinioné
eſſe cõem Iaſ. eá ſequutus in illa.l. ſi à ſubſti
tuto. nu.3. & eá ſequútur idé Iaſ. allegans
alios in.l.cùm ex filio.in præſ. ff.de vulg. &
pup.n.5.& in.l. inter oés.col.2.ff.qui ſat.dat.
cogát.vbi poſt Bal.& Alex.n.3. affirmat nó
teneri pupillú cauere ſubſtituto pupillari
de reſtituéda ſibi hæreditate. pro quo facit
optimè tex.in.l.2.§.interdú.ff.d vul. & pup.
15 Eſt tamen contra hanc opinioné, quam
ego cõem eſſe non diffiteor, tex. elegans in
§.ſin autem ſub conditione.ſup.hac lege.in
illis verbis. vel ſubſtitutione vel reſtitutio-
ne.nam ne verbú, ſubſtitutione, ſuperfluere
videatur, oportet id intelligere de rebus re-
lictis ſub directa ſubſtitutiõe, qualis eſt pu-
pillaris, cú verbú, reſtitutione, ibi poſitú ad
obliquas & fideicómiſſarias ſpectet. Quare
à ſuperiori opinione deceſsit Bald. qui in.l.
nec ei.in prin.nu.4.verſ.ſed an alienãdo.ff.
de adopti.cõſtanter affirmat text. hunc no-
ſtrú ad pupillaré etiã ſubſtitutioné pertine-
re. Et hanc opinioné magis ſibi placere te-
ſtatur Alex.in pręſ.in his quæ ad Bart.adie-
cit.quá etiam ſequuntur Roma.in illo.§.res
quæ.nu.12.Iaſ.in.l.ſed ſi plures.§.ad ſubſtitu
tos.nu.1.ff.de vul.& pup.Ex horú igitur ſen
tétia non licebit pupillo ſine iuſta cauſa res
alienare in præiudiciú ſubſtituti. Ego verò
prioré opinioné ſequi malo, ne ſubſtitutio
pupillaris, quæ in filij prouiſioné atq; ho-
noré fuit inuéta.l. ex tribus.C.de inof.teſta.
ad odiú ipſius trahatur: odij eñ pleniſsima
res eſt, ſi homini libero rerú ſuarú admini-
ſtratio interdicatur.l.nó vſq; adeo. ff.ſi quis
16 à paren.fuer.manumiſſ. Nec huic opinioni
obſtat tex.in.§.ſi aút.qñ manifeſtiſsima eſt
imperatoris intentio, qui nullú reſpectú ibi
habuit ad ſubſtitutú pupillaré. Quod ſatis
cóſtat, cú ſtatim cócedit reuocandi alienata
poteſtaté legatario ac fideicómiſſario in il-
lis verbis, cótra legatariú vel fideicómiſſariú
procedat: ná ſi voluiſſet ibi agere de rebus
pupillaribus alienatis, ſubſtituto pupillari
etiá reuocationis facultaté conceſsiſſet. Vel
fortaſsis, qđ Soci.reſpódet in illo.§. res quæ.
verbú illud, ſubſtitutione, pręedicatur ibi de
directa militari, quę eſt veluti fideicómiſſa-
ria.l.precibus.C.de impu. & alijs ſubſtitut.
Vel (iudicio meo) ne violétia verbis impera
toris inferatur, verbú illud, ſubſtitutione,
accipi pót de ſubſtitutione facta in legato.
iuxta tex.in.l.vt hęredibus.ff.de leg.2.ná &
ré ita legatario relictã ſub aliqua fortè códi-
tione vel in certa die hæres nó debet aliena
re.In ſumma hæc mihi opinio & iudicádo
& conſulendo tenenda videtur. quam etiã
vltra ſuperiores defendit Ambro.de Opizo
nibus in.l.filiusfamiliâs.§.diui.n.26.de leg.1
17 Secúdò collige ex tex.hoc in illis verbis, ꝓ
modo honeſtati perſonarú cógruo.doté có
ſtitui ſemper oportere cógruo cóueniétiq;
modo honeſtati eius quę nubit. quod pro-
bant etiã iura vulgaria in.l.quæro. & in.l.ſi-
ue generalis.ff.de iure dot.in.l. ſi filiæ. ff.de
18 leg.1.Neq; hodie ex.l.regia amplioré quan
titaté pater dotis nomine pro filia promitte
re poteſt, q̃ ex parte legitima illi obuenturú
ſit, etiá meliorádó eam (quod aiunt) in ter-
tia ac quinta parte bonorú.l.101.in pragma
ticis factis Carpetanorum Mantuæ anno.
1534.cuius meminit Epiſcopus Ciuitaten.
de ſpon.

de ſpon.2.p.c.3.§.9.nu.3. Ioannes Oroſcius in.l.omnes populi.nu.147.ff.de iuſt.& iu.& patre cõtra faciente poterũt hæredes ipſius dotem illam veluti inofficioſam ad legitimum modum reſtringere.l.vnica.C.de inoffi.dot.Et exiſtimo ipſe,etiam ſi parẽs ampliorem dotem promittens quam illi ex lege illa licẽt fideiuſſorẽ daret,neq; patrẽ,neque fideiuſſorẽ obligatum iri. arg. tex.in.l. cũ lex.ff.de fideiuſ.& ne videatur lex illa impoſita verbis cõtra tex.in.l.2.cõmu.de lega.

20 Et inquit Salicet.in præſ. 2. notabili.congruam dotem cenſeri filiæ,quantum pro legitima illa poſſet lege obuenire. atque hoc etiã eſt ſequutus Alex. qui ita ex facto conſultus reſpondit conſilio.69.lib.1.nu.1. vbi Carolus Moline.additione. 2. allegat multos idem ſequutos.

21 Sed hoc cùm à tutore, vel ab alio filia dotatur eſſe intelligendum Philippus Decius reſpondit conſilio.26.nu.2. nam ſi à patre fi-
22 lia dotetur,cõgrua dos cẽſenda eſt quácũq; pater aſsignauerit, qui ſemper præſumitur optimum conſilium capere pro filia.l.ſi furioſo puberi.verſ.fi. ff. de curat.furio.

23 Sed mihi aliquando renuntiatum eſt, apud vtriuſq; prætorij iudices æquiſsimos pragmaticam illam ſanctionem diſsimulatione quadam exoleuiſſe.

24 Sed ipſe è republica eſſe arbitror eius diſpoſitionem ſeruari,quoniam neq; vlla lege derogatũ illi ſit, & plurimum fauet legitimæ filiorum, quas ſæpiſsimè parentes defraudant , ampliſsimas facultates filiabus pro dote conferentes, vt eas honeſtiſſimis quibuſque generis collocent, quod durum quidem mihi ſemper viſum fuit, atque minimè ferendum.Nam & Plato certam quandam quantitatem dotibus præſcripſit,rempublicã illam ſuam optimis inſtruẽs documẽtis.dialo.6.de legibus.col.11.

25 Idem ex hoc tex.dicendum eſſe videtur in arrhis, quo nomine appellamus hodie donationẽ propter nuptias.l.1.tit.11.p.4.cõgruè enim ſunt & illç aſsignãdç ex hoc tex. & cũ iure cõmuni nõ eſſet præſcripta quantitas arrharum,licuit iure nouiori, tertiam bonorum partem arrharum nomine vxori promittere.

26 Hodie verò lege fori.1.&.2.tit.2.lib.3.foro leg.nõ licet marito vxori ſuæ promittere niſi decimam partem bonorum quç tũc habuit cùm promiſit.idem.l.246.ſtili. quarum diſpoſitio ſeruatur hodie in hoc Caſtellano principatu.

27 Addit lex illa.1. non licere marito promiſsionem facere,qua ſe obliget ad ampliorem quantitatem,quod ſi promiſerit,irritat lex huiuſmodi obligationem.

28 Addit lex.50.in deciſionibus Tauri renũtiari minimè poſſe huiuſmodi legibus prohibentibus ne vltra decimã partẽ ſuorum bonorum maritus promittat.

29 Sed neq; ſi maritus iuret huiuſmodi promiſsionẽ illa valebit,niſi intra modũ à iure permiſſum in decima ſolùm bonorum parte mariti.Quòd expreſsim ſtatuit.l.1.tit. de arrhis.lib.3.foro iuzg. Atq; hãc opinionem tenet Alfonſus de Mõtaluo in illa.l.1.fori legũ in.gl.1.dicens ita tenuiſſe dominum Epiſcopum Rodericus Xuarez. ibi.q.3. Epiſco. Ciuit.in.c.2.de pact.in.6.2.p.§.2.nu.8. Sed ꝙ huiuſmodi promiſsio iuramento firmetur, tenuit Ioan.Lopius in illa.l.50.Tauri.dũ ſeipſum remittit ad ea quæ ſcripſit in rub. de donat.inter vir.& vxor. vbi.§.24.nu.4. hãc opinionem ipſe firmauit. & veriorẽ eſſe exiſtimat Segura in.l.1.§.ſi vir vxori.nu.138. ff. de acqui.poſſ.Diegus Perez in.l.6.tit.1.lib.5. ordina.Menchaca de ſuc. creat.§.28.nu.33. Mihi ſuperiorum opinio verior eſt,ne ſi alteram admittamus, paſsim diſpoſitio legũ regiarum eludatur.

30 Sed vidi aliquando dubitari, ſi Comes, Dux,vel Marchio,vel quiuis alius,qui cùm ducit vxorẽ nõ habet niſi bona quædã vinculata,neq; libera bona poſsidet,quo pacto hic cõgruas arrhas poſsit vxori ſuç cõſtituere?Et ipſe cenſui çſtimãdũ hic eſſe valorem vſusfructus harũ rerũ,facta dinumeratione çtatis ipſius poſſeſſoris.iuxta tex.in.l.hæreditatũ.ff.ad.l.falcidiã.& decimã partẽ huius çſtimationis poſſe maritũ hunc arrharũ nomine vxori ſuæ promittere, quam ſoluto

in gloſ.penul.par.6. Rolandus à Valle cóſi.
85.nu.12.& hi alios allegant.Detractio au-
tem vtriusque quartæ ita fiet.

35 Vt primùm deceſſerit teſtator, deducet
filius grauatus legitimam (hæc enim neq;
grauamen vllú admittit, neq; dilationem)
adueniēte deinde die vel cōditione exiſten
te,ſub qua filius fuit grauat⁹ cùm reſtituit
iure ſuo detrahet filius reſiduæ hæreditatis
quartā,iuxta Senatuſcóſultū Trebellianū.

36 Limitabis tu hanc communem diſtin-
ctionem , vt minimè habeat locum in
aſcendēti grauato:nam hic etiā ſi ad diem,
vel conditionē rogetur,ſolùm v nam quar
tam deducet.ita enim voluit Bal.in.l.ſi à mi
lite.§.patri.verſi.iſta ſunt notāda. ff. de teſt.
milit. vbi tñ dubius Baldus ſubſiſtit.Sed te
nent hanc opinionem Alexan.in. l. cohæ-
redi.§.cùm filiæ.nu.10.ff.de vulg.& pupill.
licèt dicat ſe nolle hoc decidere , qm̄ quæ-
ſtio ex facto pēderet,in hanc tamen ſenten
tiā inclinat.Iaſ.in authen.nouiſsima.nu.39.
C.de inoffi.teſt.quāquam & is non audeat
apertè hoc affirmare. Catellianus Cota in
memora.iuris.verbo,filius grauatus. col.2.
Auguſt.Beroius in illo cap. Rainútivs.nu.
156.qui alios allegat.atq; cōem eſſe hāc opi
nionem teſtatur Corraſius in. l. filiū quem
habētem.nu.44.C.fam.Erciſc.cōtra Cyma
nus in illo.§.patri.nu.1.verſi.per hoc appa-
ret.atq; etiam Angelus ibi,exiſtimantes cō
munē diſtinctionē in aſcēdentibus quoq;
eſſe admittēdam.Et horū opinionē teſtātur
eſte cōem eam ſequuti Ioānes Crotus in.l.
re cōiuncti.nu.177.ff.de leg.3.qui idē ſequi
tur in.l.qui Romæ.§.duo fratres.nu. 80. ff.
de verbo.oblig. Epiſcopus Ciuit. vbi ſuprà
eum allegaui.nu.6.Gregorius in.l. partitæ,
quam ſup.allegaui.Ioānes Oroſcius in. l. ſi
arrogator.nu.73.ff.de adopt.qui eā opinio-
nem lege illa partitæ probari exiſtimat.

37 Secūdò limitabis cōem opinionē,vt non
procedat,ſi hæres grauatus fuerit tantūmo
do inſtitutus in re certa , huic enī non lice-
bit vnā quartā detrahere, ſed vnciam dun-
taxat.ita enim voluit Bal.in.l.filiū quem ha
bētem.nu.33 .fam. Erciſc.Iaſ.ibi nu.10. Cor
raſius in præludi.nu.40.Iaſ.in præſ.num.3.
idem Iaſ.in.l.quoties.nu.3.verſi.hinc alibi.
C.de hære.inſti.idē in.l.Lucius. nu.25.ff.de
vulg.& pupil.Panor.in illo.c.Raynuntius.
n. 27. Catellianus.verbo,filius.ſup.allegat.
Paulus de Mōte Pico in. l. in quartā.nu.21.
ff.ad.l.fal.& eſſe cōem teſtatur Oroſcius eā
ſequutus.in illa.l.ſi arrogator.nu.75.Cuius
rei ratio eſt, qm̄ nemo pōt detrahere quar-
tā Trebellianicā niſi vt hæres rogatus ſit.
l.mulier.§. vt Trebelliano. ff. ad Trebell.l.
lex falcidia.§.nunquā.ff.ad.l.fal. at verò in-
ſtitutus in re certa dato ſibi cohærede vni-
uerſali habetur loco legatarij. l. quoties.2.
C.de hęre.inſtit.l.1.§.ſi ex fundo.ff.de hęre.
inſti.atq; hanc opinionē ſequor ipſe, recla-
mante licèt Curtio iuniore. cōſil.160.

38 Tertiò limitabis cōmunem diſtinctio-
nem,vt non procedat in filio arrogato gra-
uato reſtituere à patre arrogatore hæredita
tem:neq; enim etiā ſi ſub conditione graue
tur,excipiet niſi vnam quartā ſibi cōpeten
tem ex conſtitutione Diui Pij,aut ſi ita ma
lit Trebellianicā.ita enim voluit Bar.in illa
l.ſi arrogator.nu.25.ff.de adoptio.Sed Oro
ſcius ibi & in arrogato diſtinctionē admit-
tit,ꝙ ita ſenſerint Cynus & Signorol⁹ quos
ille allegat. Ego Bartolo libenter aſſentior,
qm̄ in arrogato alia ratio eſt, q̄ in naturali,
cui lōgè magis legitima debetur q̄ illi, vide
turq; pater animo compēſandi cum legiti
ma quam illi debet propter cōſtitutionem
Diui Pij quartam Trebellianicā reliquiſſe.

39 Quartò limitabis cōem diſtinctionē, vt
minimè habeat locū teſtatore expreſsim ca
uente vt Trebellianica imputetur in legiti
mam, quo caſu vnā duntaxat quartā lice-
ret detrahere filio inſtituto.ita enim voluit
elegāter Bal.in.l.quoniā in prioribus. nu.7.
C.de inoffi.teſt.Alexāder allegās alios in.l.
ſi debitor.nu.4.ad.l.falcid.Iaſ.in præſ.nu.3
Grego.in.l.parti.Oroſcius dicēs hāc eſſe o-
pinionē plurium in illa.l.ſi arrogator.n.76.

40 Quintò limitabis huiuſmodi diſtinctonē
non habere locū , vbi legitima portio ad ſe
miſſem bonorū defuncti aſcēderet,quo ca
ſu non poſset filius detrahere duas quar-

 tas,ne

tas, ne plus commodi conſequatur grauatus, quàm honoratus. Bald. conſilio. 94. libro. 2. Epiſcopus Ciuitatenſis vbi ſuprà numero. 6. in fine.

41 Quare cùm hodie legitima filij ſit vniuerſum patrimoniũ parentis excepta quinta parte bonorum. l. 9. titu. de legatis. lib. 3. for. legum. filius à patre grauatus hodie nõ deducet duas quartas. Et generaliter hodie non poſſe aſcendentem grauatum reſtituere etiam ſub conditione vel ad diem deducere duas quartas, probat text. in. l. 12. titu. 5. part. 6. vbi Grego. in gloſ. fi. generaliter admonet ceſſare iam hodie hanc diſtinctionem, ſi filius quintam, vel aſcendens tertiam bonorũ partẽ grauatus ſit reſtituere.

42 Quartò principaliter tu collige ex litera huius textus atque principali deciſione, ex cauſa dotis & donationis propter nuptias poſſe iure optimo alienari rem fideicommiſſo ſubiectam, ſi alia bona non ſufficiãt. idem probat text. in corpore vnde hic exceptus eſt.

43 Cui tu adde poſſe etiam in dotem dari rem prohibitam alienari, quoniam litigioſa ſit. l. fi. de litigioſis. ꝗ. cui cõuenit optima l. 14. titu. 7. partita. 3.

44 Sed & licet liberto in fraudem patroni ſui bona alienare pro conſtituenda dote filiæ ſuæ. l. 1. §. ſed ſi libertus. ff. ſi quid in frau. patro.

45 Pleraq; enim iuris ſolennia fauore dotis (cuius cauſa ſemper & vbiq; præcipua eſt) remittuntur. l. fi. ſup. ad Velleian.

46 Sed nil Iuſtinianũ noui hac ſua deciſione induxiſſe videtur, cùm idem fuerit deciſum in. l. mulier. §. cùm proponetur. ff. ad Trebelli. vbi filia à patre grauata reſtituere hæreditatem ſi ſine liberis decederet, iure optimo potuit ex hæreditate illa fideicommiſſo ſubiecta dotem ſibi conſtituere, & efficitur quidem quantitas illa fideicommiſſo ſubducta proprium mulieris ipſius, ac liberum patrimonium, ſicuti ſi aliunde dotaretur, & poteſt in illa portione quem velit hæredem inſtituere. atq; illum text. notarunt veluti ſingularem in hoc Paulus de Caſtro in præſ. num. 5. Iaſ. nu. 32. Ioannes Lopius in repet. rubricæ de donat. inter virum & vxor. §. 13. nu. 2. & ſtatutum deferẽs marito aliquam partem vxoriæ dotis, haberet etiam locum in huiuſmodi dote excepta ex re prohibita alienari. quod Bald. nu. 14. Curtius num. 46. obſeruarunt. Et multi præterea, quos idem ſequutus allegat Phanucius de Phanucijs Lucenſis de lucro dotis. glo. 10. nu. 60. Quid eſt igitur quod Iuſtinianus noui hìc attulerit? Et Paulus quidem Caſtrenſis in. l. contraria plura ex ordine enumerauit, quæ adduntur legi illi per hanc authenticam ſanctionem. Primò enĩ extenditur illa diſpoſitio ad donationem propter nuptias. Secundò extenditur ad omnes deſcendentes. Tertiò additur, vt huiuſmodi dos congrua conſignetur, non verò pro libito ipſius, qui fideicommiſſum pro dote retegit.

47 Quartò addit text. hìc iuri antiquo, vt habeat locum illa diſpoſitio non tantùm pro dote danda et conſtituẽda maritandæ, ſed & in dote reſtituenda, nam pro eius ſatisfactione poterunt dari bona ſubiecta fideicommiſſo, quod ex corpore conſtat apertiſſimè, vnde Irnerius hoc fragmẽtum detruncauit. Et hæc eſt prima huius textus extenſio, vt habeat locum etiam in dote reſtituenda. quam tenet glo. in præſenti. item Bart. nu. 2. Ioannes Faber paulò poſt principium, dicens hoc eſſe ſecundùm glo. & doctores. & ita tenere doctores affirmauit Iaſ. nu. 29. Curtius. nu. 11. teſtatur eſſe cõm. Bald. nouell. de dot. 6. p. priuil. 13. nu. 2. Curtius autem poſt Alex. quem allegat, intelli-
48 git id procedere, etiam ſi grauamen præceſſerit dotis receptionem. quam opinionem cõmunem eſſe teſtantur Decius conſilio. 376. num. 1. Curtius conſil. 59. nu. 2. Epiſcopus Ciuitatenſis. lib. 3. varia. reſolut. c. 6. nu. 10. verſiculo. quartò non tantum.

49 Quæ ſententia vera eſt, etiam ſi mulier pro dote ſua accepiſſet fideiuſſorem; quibus caſibus ille poteſt interuenire, nam adhuc liceret euertere fideicommiſſo pro reſtituenda illi dote. quod Paulus de Caſtro

ex

ex facto conſultus reſpódit conſilio.15.cir-
ca ea quę ſuperius pleniſsimè tractata ſunt.
nu.2.verſiculo ſecundò præſentialiter du-
bitatur.volu.1. Iaſſ.in præſenti nu. 32. Cur-
tius iunior nu.39. Neque mouet, quòd ex-
traordinario huius textus auxilio videatur
mulierem vti non poſſe, cùm ordinario ad
uerſus fideiuſſores obligatos agere poſsit.l.
in cauſæ.in prin.ff.de mino. & cùm ipſa ſi-
bi fideiuſſores proſpexerit, legis ſubſidium
50 ceſſare debet.l.fin.C.de pact.conuent.nam
primum locum habet, ſi remedia illa con-
tra vnum intendantur, non ſi contra di-
uerſos, vt in hac ſpecie poſſunt quidem ſi-
mul competere.l.etiam. C. ſi tutor vel cu-
rat.interuen.
51 Præterea cùm extraordinario remedio
pleniùs conſulitur quàm ordinario, liberũ
eſt ad extraordinarium confugere.gloſ.no
ta.in.l.fi.in parte.conſtat. ibi, ſed certè.C.ſi
aduer.rem.iudicat.quam ibi ſequuntur o-
mnes.& præterea Bart.in.l. Aemilius.nu.3.
ff.de minor.idem Bart. in.l. in prouinciali.
§.1.nu.4.ibi.ſi verò non eſt famoſum. ff. de
noui oper.nunt.Iaſ.in.l.diuus.nu.9.ff.de re
iudicat.& in.§.præiudiciales.nu. 34. de act.
Inſtit.& teſtantur gl. illius opinionem eſſe
communem eam ſequuti Alexand.conſil.
207.nu.10.in fi.lib.7.Curtius in.l.teſtamen
to.nu.5.C.de impub. & alij.pro qua eſt tex.
in.l.damni.§.& cuius vſusfructus. ff.de da-
mno infect.Pleniùs autem conſuli mulie-
ri beneficio huius text.quàm ex fideiuſſori
bus, plus quàm manifeſtum eſt, cùm hîc ad
rem agere poſsit, ibi perſonaliter contra fi-
deiuſſores: plus autẽ cautionis in rem eſſe
quàm in perſonam, vel regula iuris eſt ma-
nifeſtiſsimum.Secundum non obſtat, quo
niam regula illa non habet locum, cùm re-
media tendunt ad diuerſa, nam hîc vnum
remedium reale eſt, alterum perſonale. l.
cauſam. §. puellam. ff.de manumiſſ.quare
opinionem hanc ego ſequor.
52 Secundò textum hunc tu ampliabis, vt
procedat non ſolùm in re tacitè prohibita
alienari, ptout eſt cùm fideicommiſſo illa
ſubmittitur, ſed etiam ſi expreſsim ſit pro-
hibita alienatio, nam & tunc fauore dotis
ac donationis propter nuptias poterũt præ
dictæ res alienari.ita enim voluit Bartolus
in.l.filiusfami.§.Diui.2.q.nu.10.ff.de lega.1.
vbi allegat tres textus in hoc.Primò textũ
in.l.mulier.§.cũ proponeretur. ad Trebell.
qui licèt agat de alienatione tacita, rectè ad
expreſſam per Bartolũ extẽditur ex ſubie-
cta ratione, cùm dicit, & pudicitię mulieris,
& voto parentũ hoc cõuenire. nã & illa ra
tio in prohibitione expreſſa locũ habet.Se-
cundò allegat Barto. textum in. l. à filia.ff.
ad Trebell.qui tex.licèt loquatur etiam in
tacita prohibitione ex expreſſo fideicõmiſ
ſo reſultante, ex ſua ratione ad prohibitio-
nem expreſſam nõ iniuria à Bartolo exten
ditur, cùm dicat dotem loco ęris alieni ha-
beri, quæ ratio in expreſſa etiam prohibi-
tione locum habet. Tertiò allegat Barto-
lus text. hunc, qui inducendus eſt vt Bar-
toli ſententiam probet in ratione illa com-
muni, ea enim quæ communiter. quæ ra-
tio & expreſſæ etiam prohibitioni conue-
nit.quare Bartoli ſententiam libenter pro-
bauit ibi Alexander nume.10. teſtãtur eſſe
communem eam ſequuti Iaſſ.ibi.num.96.
Ripa.nu.70.Ioannes Crotus num.44.Loa-
zes.nu.341.dicit hanc opinionem eſſe com
munem Iaſſ.in præſen.nu.24.teſtãtur præ-
terea eſſe communem eam ſequuti Decius
conſilio.519.col.2. Curtius ſenior conſi.27.
num.18.Beroius deciſione.110. nume. 5. ad
finem. Epiſcopus Ciuitatenſis libro. 3. va-
riarum reſolutio. capit.6. num.10. verſicu-
lo.ſecundò hoc in tractatu. Rolãdus à Val
le allegans alios qui idem affirmant conſi.
85.nu. 7. qui omnes eam ſequuntur.
53 Et in rebus maioratus (quod noſtri di-
cunt) tenent hanc opinionem Ioannes Lo
pius in repe.rubr.de dona.inter vir.& vxo.
§.16. Rodericus Xuarez in.l. quoniam in
prioribus. 2. limit.ad legem regiam. C. de
inoffi. teſtament. & vterque horum id li-
mitat. numero. 11. niſi expreſsè teſtator
inhibuiſſet etiam alienationem ex cauſa
dotis.de quo ego dicam inferius. 3. limita-
tione. & ſequitur idẽ Andreas Tiraquell.
deiure

59 reſtingat. Ex quo intellectu infert Barto. ipſe textus huius diſpoſitioné habere etiã locum in matre diuite, quæ poſſet bona ſubiecta reſtitutioni alienare pro conſtituenda dote filiæ ſuæ. Licèt enim mater regulariter non teneatur filiam dotare.l.neq; mater. C. de iure dot. paternum enim id officium eſt,hoc tamen inquit Bart.verum eſt,niſi mater ſit diues,& filia pauper, quæ aut patrem amiſit, aut ita inopem habet, vt filiæ nequeat dotem conſtituere, tunc enim teneretur mater doté filiæ ſuæ conſtituere. Bartoli deciſionem ſequuntur communiter doctores teſte Curtio num. 15. Sed tu hic aduerte, videtur enim Bartolus ſe in hac doctrina confundere: nam cùm de matre diuite egat, dicit eam nó habere vnde poſſit filiæ ſuæ dotem conſtituere niſi fideicommiſſum euertat. Sed tu Bartolum accipe de matre quæ non aliunde quàm ratione fideicommiſsi diues eſſet.

60 Ex Bartoli autem ampliatione tu collige, matrem diuitem teneri dotare filiam inopé,quod omnes ſequuntur in.l.1.ff.ſoluto matrimonio.vbi Ripa. num.79.teſtatur hanc eſſe cómunem opinionem. Hoc ex eo probat Bart. q etiã ſi regulariter mater non teneatur filium alere niſi ad primum infantis triennium.l. nec filium. C.de pat. poteſt.l.ſi quis à liberis.§. ſi mater. ff. de libe.agnoſ.l. alimenta. ff. de nego.geſt.ſi tamé filius ſit inops, mater diues, tenetur eũ mater alere. & idem tenent ipſe Barto. ac cæteri in.l. alimenta. ſuprà de nego. geſt. idem Bart.in.l.Nenſenius. num.7.ff.de nego.geſt.cuius opinionem omnes frequenter receperunt. & probauit lex regia. 4. titulo.19.part.4.

61 Idemq; eſſet dicendum, ſi mater eſſet hęretica, & filia orthodoxa, quoniam tenetur eo caſu mater filiam dotare.l.cognouimus. C.de hæret. ex qua lege hoc ita colligit gloſſ.in.l.neq; mater. C.de iur.dotium. quam ibi antiquiores ſequuti ſunt.& eſt ſimilis in.l.fi.verbo.paternum.C.de dot. promiſſ.quarum opinionem ſequũtur Angel. de Aretio.num.19.Iaſſ.nu.115.in.§.fuerat.de actio.Inſtit.& tenet idem Archidiaco.in.c. hoc ſanctum.nu.1.32. q.2.ſequuntur eandé gloſ.opinionem Ioannes Lopius in repet. rubr.de donat.inter vir.& vxo.§.21.num.5. Rip.in.l.1.nu. 72. ff. ſolut.matr. Baptiſta de ſancto Blaſio in tractatu de correlatiuis.numero.49. Maynerius in.l. in ambiguis pro dotibus.nu.16.ff.de reg.iur.& eſt communis reſolutio lege regia etiam probata.9.titulo.11.part.4.& ſi iure communi non probari affirmet Bald. nouellus in contrariam ſententiam inclinans.de dote.6.part.priuilegio.16.nu.4. His igitur caſibus liceret matri alienare res ſubiectas fideicommiſſo pro conſtituenda dote filiæ ſuæ.

62 Ex quo iterum infert Bart. num.4.licere fratri quando tenetur dotare ſororem alienare res ſubiectas fideicommiſſo.& Bartoli opinionem teſtatur eſſe cómunem Curtius nu.17.quam tenet etiam Alciatus lib. 2.de verb.ſignifi.nu.48. tametſi cótrarium teneat Angel.colũ.2. Oportet autem inquirere caſum, in quo teneatur frater dotare ſororem. In quo vnica concluſio duntaxat ſtatuenda eſt. Tenetur frater dotare ſororé vtrinque coniunctam, aut ſaltem eodem patre natam.ex tex.in.l. cùm plures.§.cùm tutor. ff.de adminiſt.tut. ibi.ſed non dabit dotem ſorori pupilli alio patre natæ,etiam ſi ea aliter nubere non poſſit. Et hoc tenet glo.ibi in parte.alio patre.in fine.fuitq; illa ſententia Azonis. quam etiam ſequuntur ibi Rainer. & Albert. item Bartolus. verſic. quæro dicitur hìc. & voluit idem glo. in.l. non omni.in gl.2.C.de admi.tut. quam ibi ſequuntur omnes.& teſtatur eſſe communem Franciſ.Curtius.in præſent.n.17.idem ſequutus.communéq; eſſe opinionem hãc teſtantur Iaſ.nu.27.Ripa. nũ.83.in.l.1.ff.ſolu.matri. quam etiam ſequuntur allegãtes alios Lopius in repet.c.3.notabili.§.20. nu. 6.Euerar.in topicis. c.29.verſ.quintò iſtud. Boërius deciſio. 129. num. 7. Maynerius in l.in ambiguis pro dotibus.num.18.ff.de regul. iur. Tiraquell. de iure primoge.q.62. Arius Pinelus in.l.1.C.de bon.mater.3.part. num.101.

Ex ſu-

63 Ex ſuperioribus & illud infertur, non li
cere patri res quæ fideicommiſſæ ſunt, alie
nare pro conſtituenda dote filiæ ſuæ natu-
rali, quoniam hanc dotare minimè pater te
neatur. l. vxorem. §. pater. ff. de lega. 3.

64 Sed hæc illatio iure Canonico non pro
cederet. quod Iaſſon & Curtius hîc rectè
obſeruarunt: ille nu. 33. verſiculo. ſeptimò li
mita. hic nume. 41. nam illo quidem iure
ſicuti pater tenetur filiam naturalem imò
& quocúq; ex complexu genitam alere. c.
cùm haberet. de eo qui dux. in matri. quam
polluit per adulterium. ita & dotem illi aſsi
gnare tenetur. quod Barto. eleganter nota-
uit in. l. Mæuius. §. duobus. nu. 18. ff. de lega.
2. idem Bart. in authen. ex complexu. nu. 4.
ſup. de inceſt. nup. Bar. in. l. fi. §. ſi à ſocero.
nu. 2. ff. quæ in frau. credit. & in. l. fi. nu. 7. ff.
de his qui vt indigni. & ſequuntur hanc o-
pinionem Panor. in illo cap. cùm haberet.
in vltimo notabili. Præpoſi. ibi. 2. col. Iaſſ.
in. §. fuerat. num. 112. de actio. inſtitut. Areti
nus in. l. 1. num. 7. ff. ſolu. matri. vbi tamen
ſubdit ille, quòd & ſi vera ſit hæc opinio, &
ſeruetur in practica, propter authoritatem
Barto. ac etiam propter æquitatem faten-
dum eſſe iure illam non probari. Socin. ibi
nu. 45. & communem eam eſſe teſtâtur ibi
Ripa nu. 66. Crotus nu. 76. Camillus nu. 119
& eam ſequuntur multi, atq; eos referens
Epiſcopus Ciuitatenſis in Epito. de ſponſ.
2. part. cap. 8. §. 6. num. 11.

65 Et ſeruabitur quidé ea deciſio non ſolùm
apud Pontifices atq; fines illis obtemperá-
tes, ſed etiam in foro ſeculariú, nam æqui-
tatem illam iuris Canonici præferri opor-
tet rigori iuris ciuilis. quod gloſ. fin. in fine.
ibi notauit. quam ibi ſequuntur omnes. &
eſſe communem teſtantur allegantes alios
qui idem profitentur Rolandus à Valle.
conſi. 74. num. 47. qui multos allegat. Epi-
ſcopus Ciuitaten. vbi ſup. Ioánes Oroſcius
in. l. 1. §. ius naturale. numero. 19. ff. de iuſti.
& iure, Antonius Gometius in. l. 9. Tau-
ri. nume. 38. Menchaca de ſucceſsio. creat.
§. 20. num. 313.

66 Vt tamen interim memineris neceſsi-
tatem illam alendi filios adulterinos ac in-
ceſtuoſos lege regia. 5. titulo. 19. part. 4. ad
ſolum patrem redactam eſſe, neque auum
vel ſuperiores parentes comprehendere.
quam legem in hoc multùm notari man-
dat Gregorius ibi in glo. penult. Sed ego le
ge illa à communi ſententia non diſcedo,
exiſtimans patrem ac omnes ſuperiores
æquitate illa Canonica ſemper teneri: re-
ſpexit enim lex Alphonſi veterum rigo-
rem in hac parte.

67 Vltimò infertur, non poſſe filium alie-
nare res ſubiectas reſtitutioni pro conſti-
tuenda dote matri ſuæ, cùm eam filius mi-
nimè teneatur dotare. argumento text. in
l. cùm plures. §. cùm tutor. ff. de adminiſtr.
tut. in. l. 1. §. ſed nonnullos. ff. de tut. & ratio.
diſtrah. vbi cùm Iuriſconſultus enumeret
quibus perſonis teneatur pupillus dotem
conſtituere, matris pupilli non meminit,
vnde colligunt plerique omnes non tene-
ri filium matrem ſuam dotare. & ſolet in
idem allegari textus in. l. ſi vineæ. C. de lon
gi tempor. præſcript. vbi filius à marito
matris ſuæ vendicat vineas quaſdam, quas
(cùm filij eſſent) mater ipſius vitrico in
dotem dederat. ex quo textu colligit ibi
Guillel. Cugno. non teneri filium matrem
dotare, cùm impunè vendicet res ſuas à
matre in dotem datas. Sed nec ille text. id
probat neceſſariò, tametſi poſt Guillelmú
idem teneant ibi Bald. & Angelus. & præ-
terea idem Bald. in prooemio. ff. veteris. in
prin. num. 18. verſicul. ſed filius tamen. vbi
in hoc allegat textum in illo. §. cùm tutor.
quem dicit eſſe vnicum in hoc, cùm tamen
id non probet neceſſariò. Sequuntur ean-
dem opinionem Ange. in. l. 1. nume. 3. ff. ſo-
luto matrimo. vbi idem ſequuntur Crotus
num. 89. Bartol. de Bart. num. 139. Bald. no-
uellus de dote. 6. part. priuilegio. 16. num. 5.
Campegius de dote. 21. quæſt. Claudius de
Seyſel. in. l. diuortio. in princi. nume. 12. ff.
ſoluto matrimo.

68 Quintò ampliabis text. hunc, vt habeat
locum non ſolùm ſi pater viuens filias do-
tauerit, ſed etiam ſi in teſtamento dotem
illis

illis conſtituerit.ita enim voluit Bar. in præſen.num.5.dicens ita ſe ex factò tenuiſſe.ſequitur Iaſ.nu.13.teſtatur eſſe communem eam ſequutus Curtius num.19.tenet idem Barto.in.l.quæſitum.ſ.ſi ſponſa: num.3.Ripa ibi.num.17.ff.de priuileg.credit. Mouetur Bartolus, quoniam & hic actus etiam in teſtamento factus alienatio eſt.l, ſi quis prioris.ſ.certum. C.de ſecund.nup.Sed melior ratio eſt, quoniam & ea mulier dicitur dotari; cui pater in teſtamento aliquid dotis nomine reliquit.quod ipſe Bart. notauit in.l.Titio centum.ſ.Titio genero.nu.5. ff.de condi.& demóſtrat.

69 Addit Bar. ꝗ ſi pater hoc in teſtaméto nó curaſſet poſſe filias ipſas ſe dotare ex bonis ipſis quæ pater fuit grauatus reſtituere.

70 Addit præterea Bald.num.11.poſſe hæredem puellæ,quæ dotata minimè fuit,excipere fideicommiſſo eam partem, quam puella potuit pro ſua dote detràxiſſe. idem Paulus de Caſtro.num.8.Iaſſ.num.32. verſiculo.octauò extende.Guillelmus Benedictus in cap.Raynuntius.verbo, mortuo ita que.2.nume.115.de teſtament. Chaſſenæus in conſuet.Burgund.rub.7.nu.10.

71 Sed me ſententia Curtij delectat magis, exiſtimantis num.21. textus huius beneficium ad hæredem non tranſire; quoniam ceſſant in eò rationes quæ ex hac lege colliguntur, vt fideicommiſſum poſſit alienari.

72 Sextò ampliabis textú, vt procedat etiá poſtquam eſt filia maritata:nam ſi incompetéter dotata fuerit, poteſt pater ex rebus ſubiectis reſtitutioni congruam dotem filiæ etiam vxoratæ conſtituere. ita enim tenet Baldus in præſen.nu.10.contrarium tenente Bartolo nu.6.ſed Bald. opinionem ſequuntur etiá Paul.de Caſt.nu.7.dicens idé tenere Ange.in præſ.Sed hoc Ange.in meo libro nó dicit.Et addit Pau. ſe ita cótra Bar. conſulédo tenuiſſe. Et falſam eſſe Bart.opinioné hanc ſequutus affirmat Iaſ.nu.14.& cóem eſſe teſtatur Curtius.nu.25.quam tenet Gomecius in.l.40.Tauri.nu.87.verſic. ſextò limita.Pariſius cóſil.63.nu.34. volu.2. Rolãdus à Valle.cóſi.85.nu.2.Sed Bart.opinioni nó defuerūt opitulatores, eam enim tenet Fulgo.nu.5.dicés magná eſſe Bart.authoritaté.Salice.nu.3. Corneus nu.2.ad fin. et tenuit idé Bar.in.l.obligamur.ſ.lege.obligamur.ff.de act.& oblig.Salicet.in.l.qui liberos.n.2.ff.de ritu nupt. Matheſelanus ſingul.106.Panorm.in.c.accedens.num.6.de procurat.

73 Fundauit autem Bartolus cauſam ſuam duobus capitibus.Primò qm̃ pater tenetur filiá ſuam dotare officio iudicis.vt in. l. qui liberos.ff.de ri.nup. & tenet idem Bart.defendens opinioné quam hic tenuit in.l.mulier.ſ.cùm ꝓponeretur.ff.ad Trebel.& eſſe hác opinionem cóem affirmat Guillelm. Benedict.in.c.Raynútius.in parte,doté dedit.nu.24.de teſtamé.& eam tenet Salicet. in.l.fi.nu.5.C.de dot.promiſ.& teſtatur eſſe cóem Paul.de Caſtr.eam ſequutus in.l.ſi ſocer.nu.4. ff.ſolut. matr. affirmat eſſe cóem Corraſius in.l.qui liberos.n.53.ff.de ri.nup.

74 Secundò mouetur Bartolus, quoniam,
ſicut pater non tenetur alere filium habentem vnde ſe alat.l.ſi quis à liberis.ſ.ſed ſi filius.ff.de libe.agnoſ.ita non tenetur dotare filiam iam maritatam quoniam à maritoeam exhiberi oportet.l.quod in vxorem. C.de nego.geſt. Sed qui conſpirarunt in
75 hac opinione contra Bar.negát iudicis offi
cio patré teneri filiam dotare, iure enim a-
ctionis obligatur authoritate gl.ordinariæ
in. l.obligamur.ſ.lege obligamur. ff. de
act.& oblig. quá præter eos & ordinarios
in proprio loco teſtantur eſſe communi-
ter approbatá Socinus regul.28.pater.fall.
4.Iaſſ.in authen.præterea.num.8. vnd.vir.
& vxor.Curtius in præſen.nu.25.& eam ſe-
quuntur allegans alios Lopius in repet. c.
per veſtras.3.notab.ſ.20.nu.6.de donat.in-
ter vi.& vxorem. Et teneri quidem patrem
dotare filiam etiam maritatam,tenet Alex.
allegans multos conſi.139.nu.7.volu.2.

76 Officium enim iudicis vno ſolùm caſu competeret in hac ſpecie, patre fœminæ capto ab hoſtibus.vt in.l.profectitia.ſ.1.ff. de iure dot. quem text. dicit eſſe ſingul.Socinus in.l.cùm auus.nume.76.ff.de condi.&

77 demóſt. Iá verò argumétationem Bart.de alimétis ad doté ipſi nó admittút, qm̃ dicũt patré teneri dotare filiá etiá Crœſo ipſo ditioré.l.fi.cum gl.in intelligi.C.de dot.promiſ. cùm tñ non niſi inopem alere cogatur.

78 Septimò text.hûc ampliabis, vt procedat etiá in ſumptibus alimétorum:ná ſi grauatus nó poſsit ſe alere ex fructibus atq; reditibus ipſius fideicommiſsi, poterit vt ſe alat euertere fideicómiſſum.cótra gl.in præſen. ibi.ité núquid poterút fieri ſumptus.& tam etſi gl.opinioné grauiſsimi authores probauerint, Odofre.in præſ.nu.5.Salice.n.3.Iacobus de Belloviſo in corpore huius authen. q.9.aduerſus tñ.gl.opinioné videtur tex. in authé.cótra rogatus.in finalib^9 verbis.§. ad Trebel. vbi cauſa aliméiorũ & dotis in hac propria materia æquiparátur. Sed gl.illum text. pro ſe inducit, & fortaſsis hoc animo fuit Accurſius, qm̃ illo ſolùm caſu videbatur diminutio permiſſa pro alimétis, cùm rogatus qs fuit reſtituere quicqd ſuperfuerit ex hæreditate. Sed ille tex. potiùs eſt contra gloſſam:ná queádmodum grauatus ibi qui tenetur quartá reſtituere poteſt illá alienare ex cauſa dotis & donationis propter nuptias & alimétorũ, ita etiá in præſenti ſpecie grauatus reſtituere fideicómiſſum poterit vniuerſum illud euertere ex cauſa alimétorũ: qm̃ quod in quarta illa reſtituéda ibi diſponitur, ad totũ fideicómiſſum pertinere videtur, cùm ratio differétiæ aſsignari cógruè nó poſsit.vulg.lege.quæ de tota.ff.de rei véd. Quare hác opinioné cótra gl.tenét in præſ. Iaco.de Aretio.Cynus.2.q.Bar.n.9. teſtatus hác eſſe cóem doctorũ ſentétiam & ſibi placere Ioan.Faber.verſi.ſed an poſſit.Bal.nu.23.Paul.nu.13.dicés ita tenere doctores.cóem eſſe teſtátur Iaſſ.nu.31.Curtius nu.30.eam ſequuti.& ante oés teſtátur hác opinioné eá ſequuti Ange.nu.6.Fulg.nu.7. & cóem eſſe affirmat Corneus.fi.col.ſequũtur eádem opinioné Nicolaus de Neapoli & alij in.l.mulier.§. cùm proponeretur.ff. ad Trebell. vbi Alex.col.2. verſic.item notabiliter limita. dicit fateri ſe hanc eſſe magis cóem opinionem. & teſtátur hanc eſſe magis cóem opinionem eam ſequuti Alex. & Socin.vterq;.num.2.in.l.Marcellus.§.res quæ.ff.ad Trebell. quá ſequitur Antonius Gome.in.l.40. Tauri.nu.87.verſic. octauò

79 intellige.Et in bonis maiorat^9 poſſe illa alienari vt poſſeſſor alatur, tenet Gregorius in l.24.tit.9.part.6.in gl. fi.ibi.& poteſt induci Epiſcopus Ciuitatéſis teſtatus hác eſſe communem opinioné.lib.2.var.reſol.c.16.nu.9. verſi.fateor tamen.

80 Id tamé limitat Socinus in illo.§.res quæ. non procedere, ſi tépore mortis patris prohibentis alienationem ſufficiés filius patrimonium ex ſua legitima habuerit ad ſe exhibendum quod ille nepos dilapidauit. Dicit tamen cogitandum hîc eſſe, quoniam non inueniat ab aliquo tactum.

81 Pro hac ſententia cói contra glo.facit optimè text. iuncta gloſ. in.l.ob æs alienum tantùm.C.de prædi.minor. vbi res ꝓhibita alienari à lege qm̃ minoris eſt, excepta cauſa æris alieni pót iure optimo alienari ad exhibendũ ipſum pupillum atq; perſonas ei coniunctas.& glo. illá dicit eſſe notandam Bart.in præſen.nu.9. & eſſe cómuniter approbatam teſtatur Iaſ.in.l.2.col.fi.ff.de officio eius cui manda.eſt iuriſdict.

82 Secunda ratio eſt non leuis pro cómuni contra gloſ. ꝙ cùm patri liceat propter famem proprium filium venundare.l.2.C.de patr.qui fil.diſtraxe.imò & ipſum poſſet comedere, ſi modò tanta eſſet neceſsitas.l.8.titul.7.par.4. multò magis licebit ꝓpter eandem cauſam fideicommiſſum euertere.

83 Tertiò eadem opinio eo iuuatur, ꝙ res prohibita alienari qm̃ apud ſequeſtrum ſit depoſita, ex cauſa alimentorum poteſt alienari.l.fin.C.de ordi. cognit. ex quo text.ita colligit Bart.in tract.de aliment.nu.44.

84 Quartò cùm liceat propter hác cauſam aliena occupare. c. ſi quis propter. de furt. c.diſcipulos. de conſe.diſt.5. multò magis licebit propria diſtrahere. Et cùm vt vitæ conſulatur, liceat fideicommiſſum euertere, licebit etiam idem facere in ſubſidium famæ ac honoris grauati. argum.tex.vulg. in.l.iuſta.ff.de manu vindict.in.l.iſti quidé

ff.quod

ff.quod met.cauſ.atque ita expreſsim text.
hunc interpretatur Gaſpar Valaſcus in. l.
Imperium.nu.251.ff.de iuriſd.omn.iudic.
85 Et inſinuãt omnes ſuperiores licere qui
dem patri fideicomiſſum euertere non ſo-
86 lùm vt ſe alat,ſed & pro alendis liberis.Ad-
de tu & pro alenda nuru poſſe à ſocero fi-
deicommiſſum euerti.
87 Quemadmodũ enim pater tenetur ale-
re filium,ita & eius vxoré.glo.in cap.admo
nere.in gloſ. partem.33.q.2.quam dicit eſſe
ſingularem eam ſequutus Barbat.in cap.2.
nu.46.de for. compet.& in cap.iurauit.nu.
24.de probat. Eſt tamen gloſ.expreſsior in
l.ſi quis à liberis.§.1.verſ.non tãtum.verbo,
cætera onera. ff.de libe. agnoſ.vbi eam no-
tat Bart.vbi Accurſius legũ omnium ſcien
tiſsimus allegat tex.hoc expreſsè dicentem
in.l.ſi filia.§.1.ibi,quia & filij onera & nurus
ipſe agnoſcere neceſſe habet.ff.fam. Erciſc.
& idem notauit Bart. in tract.de alimé.nu.
16.Cynus in.l.vbi adhuc.q.10.C.de iure do.
Iaſſ.in.l.ſi cõſtante.nu.48. ff.ſolu. matr.vbi
idem ſequũtur Crotus.2.lectione.col. pen.
Ripa.nu.54. Epiſcopus Ciuitatenſis in epit.
de ſpon.2.par.c.8.§.6.nu.5. verſic.tertiò ſub
infertur. Guido papæ deciſ. 127.idé pro fra-
tre,quem ſucceſſor fideicommiſsi, vel ma-
ioratus tenetur alere ne mendicet. Ioann.
Andr. in cap. grandi. de ſuppl. neg.prælat.
Francus in rubri.de teſt.in.6.nu.63.
88 Alij autem doctores aliter gloſ. hanc in
hac parte interpretantur, quaſi glo.non ve
lit agere de ſumptibus alimétorum,ſed de
alijs ſumptibus militiæ.v. vel doctoratus,
in quo dicunt Paulus & cæteri poſteriores
pro huiuſmodi impenſis ac ſumptibus fi-
deicommiſſum euerti non poſſe.
89 Sed poſſet in hac ſpecie dubitari,nũquid
pro ſumptibus faciendis cauſa ſtudiorum
fideicommiſſum euertere liceat? Et Franci-
ſcus Curtius in præſ.nu. 43. in eam ſenten-
tiam conceſsit, vt liceat cauſa ſtudij fidei-
commiſſum ſubuertere: nam cùm cauſa
dotis hoc permittatur,& cauſa ſtudij vide-
tur eſſe permiſſum,cùm cauſa dotis ac ſtu-
dij ſoleant æquiparari ex ſententia Bartoli
in.l.1.ff.ſolut.matr.nu.31.
90 Nam & piã cauſam ſtudij eſſe quibuſdã
viſum eſt.ita enim cẽſuit Bal.in.l.1.in: repe:
col.5. verſic. ſolutio. ibi.idé fortè ſi aliquid
ſit relictum.ff.de lega.2.& licèt Bal.reſtrin-
gat hoc ibi ad ſtudium ſacræ philoſophiæ,
generaliter in omnibus ſtudijs id eſſe acci-
piẽdum affirmat Andreas Tiraquellus,aut
is eſt aliquis ex ipſius liberis. in tractatu de
priuileg.piæ cauſæ.in præfatione.col.15.
91 Nam & quéadmodum ex cauſa dotis li
cet patri filiæ etiam in poteſtate conſtitutæ
donare.l. Põponius Philadelphus. ff. fami.
Erciſ.ita & cauſa ſtudij.ita enim voluit Bal.
in.l.1.ff.ſolu.mat. col.pen.in medio.verſic.
quia glo.æquiparat.Angelus ibi.nu.12.Cu-
manus in finalibus verbis.Iaſ.n. 52. teſtatus
cõem eſſe hãc opinionem, nec ab ea opor-
tere recedere, quã & Camillus probat nu.
191.Sed hæc non me mouent, quin contra
Curtiũ libẽter teneam,ex cauſa ſtudij nõ li-
cere alicui alienare res ſubiectas fideicõmiſ
ſo.Quam opinioné tenet Angel. primus o-
mniũ in præſ.nu. 5. Paulus de Caſtr. nu. 13.
Iaſ.fin.col.verſic.decimò limita.& teſtatur
hanc opinioné eſſe cõem Curtius ipſe in.l.
ſi certis annis.nu.16.de pact.quã etiã ſequũ
tur Alexã.nu.55.Alciatus nu.24.in.l.1.ff.ſo-
lut.matr.Claudius in.l.Marcellus.§.res quę
nu.2.ff.ad Trebel.& eam ſequor,quoniam
cùm patris obligationem vel eius qui rem
ſubiecit fideicommiſſo hìc contemplemur
vt vinculata bona reſolui poſsint.l.cùm ſer
uus.verſic. nam ſi viuus ipſe. ff.de condit.
& demonſtra. & eſt nota communis omni
bus materiam hanc tractantibus poſt Pau-
lum in.l.mulier.§.cùm proponeretur. ff.ad
Trebel. & eſſe communem affirmat Soci-
nus in illo.§.res quæ.nu.4.
92 Pater auté cũ non teneatur filiũ in ſcho-
las mittere,neq; impẽſas ſtudij illi miniſtra
re.Bart.in.l.de bonis.§.nõ ſolùm.ff.de carb.
edict.pro impenſa ſtudij fideicommiſſum
ſubuerti non poteſt.Sunt tamen qui exiſti-
ment teneri patrem filiũ ad ſtudia mittere,
miſſoq; impenſas miniſtrare.argu. tex.in il
lo.§.non ſolùm.& tenet Bart. in.l. quidam

cùm filium.nu.11.ff.de verb.obli. Sed quod præmiſi verius eſt. Ad humaniorum autem ſtudiorum curam tenetur pater filium mittere,atq; ex eo tenetur ſumptus facere. Bart.in illo.§.non ſolùm. & videtur probari ex lege qui filium. vbi pup. edu. debeat. Rebuſus de priuileg. ſcholaſti. priuil.53.

93 Neq; ſatis certũ eſt valere donationem factã filio in poteſtate ex cauſa ſtudij,cótrarium enim videtur probare tex.in.l.quæ pater.ibi,emancipato.ff.fami. ercisc. & tenet Bart. expreſsim in.l.1.§.ſed neq; Caſtrenſe. nu.8.ff.de colla.bon.Bart.Bald. & Salicetus in.l.filiæ cuius.C.famil.erciſc. Imola nu.15. Alex.nu.55.in.l.1.ff.ſolut.mat.vbi Ripa. nu. 140.Andreas Alciatus.nu. 24.teſtãtur hãc eſſe cõmunem eam ſequuti niſi (quod poſterior inquit) donatio fieret in lauream doctoratus. licèt apud nos prior opinio iure probata ſit lege.3.tit.4.par.5.& pragmatica regum catholicorum.25.verſi.*Pero ſi.*

94 Octauò ampliabis tex.hunc vt procedat etiã pro redimendo grauato ab hoſtiũ ſeruitute,nam & hoc caſu licebit euertere fideicõmiſſum.ita enim voluit Bart.in præſ. nu.10. quem ſequuntur Paulus. nu. 13. Iaſ. nu.32.verſic. ſextò extende. teſtantur hanc opinionem eſſe communem eam ſequuti Corneus ſi.col.Curtius.nu.31.

95 Cuius rei ea ratio eſt, quoniam tenetur pater filium ab hoſtibus captum redimere.in authẽ.Si captiui. ibi, eadem pœna eſt parentum,ſi redẽptionẽ neglexerint libero rũ.C.de epiſ.& cler.Sed & ad alias perſonas onus illud redemptionis extendit pijſsima lex Alphonſi.3.tit.29.par.2.Prætere a in hoc etiã videntur militare rationes oẽs, quibus conſtat text.hic.Nam pudicitiæ ac honori hominis cuiuſq; cõuenit ab hoſtibus redimi,neq; enim mulieris pudicitia aut honor viri alicuius ſine periculo eſſet apud hoſtes. Præterea hoc maximè conuenire videtur voto parentum ipſorum. Nam quis parens adeò vecors adinueniri poſſet, qui vel magno pretio filium ſuum captum non redimeret? Sed & ratio illa publicæ vtilitatis non abeſt huic propoſitioni.Quotus enim quiſque non intelligat publicæ intereſſe ciues noſtros ab exteris barbariſque gentibus eſſe redemptos? Quartam ipſe his ratio nẽ adjicio Chriſtianæ pietatis. Quis enim non videat maximum beneficium eius animæ conferri,qui ab hoſtibus redimitur, reſtituendus fidelium ac Sacramentorum eccleſiæ communioni? Quare ipſe Bart.opinionem libenter ſequor.

96 Sed an ea quoque procedat, ſi captus non ſit apud Barbaros, ſed apud gentes Chriſtianas, inter quas bella interdum nõ ſine magna religionis iactura geruntur: nam finge captum eſſe aliquem grauatum fideicommiſſum reſtituere apud Gallos, an pro hoc redimendo liceat euertere fideicommiſſum?

97 Eſt autem ratio dubitandi in hac parte non leuis, quoniam capti in bello geſto inter Chriſtianos, non efficiuntur captiui, neque ſerui capientium. ita enim voluit Barto.in.l.hoſtes.numero.16. ff. de capt. & poſtl.reuer.vbi inquit hoc eſſe conſuetudine receptum.& idem ſequuntur Ange.nu. 1.Zaſius.num.14.in.§.rurſus.de actioni. Inſtitut.Cepola de ſeruitut.vrban. prædi.cap. 1.numero.4.Martinus Laudenſis in tractatu de bello. quæſt. 19. Ioannes Lopius Segobienſis de bello & bellatoribus.§.ſi ſummus.num.4.Iacobus Septimancenſis de inſtitu.cathol.cap.59. nu.1. Andreas ab Exea de pactis nu.263. neminem allegans. Ferrarius in.l.filiusfamilias.col.2.ff.de regul.iur. Boërius deciſione.178. nu.2. Alciatus in.l. hoſtes.nu.2.ff.de verb.ſignific.quorum traditio probata eſt lege regia.1.tit.29.p.2.non igitur vidẽtur rationes huius textus ad hũc captũ pertinere.Sed ego idẽ in capto in bello à Chriſtianis geſto exiſtimo: licèt eñ revera ſeruus nõ efficiatur,nil tñ ab ſpecie ſeruiẽtium differt.l.2.ff.de libe.hom.exhiben. & cùm pro fame ac honore fideicõmiſſum euerti poſſe in ſuperioribus permiſerimus, & pro libertate grauati idem videtur eſſe concedendum,quæ inæſtimabilis res eſt.

98 Sed quærit hoc in loco Bartolus nu.11.an eodẽ modo liceat fideicõmiſſum euertere

pro redimendo grauato filio vè eius à carceribus, quibus ex ſuo delicto vel debito detinetur? In quo Bartolus ipſe cogitandum relinquit. Raphael quidem Fulgoſius nu. 7. pulcherrimam eſſe Bartoli dubitationé præfatus, in eam ſententiam inclinat, vt liceat etiam res ſubiectas fideicommiſſo ex hac cauſa alienare, qui ſubdit humanioré eſſe ſententiam hanc. allegat Fulgoſi. iura generalia in.l. iſti quidem.ff. quod met. cau ſa.in.l. vtilitatem. ff. de confir.tut.in. l.1.ff. de bon.eorum, qui mortem ſibi conſciue. videturque Fulgoſius (inquit) ſententiam hanc voto parentum conuenire. Hanc Fulgoſij ſentétiam dicit eſſe veriorem in puncto iuris Alexan. eam ſequutus in.l. Marcellus.§.res quę.nu.3.ff. ad Trebel. idé affirmat ipſe Alexan. idem ſequutus in.l. quáuis.nu. 11.ff. ſoluto. matri.

99 Cui opinioni & illud non parum ſuffragatur, ꝙ cùm bona eccleſię poſsint impunè alienari pro redéptione captiuorum. l. ſancimus. C. de ſacroſanct. eccleſ. quam optimè interpretatur lex Alphonſi.1.tit.14.par. 1. vt tantùm procedat in captiuis parrochianis illius eccleſiæ, cuius bona ſunt in hanc cauſam alienáda, certè illa poterunt etiam alienari, etiam pro redemptione incarceratorum. glo. vnica in.c. ſacrorú.12.q.2. quam præter ordinarios Canoniſtas ibi veluti ſingularem approbauit Bal. in.l. illud.nu.1. de ſacroſ.eccleſi. & eam ſequuntur allegantes alios Lopius in rep.rub. de donat.inter vir. & vxo.§.78.nu.30. Boërius deciſ.128.nu.3. dicens, ꝙ eam ſequûtur doctores. Campetius de dote.1.par.q.12. teſtatur glo. opinionem eſſe communiter approbatam Gomecius in.§.item ſi quis in fraudem.nu.32. de actio. Inſtit. Epiſcopus Ciuit.lib. 2. varia.reſolut. cap.16.num.9.

100 Nam & ſicuti pium cenſetur legatú pro redemptione captiuorum. l. ſi quis pro redemptione. ibi, piiſsmá adminiſtrationem. C. de dona. ita etiam exemptio incarceratorum piiſsima eſſe cenſetur. quod Bal. nu.1. ac Paul.nu.3. obſeruarunt in.l. illud. C. de ſacroſ.eccl. Tiraq. de priuileg. piæ cauſ. in præfatione. verſic. item relictum.

101 Quare executores deputati à teſtatore, vel ab alio ad diſtribuendas pecunias in redemptionem captiuorum, poſſunt eas diſtribuere in libertatem hominum ex ſuo delicto incarceratorum. Ita enim determinát Bal. & Imola in.l. quáuis. ff. ſolu. matri.

102 Sed textum hunc in hac redemptione à publicis carceribus non procedere exiſtimát in præſ. Ange. & Salicet. nu.4. qui illud vulgare allegat, non eſſe ſubueniendum ei, qui ſua culpa incidit in neceſsitatem. l. ſiue hæreditaria. ff. de neg. geſt. & hác Salicet. opinionem oés poſteriores probaſſe videntur. nam eam ſequûtur Paulus nu.13. Iaſ. dicens eam eſſe cóem nu. 20. & iterum nu.33. verſi. tertiò limita. teſtatur eſſe cóem Curtius. nu.32. quam etiam ſequuntur Ange.nu.2. Imola.nu.9. Roma.nu.7. in.l. Marcellus.§.res quæ. ff. ad Trebell. quo in loco Socin.nu.4. teſtatur hác eſſe comm. opinionem, ac veriorem in púcto iuris, eam ſequutus. item Claudius ibi.nu.2. affirmans hanc opinionem videri communem. hîc tamen ſolum Alexá. allegat. ſequuntur hanc opinionem Alexan. conſil.23. nu.14. volu.1. Segura in.l. cohæredi.§. cùm filię.nu.275.ff. de vulga. & pupill. teſtantur eſſe communem eam ſequuti Ioannes Crotus in. l. filiusfamilias.§. diui.nu.71.ff. de lega.1. Boërius deciſ.128.nu.2. & eam ſequitur Felynus. in ca. quæ in eccleſiarum num.67. de conſtit. Epiſcopus Ciuitaten.lib.2. var.reſo.cap.16. nu. 9. verſ. tertiò. A qua in praxi recedere nó oportet, ne paſsim fideicómiſſa labefactétur.

103 Nonò tu text. hunc intellige procedere etiam in re emphyteutica, quæ poteſt ab emphyteuta in doté dari pro ſe vel liberis ſuis, aut etiam in donationem propter nuptias. ita enim voluit Speculator, cui ibi cóſentit Ioannes Andreæ in titu. de locato.§. nunc aliqua. verſi.109. incipienti. quæritur, n.133. qui ſolùm ex text. noſtri ratione fundantur. atq; idem ſequuntur Albericus in l. ſi.nu.3. C. de iure emphyt. Ioannes Faber ibi. Salicetus. nu.10. Iaſ.nu.108. idem in præſenti.nu.32. verſi. decimoſeptimò.

104 Quare exiſtimo ego & pro dote eccleſiæ,quam aliquis conſtruxit,licere Emphyteutæ rem emphyteuticá alienare ſine conſenſu directi domini. tametſi contrarium determinet Lambertinus de iure patr.lib.1. par.1.q.5.artic.4.num.2.

105 Feudum autem in dotem dari nó poſſe pro filia feudatarij, conſtare videtur inter doctores ipſos ex textu in cap.1. §. donare. qualite. olim. feud. alienari poterat. vbi Bal.colligit textú hunc non habere locum in materia feudali.& idem conſuluit Cardinalis conſi.64.col.2.nu.4. verſi. item nec de feudo.Et hanc Bald.opinionem teſtatur eſſe cóem Iaſ.in præſ.nu.26.Quæ eſt primò limitanda,vt nó procedat, ſi mulier feudataria ſit,quæ poteſt feudú ſecum in dotem offerre ex textu in.c. 1.de eo qui ſibi & hæredibus ſuis. atq; id notauit etiam Bald.in præſ.nu.14. Secúdò limita, niſi feudú pater filiæ in dotem cócedat quádiu pater ipſe vixerit.ex textu.in.c.nuper.de dona. inter vi. & vxo.ex quo ita colligit glo.1.in.c.ex parte.de feud.Mihi tamen magis placet, vt & feudú generaliter in doté dari poſsit,ſicuti & res ſubiectæ fideicómiſſo: nam rationes oés in hac lege notatæ locú habét etiam in re feudali,idem igitur & in illa dici oportet. vulg.l.à Titio.ff.de verb. obliga.Neq; huic opinioni obſtat text.in illo.§.donare. nam ibi etiam ex cauſa dotis prohibetur feudi alienatio, ſicuti etiá in rebus fideicómiſſo ſubiectis prohibet tex.hic.Præterquá ſi grauatus habeat bona libera, ex quibus poſsit ſe competenter dotare, quo caſu etiá videtur permiſſum feudú in dotem dari. Neq; conſtat ex illo.§.donare.non habuiſſe feudatariú alia bona libera, quod ſi conſtaret, libenter communi opinioni adſtipularer, quæ hactenus mihi non placet.

106 Decimò ampliabis tex.húc,vt habeat locú,etiá ſi grauatus nó alienet res fideicómiſſi,ſed alteri alienandi facultaté cedat,quod voluit Paulus de Caſtro.& eú referés Iaſ.in præſ.nu.32.verſi.decimoquartò.qui de Pauli deciſione dubitat, & anceps erga illá eſt Curtius.n.38.Ego falſam eſſe exiſtimo,cùm in ceſsione ceſſent rationes, quibus diſpoſitio hæc cóſtare videtur. Si igitur velit mulier ſe dotare, priuilegio dotis poterit ſubuertere fideicómiſſum, non tñ poterit hoc ius ſubuertédi fideicómiſsi alteri cedere.

107 Nam & priuilegio prælationis qđ mulier habet,vt agés pro dote anterioribus etiam creditoribus præferatur.iuxta text.in.l.aſsiduis.C. q poti.in pigno.habeát.vti ipſamet poteſt,non tamé id priuilegiú poterit alteri cedere,cui dotis ſuæ actioné ceſſerit. quod probat text.pulcherrimus in authen. vt ex act.inſtát.dotis. in prin.ibi, non enim.coll. 7.& in.§.fuerat.ibi, cuius ſolius.Inſt.de act. vbi hoc viſa eſt glo.inſinuare in parte,cùm ipſa.& tenet ibi Faber nu.10.atq; ita dicitur tenuiſſe Dynus in.l.1.ff.ſolu.matr.vbi idem videtur ſequutus Ripa.nu.33.& tenet idem Bart.vbi id limitat,vt ſolùm procedat, quádo ceſsio fuit facta ex voluntate,non ex neceſsitate.in.l.poſt dotem.nu.35.ff.ſolu.matri.idem Imola ibi,etiam reiecta Bar. limitatione nu.7.Bal.in.l.1.nu.11. C.de priui. fiſ. Iaſ.in illo.§.fuerat.nu.123. licèt ibi Bartoli limitationem ſequatur.Sed ſimpliciter id ſequuntur ibi Gomecius nu. 26. Zaſius nu. 29.itẽ Iaſ.ipſe in.l.qui ſtipẽdia.n.3. C.de procurat.& in.l.cùm fundus.§.ſeruú tuum imprudés.nu.15.ff.ſi cer.pet. Cápetius de dote. 2.part.q.82.affirmás in fine hác eſſe verioré opinioné in puncto iuris.tametſi aliter hæc explicet Bal.nouellus.đ dote.12.p.4.q.n.15.

108 Vndecimò tex.húc ampliabis,vt habeat locú etiá in fideicómiſſo particulari. ita eñ voluit Bal.n.6.Iaſ.n.33.verſi.nonò extende. Et ego ſequor,qm̃ textus generalis eſt, quare & ad húc caſum videtur pertinere.vulg. l.nó diſtinguem⁹.in prin. ff.de arbit.& par. plerúq; cauſa vtriuſq; fideicómiſsi eſſet ſolet.l.3.§.ſi qs Titio.verſ.idé dicédú. ff.de adi. legat.Et rationes oés,quibus diſpoſitionem hác cóſtare admonuimus,militát etiá in fideicómiſſo particulari, & nil intereſſe inter vniuerſale ac particulare fideicómiſsú generaliter tradit Imperator in. §. nil intereſt.de fideicó. hære.Inſt. & cùm vniuerſale quoq; fideicómiſſum euertere liceat,licebit

multò

multò magis particulare, in quo nõ videtur ita graue præiudicium inferri fideicõmiſſario. Et hæc opinio mihi placet, licèt ei ſcrupulum neſcio quẽ Curt. iniecerit. nu. 47.

109 Et ſi totum fideicõmiſſum neceſſum videbitur ad congruam dotem conſtituendam, totum licebit alienare, ſiue generale ſiue particulare illud ſit. argu. tex. in authẽ. ſiue rogatus. ad Trebel. atq; ita determinãt in præſenti Bal. num. 4. Paulus num. 5. quorum opinionem ſequor, dubitante licèt Curtio iuniori. nu. 40.

110 Duodecimò ampliabis tex. hunc, vt procedat, etiam ſi reſtitutio huius fideicommiſsi eſſet facienda eccleſiæ, vel piç cauſæ. Bald. in præſ. num. 5. Iaſ. nu. 32. Curtius nu. 37.

111 Decimotertiò ampliabis textum hunc, vt habeat locum, etiam ſi reſtitutio fideicõmiſsi eſſet facienda cohæredibus, nam & eo caſu fideicommiſſum pro dote vel donatione propter nuptias liceret alienare. quod Iacobus de Bellouiſo notauit in corpore huius tex. quæſt. 6. de quo potuit (nec iniuria) dubitari: quoniã cùm teſtator hos fecerit hęredes, eoſdemq; in aliorũ portionibus fideicõmiſſarios magnã dilectionẽ erga eos teſtatus eſt. quare cõtra defuncti mẽtem agi videtur, ſi in eorum fraudem fideicommiſſum euertatur. Sed Iacobi ſentẽtia vera eſt, & præſumptio hæc magnæ dilectionis peruincitur à rationibus, quibus textũ hunc conſtare ſupra repetiuimus.

112 Decimoquartò ampliabis text. hunc, vt procedat etiam pro dotanda muliere ſterili, nam & huius fauore poterit alienari fideicõmiſſum. Bal. in præſ. nu. 15. qui ſubdit ſubſtantiam contractus matrimonij non pendere ex liberorũ procreatione, hoc em̃ cùm accidens ſit, regulas naturales non immutare. Atq; Baldi opinioni & Iaſ. accedit. nu. 32.

113 Cui & illud ſuffragatur, quod per manus traditur, quæ priuilegia dotis cauſa cõceſſa mulieri ſunt, & ſterili competere. l. aſsiduis verſ. & ideo quod antiquitas ibi ſiue ab initio non habuit. C. qui poti. in pig. habe. atq; ita cenſuerunt antiquiſsimi quidam iuris ciuilis interpretes in. l. 1. ff. ſol. mat. vbi Bart. nu. 29. idem ſequutus affirmat hanc opinionem tenere omnes. quam eſſe cõmuniter approbatam ex recentioribus teſtantur ibi Socin. nu. 18. Alex. n. 5. Iaſ. nu. 42. Franciſcus Ripa nu. 124. & alij ex recentioribus. & præterea Maynerius in. l. in ambiguis pro dotibus. nu. 169. ff. de reg. iur. Sed hæc ampliatio noſtri tex. in ea muliere procederet, quæ ex accidenti aliquo morbo nõ conciperet, nã ſi naturali impedimento obſtringeretur vt cõcipere, aut conceptum partum edere nõ poſſet, alienari pro illa fideicõmiſſum non poſſet, quoniam illo quidẽ caſu ceſſant priuilegia dotis, quæ mulieribus dari ſolent. quod Bar. notauit in. l. ſi quis poſthumos. in prin. n. 2. ff. de lib. & poſth. Sed ego indiſtinctè ſuperiorẽ ſententiã ſequi malo: q̃m & ſi ratio ſobolis in muliere natura ſterili deficiat, adſunt aliæ ex multis, ꝑpter quas leges in hoc mulieribus conſultum eſſe voluere.

114 Tex. hunc ita intellectũ tu limitabis, vt ſolùm procedat in prohibitione facta à patre, auo, proauo, vel aliquo ex aſcendẽtibus grauati, in cuius bonis vel debetur vel deberetur legitima ipſa grauato, ſi modò decederet ille teſtator. quod text. hic ſatis inſinuat in illis verbis, ſed ſi legitima. & tenent hanc opinionẽ Bal. n. 20. Pau. de Caſt. n. 4. Ange. col. 2. & ſatis eſſe videtur ex mẽte Bart. dum agit, an habeat locũ in matre & fratre grauatis reſtituere, quod ſuperius examinauimus. ſequuntur idẽ Iaſ. in præſ. nu. 33. Socin. cõſ. 73. vol. 4. & eſſe hanc opinionem cõmunem teſtantur Alex. in. l. filiusfamiliâs. §. diui. num. 10. ff. de legat. 1. Epiſcop. Ciuitaten. lib. 3. variar. reſolut. c. 6. num. 10. col. eius numeri ſecunda. Antonius Gomecius ciuis meus atq; præceptor in. l. 40. Tauri. nu. 87. verſ. quartò notabiliter. qui omnes eam ſequuntur. & præterea Phanucius Lucen. de lucro dotis. gl. 10. nu. 76.

115 Itaq; nõ habet locũ text. hic en extraneo hęrede rogato reſtituere. Sed neq; in tranſuerſalibus, ſed ſolùcũ grauamen iniũgitur deſcendenti ab aſcendente. tametſi contrarium tenuerit gloſ. in corpore. verbo, non ſuffecerit. in fine. Cuius opinio dicitur eſſe

approbata,in lib.nouellarum. penul. col.ú. Sed ego libri illius authoritaté nil moror.

116 Secundò limitabis textum hunc,vt non procedat,ſi alienatio ſit expreſsim prohibita etiam ex cauſa dotis, tunc enim minimè habebit locum egregia hæc diſpoſitio. ita enim voluit gloſ. ordinaria in. l. nulla. ſup. de iure dotium. vbi eam ſequuntur Cynus Bart.& Bald.dicens eá eſſe multùm ſignandam. & eam quoq; ſequitur Alexander in illo.§.diui.vbi Iaſ.num.105.Ripa nume. 70. teſtantur gl. illus opinionem eſſe communiter approbatam,eam ſequuti.idem affirmat Iaſ.in præſenti.nu.25.qui & gloſ.ſequitur.nu.32.Cuius opinionem etiam ſequuntur Socinus regu.12.fall. 2. Rodericus Xuarez in.l.quoniā in prioribus.in. 2.limitatione ad legem regni.C.de inof.teſt.nu.11. Lopius in rep.rub.de donat.inter vir. & vxor. §.16.nume.8.& iterum num. 14. Cagnolus vbi tamen gloſ.non meminit in. l. id quod noſtrum.col.2.ff.de regu.iur. Socinus iun. conſil.119.num.8.volu.2. Boërius deciſ.129. Tiraquellus de iure primoge.q.61. num.9. approbatamq; eſſe glo.illius opinionem teſtatur præterea eam ſequutus Iaſ.in.l. 3. nu. 5.ff.ſi cert.petat.veri oremq; eſſe affirmat eá ſequutus Epiſcopus Ciuitaten. lib. 3. variar. reſolut.c.6.num.10.verſic.cæterùm Paulus Caſtrenſis.Ex quibus conſtat,poſſe teſtatorem tollere de medio in rebus ſuis, quas fideicommiſſo reſtitui iubet, beneficium huius legis.quod expreſsim Alexander cóſultus reſpondit conſilio.56. nume. 3. volu. 1. Qua opinione attenta, neq; regia facultate impetrata, poterit grauatus ſibi filiabus ve ſuis dotem aut donationem propter nuptias ex rebus prohibitis alienari, etiam ex cauſa dotis cóſtituere:neq; enim poſſe principem iuſtas defunctorum voluntates reſcripto ſuo niſi ex cauſa ſolùm publicæ vtilitatis immutare,pluribus probabo in.l.authoritatem.C.vnde vi. Ceſſabit præterea diſpoſitio huius tex.in hoc regno, in quo Iuriſperitorum, imò & tabellionum conſilio norunt teſtatores omnes, cùm rerú aliquarum prohibent alienationem, adijcere, vt neq; ex cauſa dotis vel donationis propter nuptias permittatur illarum rerum alienatio.Sed iudicio quidem meo periculi plena eſt hæc limitatio,& ſi cómunis illa ſit.Nam cùm ex eo conſtare dixerimus huius text. diſpoſitioné, quoniam teneatur is qui has res fideicómiſſo ſubiecit,doté vel donationé propter nuptias illis perſonis cóſtituere, in quarum gratiam euertitur fideicommiſſum, quo pacto ille renuntiare huiuſmodi obligationi poſſit, ipſe nó video,præſertim cùm fauore publico conſtet hæc diſpoſitio.

117 quod textus teſtatur manifeſtiſsimè,maximè quòd iuxta quorundam ſententiā text. hic procedit ex defectu poteſtatis ipſius teſtatoris.quod ex Paulo de Caſtro retulit Iaſ. in præſenti.num.25. Ex quibus ego libenter teneo non valere huiuſmodi prohibitioné factam à teſtatore. quam etiam ſequuntur Iaſ.in præſen.fin.col. Bald. nouellus de dote.6.par.q.13.nume.3. Phanucius de Phanucijs de lucro dotis.concluſio.10.num.77.Iudices autem à vulgo recepta ſententia recedere non oportet.

118 Regiæ autem facultates à principibus noſtris in hoc paſsim impetrantur, vt maritus dotem accepturus res ſubiectas reſtitutioni obliget ad dotis acceptæ reſtitutionem. Et huiuſmodi facultatem obligandi res fideicommiſſas ſolet princeps concedere,habita conſultatione cum regijs conſiliarijs ſui ſtatus,quos vulgus à *camara* vel à conſilio ſecreto vocat,qui adhibita cauſę cognitione, quòd ſupplicans non habet bona libera quæ poſſit obligare, facultatem obligandi res prohibitas alienari etiam ex cauſa dotis concedunt: & ſoluto matrimonio, ſi poſſeſſor rerum fideicommiſsi non relinquat bona libera ex quibus vxor ipſa poſſit doté ſuam repetere, immittitur virtute obligationis factæ ipſi pro dote ex vi regiæ facultatis in poſſeſsionem bonorum maioratus pro portione quantitatis ſibi debitæ,atque ita detinet bona illa ipſa, hæredeſque eius,quouſq; poſſeſſor maioratus dotem illius perſoluerit.Solet etiam facultas cócedi poſſeſſori maioratus, vt pro certa quātitate obligare

obligare poſſint atq; alienare rem prohibitam alienari pro dotanda filia, vel nepte, in quo etiam apud regios illos cameræ conſiliarios cauſæ cognitio adhibetur, qua cóſtet poſſeſſorem maioratus non poſſidere bona libera ex quibus poſſit filiæ ſuæ doté conſtituere, & ſemper in hac facultatum cóceſsio ne ex more citari ſolét ij, quos proxima ſucceſsionis ſpes rerum vinculatarum tangit. iuxta tex. in l. 1. verſ. denũtiari. ff. de vent. inſpiciend. Ipſe autem, ſi degéti mihi intra priuatos hos honeſtiſsimi collegij parietes iuris aliquid eſſet aut authoritatis, vel reuerétiſsimè admoneré clariſsimos regis conſiliarios, ne paſsim huiuſmodi facultates concederent, ex quibus fideicómiſſa penitus ſubuertuntur, peritq; nomen illuſtrium familiarum, ob quarum ſplendorem atq; dignitatem conſeruãdam permiſſam eſſe hãc rerũ ſubmiſsionem pleriq; exiſtimarunt.

119 Tertiò tex. hũc tu limitabis, vt procedat ſolũ in dote reſtituenda, quã reuera accepit grauatus, non verò pro reſtituenda dote quã cóſeſſus eſt ſe recepiſſe. Ita enim voluit eleganter Ange. in corpore huius auth. n. 3. Quod ille colligit ex gl. ſi non ſuffecerit. in illis verbis Accurſij. Hæc eadé locũ habét, quando filius dotem iam accepit. Et Angeli opinionem non ſine commendatione probauit Iaſ. col. penul. & præterea Areti. in l. 1. nume. 7. verſicu. circa iſtud priuilegium. ff. ſolu. matr. Paulus Pariſius conſi. 52. col. fin. volumi. 2. Rolandus à Valle conſil. 85. numero. 26. & hoc rationem habet: quoniam

120 quæ pro dote contra iuris rationes introducta ſunt, in vera dote locum habent, non in ea, quam ipſe maritus confeſſus eſt recepiſſe. Quod voluit glo. agens de prælatione hypothecę, quod eſt præcipuum cauſæ dotalis priuilegium. in l. aſsiduis. in gl. dote. C. qui pot. in pig. hab. quam præ cęteris ibi notauit Bal. n. 9. idem Bal. dicens veram eſſe illius gl. opinioné in l. cũ aliquis. nu. 5. C. de iure delib. idé Bald. in l. vnica. col. 3. C. de priu. dot. quam etiam ſequuntur Ange. Cuman. Imola in l. 1. ff. ſol. mat. vbi Bar. Socin. nu. 87. teſtatur glo. traditioné eſſe cómuniter receptã. & ſequitur eam Ripa ibi. nu. 11. Socinus reg. 109. dotis cauſa. Iaſ. in §. fuerat. de actio. Inſt. nu. 91. vbi Zaſius nu. 26. teſtatur cómunem eſſe gl. opinionem. quod affirmat idé Zaſius in l. 1. nu. 15. ff. ſol. mat. & eam ſequũtur allegantes alios Andreas Tiraque. in l. ſi vnquam. in parte, donatione largitus. nu. 88. C. de reuo. donat. idem de retract. municipali. §. 1. gl. 18. nu. 82. & de retract. cóuen. §. 4. gl. 6. n. 14. Mainerius in l. in ambiguis pro dotibus. nu. 138. ff. de reg. iur. Epiſcopus Ciuitaten. qui cæteris & latiùs & diligentiùs diſputationem hanc exegit lib. 1. varia. reſolut. c. 7. nu. 4. Nicolaus Bellonus teſtatus có munem eſſe gloſ. opinionem conſ. 86. nu. 13. Exiſtimo autem ipſe Iaſſonem & Curt. præſentes ſequutus, ꝙ cùm certi quidam caſus ſint, in quibus cófeſsio dotis receptæ facta à marito prę iudiciũ infert creditoribus, quos enumeraui Soci. in illa l. 1. nu. 69. & ſequentibus. poſſe in eiſdé caſibus fideicómiſſum alienari in præiudicium ſubſtituti.

121 Quartò limitabis textum hunc, vt minimè procedat pro augmento dotis faciendo, poſtquam mulier grauata, vel grauati filia fuit maritata, nec enim ſi parua dote dotata fuerit, poterit illa augeri ex rebus ſubiectis fideicommiſſo. ex texr. eleganti in authé. de reſti. & ea quæ parit. §. hæc igitur omnia. collatio. 4. Baldus tamen in præſen. nume. 10. Paulus num. 7. textum illum minimè recordati, impunè permittunt dotis augmentum ex bonis ſubiectis reſtitutioni. Quorum ſententia vera quidem eſſe poteſt, niſi aliqua fraudandi fideicommiſſarij ſuſpicio ex probabilibus conſurgeret cóiecturis, quo caſu ſolùm fortaſsis augmentum hoc textus ille videtur prohibuiſſe. Quanquam & hoc caſu dubius ſit Curtius nume. 45. Vt autem augmentum fiat congruo modo, ſemper ad tempus contracti matrimonij reſpici oportebit.

Quintò limitabis textum hunc, vt minimè habeat locum, ſi filius grauatus legitimam à patre habitam conſumpſiſſet, ac deinde velit euertere fideicommiſſum pro dotandis filiabus quas vult collocare, neq; enim

enim hoc eſt illi permittendum. quod Paulus in præſen. notauit num. 11. Iaſ. final. col. qui aliud dicendum eſſe exiſtimat in dote reſtituenda, pro qua poteſt mulier euertere fideicommiſſum, etiam ſi tempore contracti matrimonij maritus habuiſſet pręter fideicommiſſum bona, ex quibus dotem ſaluo fide: cómiſſo poſset perſoluere. Quod tamen tu intellige, niſi culpa poſſet mulieri imputari, quæ marito vergente ad neceſsitatem dotem ſuam non repetijt, cùm id liceret ei facere. vulg. l. ſi conſtante. in princip. ff. ſolu. matrimo. l. vbi adhuc. C. de iure dot. cum alijs.

122 Vltimò collige ex finalibus verbis huius text. vtilitaté publicam ſemper eſſe præferendam priuatæ, quæ res expeditione nó eget.

ANTONII DE PADILLA Y MENESES AD LEGEM. NATVRALIS. ff. DE PRAESCRIP. VERB. Commentaria.

¶ Summa rerum. l. Naturalis.

1 *PArtus matris ſequitur conditionem.*
2 *Sed poteſt effici conſuetudine, ut patris conditionem ſequatur.*
3 *Et idem eſſe, cùm propter ingratitudinē pater reuocatur in ſeruitutem.*
4 *Atq; idem eſſe in murilegulis.*
5 *Filius ex propria ancilla procreatus ſeruus eſt patris ſui.*
6 *Quo ad honores tamen filius ſemper ſequitur patrem ſuum.*
7 *In Caſtellano principatu filio nobilitas uulgo dicta hidalguia à ſolo patre deſcendit.*
8 *Neq; ualere ſtatutum in contrarium, niſi fiat ab eo, qui non recognoſcit ſuperiorem.*
9 *Vulgo quæſiti, in omnibus matris conditionem ſequuntur.*
10 *Sed naturalis apud nos hidalguia perfruitur.*
11 *Naturalis quis ſit.*
12 *Legitimati principis reſcripto à tributorum exemptione non eximuntur.*
13 *Illuſtrium filij uulgo quæſiti, an cogantur contribuere.*
14 *Actio non eſt iuris uinculum, ſed obligatio.*
15 *Dati appellatione factum etiam comprehendi.*
16 *Contractus quatuor tantùm innominati.*
17 *Et multæ præterea ex iure noſtro diſpoſitiões enumerantur, quæ ſunt innominatæ.*
18 *Cōtractus innominati ſimplices nec reſpectiui ſunt plures.*
19 *Pactum nudum eſt cōtractus innominatus ſimplex.*
20 *Contractus innominati an concipiantur per dictionem, ſi, an uerò tantùm per dictionem, ut.*
21 *Pactum eſt genus, & diuiditur in affirmatiuum & negatiuum.*
22 *Sed ſi hi contractus duplicentur, quo pacto de illis erit iudicandum.*
23 *Permutatio an ſit contractus innominatus.*
24 *Tranſactio contractus innominatus.*
25 *Donatio an ſit contractus innominatus.*
26 *Contractus dotis an ſit innominatus.*
27 *Feudum an ſit contractus innominatus.*
28 *Emphyteuſis an ſit cōtractus nominatus, uel innominatus.*
29 *Contractus precariæ an ſit nominatus uel innominatus.*
30 *Iure canonico admiſſam eſſe hanc differentiam cōtractuum nominatorum, & innominatorum.*
31 *Item iure noſtro.*
32 *Contractus diuiſionis an ſit nominatus uel innominatus.*
33 *Contractus innominati iure gētium inuenti fuere.*

L. naturalis. ff. de præſcrip. verbis.

LEgem hanc inter difficiliores leges. ff. veteris annumerari nemo eſt qui neſciat: nã & Barto. eius interpretationem aggreſſus, hæc verba præfatur. Nota difficiliorem & vtilioré fortè legem q̃ ſit in. ff. veteri. In qua inquit Bart. fuiſſe quæſtionem quandã altiùs diſputatam per Paul. in qua plenè tractat materiam, ſicut ipſe Barto. dicit ſe ſolitum facere in quæſtionibus ſuis. Sed & Raphael Fulgo. ſtatim in princip. eorum quæ in hanc legem ſcripſit cómentariorum, plurimùm huius legis & difficultatem & vtilitatem commendat. Addit Pau. legem hanc eſſe famoſam ac ſubtilem. Iaſſo ſemper ſibi fuiſſe legem hãc viſam difficilem affirmat. Curtius, qui nouiſsimus eam fuit interpretatus, putare ſe inquit materiam hanc eſſe multùm difficilem. Dicit Odofredus in præſenti. col. 1. in prin. legem hãc eſſe famoſam & valde difficilem, & feciſſe hìc Paulum Iuriſconſ. quod medici ſolēt, qui cùm de qualitate morbi alicuius interrogantur, vniuerſæ medicinæ tractatum reuoluũt reſpóſuri.

Diuiditur autem vniuerſus textus hic in ſeptem partes principales. In prima ponitur

thema

thema & quæſtio. In 2. Paulus pro reſolutione propoſitæ quæſtionis altius exorditur vniuerſam materiã ob rem dati tractatus, quã ille diuidit in quatuor partes, hoc eſt in quatuor contractus innominatos. In 3. parte proſequitur primum contractũ, in 4. ſecundũ. in. 5. proſequitur tertiũ, in. 6. proſequitur quartũ. in. 7. determinat quęſtioné in princi. propoſitã. Secundã ibi, in hac quæſtione. Tertia ibi, & ſiquidem. Quarta ibi, at cũ do. Quinta ibi, quòd ſi faciam. Sexta ibi, ſed ſi facio. Septima ibi, ſi ergo. Oportet aũt legem hãc legi per particulas. Prima igitur particula continet merum factum, neque eget ſummario, in qua additur etiã quadrimẽbris diuiſio contractuũ innominatorũ.

1 Ex facti autem propoſitione hîc à Paulo relata tu collige ex illis verbis, naturalis filius meus ſeruiebat tibi cum Accurſio. i. ſcholio eum qui naſcitur ex homine libero & matre ſerua ſeruum eſſe, qm̃ partum ventris cõditionem ſequi neceſſe ſit. l. partum. C. de rei vendi. l. fi. C. de lib. cauſ.

2 Poteſt tamen conſuetudine effici, vt cõditionem patris partus ſequatur. Quod probat pulcher tex. Vrbani. 3. in c. dicet. de cõiu. ſeruor. quem in hoc notarũt ibi poſt antiquiores Canoniſtas Ancharan. 2. notabili, Panormitanus in primo. qui text. illius deciſionem ad ſtatutum extendit: & inquit illε eſſe huiuſmodi conſuetudinem in multis locis, ac proinde eſſe textũ illum in hoc mente tenendum.

3 Sequitur & patris conditionem partus, cũ pater propter ingratitudiné reuocatur in ſeruitutem, nam & filij hoc patre nati poſt commiſſam ingratitudinem reuocantur in ſeruitutem, etiã ſi libera ex matre nati fuerint. l. 2. verſi. filijs. de liber. & eorum libe. quod Iaſ. mirabile in præſenti videtur. Sed hoc propter inſigne delictum patris ingratitudine commiſſum euenire exiſtimat noſter Oroſcius in. l. & ſeruorum. 4. nu. 2. ff. de ſtat. hom.

4 In murilegulis ſanè ius ſingulare conſtitutum eſt, vt patris, non matris cõditionem ſequantur. l. fi. de murileg. lib. 11. Et vix paucos caſus præter hos inuenies, vbi non matris, ſed patris conditioné partus ſequatur.

5 Nam & filius ex ancilla propria ſuſceptus, ſeruus eſt patris ſui. l. 2. C. ſi mancip. ita fuer. alienat.

6 Quo ad honores ſanè filius patris conditionem ſequitur, non matris etiam nobiliſſimę. l. exemplo de decuri. lib. 10. l. nobiliores. de commer. & mercat. lib. 11. l. liberos. in fine. ff. de ſenator.

7 Vnde in Caſtellano hoc principatu ea nobilitas, quæ vulgo *bidalguia* appellatur, à patre in filios deſcendit, non à matre, etiam ſi illa illuſtris admodum genere ſit. l. 3. titu. 21. part. 2. Quare in his cauſis de ſtatu matris nil tractãdum erit, tametſi ex eadem lege regia cõſtet manifeſtiſsimè matris quoque nobilitatem vel plurimum decoris adijcere filiorum propagini: nam licèt natus ex ſolo patre *bidalgo* propriè dici poſsit & debeat *bidalgo*, nobilis tamẽ non eſt, niſi à matre quoq; *bidalga* fuerit procreatus. quæ lex notabilis in hoc eſt. atq; illi in hac parte videtur quodammodo conuenire text. in. c. penul. de pręben. ibi, niſi nobilem & liberũ, & ab vtroq; parente illuſtrem. Derogatur etiam vel plurimum ignobilitati patris ex perſpicua matris clari ſanguinis ingenuitate, vel Baldo notante in. l. fin. in fin. C. de ſerui. fugit.

8 Sed neque ſtatutum valere dicitur deferens nobilitaté filijs ipſis ex matribus. quod ex illa. l. exemplo. Bar. ibi notauit. nu. 2. qui neq; conſuetudinem valere in hoc exiſtimat idem Platea ibi. nu. 3. Decius in. l. fœminæ. num. 73. ff. de reg. iur. qui id ſtatim limitat, vt nõ procedat, ſi huiuſmodi ſtatutum fiat à principe, qui non recognoſcit ſuperiorem, cui licet illud facere ex Bartolo in. l. 1. num. 28. de digni. lib. 12. Cuius opinionem præter Decium ſequuntur Ioãnes Arze ab Otalora de nobilit. 2. p. c. 2. num. 7. Andreas Tiraquellus allegans multos. de nobilit. c. 18. num. 22. Guillelmus Benedictus in cap. Raynuntius. in prin. num. 15. de teſtament. Oroſcius in. l. liberos. num. 4. ff. de ſenat. Quare nec gẽtilitia matris nobilis inſignia filio

filio gerere conceſſum eſſe ſcribit vir vſque quaq; doctiſsimus Andreas Alciatus in. l. familiæ. §. fœminarum. num. 2. ff. de verbo. ſignifi. Sed apud nos paſsim videmus nobiliſsimos quoſq; matrum quoq; & cognominibus nuncupari, & inſignibus quoque vti. Regibus autem Hiſpaniæ hoc legitimũ ſemper fuit, vt matrum inſignia ſuis minimè interſerant, vxorũ ſanè ſolent ſuis quoq; ſemper adiungere.

9 Sed hoc in vulgo quæſitis locũ non habet, illi enim matris non patris ſtatum conditionéq; ſequuntur. l. cũ legitimę. l. lex naturæ. ff. de ſtat. hom. l. generaliter. §. ſpurios. ff. de decur. quare ad eos paternam nobilitatem non pertinere. Bar. verè exiſtimauit in l. 1. de digni. lib. 12. nu. 50. Florianus in. l. qui teſtamentũ. ff. de probat. Iaſ. in. l. fi. nu. 14. de ver. ſig. Et licèt in Francia hi quoq; paterna nobilitate perfruantur. quod referunt Bonus de Curti. de nobi. 4. p. nu. 45. Ioan. Otalora de nobilit. 2. p. 3. part. c. 3. nu. 3.

10 Apud nos ſanè ſi naturales illi ſint nec illigitimi aliunde, paterna *hidalguia* filij perfruentur. l. 1. tit. 11. par. 7.

11 Eſt autem naturalis filius ex lege illa, qui conceptus fuit ex vnica concubina domi retenta. Sed hodie vtcunq; ex ſoluto & ſoluta procreatus naturalis. eſt. l. 11. Tauri.

12 Illigitimi ſanè, et expuntibili coitu procreati, etiã principis reſcripto legitimati ad huiuſmodi nobilitaté atq; tributorũ exéptionem nõ admittuntur. Quod Carolus Maximus Pintię diſpoſuit anno. 1542. petitione 9. ſecundũ quã fuiſſe nõ ſemel in Granatẽſi prætorio pronũtiatũ cõtra hos legitimatos prætendentes exemptioné affirmat Epiſ. Ciuita. in epit. de ſponſal. 2. p. c. 8. §. 4. num. 4.

13 Sunt tamẽ qui exiſtiment filios illuſtriũ perſonarũ, Ducũ, Comitũ, vel Marchionũ etiã ſpurios liberos eſſe à cõtributione atq; paterna nobilitate perfrui, quod neq; iure probari ſcio, neq; verum eſſe arbitror.

14 Secundo loco ex illis verbis Pauli, qua actione mihi teneatur. colligit Fulg. impropriè hîc Iuriſconſultum loquutum fuiſſe, quoniã propriùs dixiſſet, qua obligatione quoniam actio non eſt iuris vinculum, ſed obligatio. in princip. de obligat. Inſt. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procurat. ſed poſtquam Iuriſconſultus ita loqui non exhorruit, Fulgo. inquit, & nos eodem modo loquemur.

15 Tertiò colligit ex illis verbis ob rem dati, quòd appellatione dati, factum etiam comprehenditur, nam hoc vno verbo etiã contractus, facio vt des & do vt facias, Iuriſconſultus hîc complectitur.

16 Quartò collige ex tex. quatuor eſſe tantũ contractus innominatos, qui hîc à Paulo referuntur.

17 Adde, quòd ſicuti contractus quidã inueniuntur innominati, ita & diſtractus quidam ſunt innominati: nam ſi fiat liberatio per acceptilationem, eſt diſtractus nominatus: ſi pacto nudo, eſt diſtractus innominatus. Bald. eleganter in rub. de tranſact. extra fin. col. verſ. & ſic cõclude. Iaſ. in. l. cùm mota. num. 23. C. de tranſact. Sũt & delicta quædam innominata. Barto. in. l. ſi familia. ff. de iuriſ. om. iud. idem in. l. ſenatus. ff. de accuſ. & in. l. t. in prin. nu. 7. ff. ad Turpill. Eſt & vltima voluntas quædam innominata, quæ nec teſtamentum eſt, nec codicilli. glo. in. l. licet inter priuatos. in gl. compendium. C. de pact. quam ibi ſequuntur omnes. & teſtatur eſſe communiter approbatam Boërius deciſione. 155. num. 7. pro qua videtur text. in. l. cùm antiquitas. in prin. C. de teſtamen. ibi. vel vltima quædam diſpoſitio. & in. l. vnica. §. fin. C. de cadu. toll. ibi, & omni vltimo elogio. in. l. hac cõſultiſsima. §. ſi quis autem. C. de teſta. ibi, non quaſi teſtamẽtum, ſed quaſi voluntatem vltimam inteſtati. licèt nonnulli contendant illam vltimã voluntatem de qua agit Imperator in. l. licet inter priuatos. non eſſe vltimam voluntaté innominatam, ſed teſtamentum eſſe conſtans militari priuilegio. quod ibi cenſuerunt Petrus, Cynus, ac Fulgo. & eſſe cõmunem horum opinionem teſtatur Antonius Criſpus Lucenſis in rub. ff. de leg. 1. num. 2. Sed reuera illa diſpoſitio non eſt vltima volũtas, ſed cõuentio quædã, poſtremi iudicij vicem obtinens. Quod quàm optimè dedu-

 citur

citur ex.lege.33.tit.11.part.5.Eſt & probatio quædam innominata,cuius meminit Bald. in rub.C.de probat.ſtatim in prin. Sunt & ſeruitutes innominatæ. quod nos notauimus in rub.C.de ſeruit.& aqua. Item actio quædã innominata ac in genere.l. ſiue pro fratre.C.de neg.geſt.quem text. in hoc notat Bald.ibi.col.2.& dicit eſſe mirabilẽ Marcius Mantua lib.1.obſeruat.c.2.col.8. Eſt & hæres quidam innominatus in prin. Inſtit. de eo cui libert.cauſ.bon.addic.Et ſucceſsio quædam innominata.Bald.in authen.itaq;. num.1.cõmu.de ſucceſſ. Eſt & iudex quidã innominatus.de quo eſt text.in authen. ha bita.C.ne filius pro pat.Et iudiciũ quod dã innominatũ.Decius in rub.ext.de iudi.n.7. Et ſententia quædam innominata. Bald. in l.fin.§.ſed & ſi quis.num.6.C.commu.de legat.Eſt & bonorum quædam poſſeſsio innominata, non quidem illa ſeptima extraordinaria, quam optima ratione introduxit prætor,de qua loquitur text. in.l.vnica. ff.vt ex legibus.& ſenat.cõſul.in.§.ſeptima. de bono.poſſ.ſed alia quædam,quæ dicitur gratia tuendarum tabularum,cuius in optimo propoſito meminit Romanus in.l. fin. num.5. C. vnde legit.

18 Sed contra tex.hunc,imò quòd vltra ſpecies hic enumeratas ſint etiam alij contractus innominati,allego text. eiuſdem Pauli in.l.ſenatus.§.1.verſ.nec dubitauerunt Caſſiani.ff.de donat.vbi ille cõtractus celebratur,vt Lucius Titius aliquid faciat, aut vt aliquid contingat.Bar.in præſen. col.1.verſ. ego fortiſsimè oppono.ſoluit hanc difficultatem,dicens contractũ propriè dici eũ,qui eſt vltro citroq; obligatorius.l.Labeo.§.cõ tractũ.ff.de ver.ſig.atq; Iuriſcõſultũ. hic idagere,vt tractet materiã ob rẽ dati tractat', quãdo illa cadit in contractũ.& hoc eſt qđ dicitur in tex.hoc.totus ob rẽ dati tractat'. ſed in.l.cõtraria licèt inſit datio ob cauſam in illis caſibus tamen recipiens non obligatur ad aliquid faciendum vel dandũ. Faciliùs multò potuiſſet Bar.explicuiſſe mentẽ ſuã in hac oppoſitione,dicẽs tex. hũc agere de cõtractibus i nnominatis reſpectiuis, qui ſunt hi quatuor dũtaxat hic à Pau.enumerati,legem contrariã agere de contractibus innominatis ſimplicibus nec reſpectiuis.Bar.ſolutionem & intellectũ ſequuntur in præſ.Fulgo.n.1.Pau.de Caſt.nu.3. Iaſ.n.3. & cæteros tranſire cũ Barto. affirmat Curt. idem ſequutus col.1. Hos autem cõtractus innominatos informes nouiſsima voce, ſed aptiſsima,nuncupauit Fernandus Menchaca.de ſucceſſ.creat.§.11.nu.48.

19 Ex hac cõmuni ſolutione infertur,pactũ nudum eſſe contractum innominatũ ſimplicem nec reſpectiuum. Atq; ita eſt intelligenda gloſ.in.l.1.in gl. figuris.in fin. ff. de act.& obligat.quam ita interpretatur Bald. in.l.lecta.col.penul.verſ.quæro an certum. ff.ſi cert.pet.idem in rub.C.de pact.ante numerũ.1.Soci.dicẽs eã eſſe ordinariã in.l.2. in prin.col.2.ff.ſi cer.pet.Tiraq. allegans multos eandem gl.ſequutos.poſt.ll. cõnubi. gl. 3.nu.6.Ioan.Crotus in rub.nu.12.ff.de verb. oblig.& teſtatur gl.opinionẽ eſſe cõmuniter approbatã noſter præceptor Oroſcius in l.1.§.conuentionis.nu.15.ff.de pact. Et ita nõ oportet dicere impropriè pactũ eſſe cõtractũ,ſed propriè eſt cõtractus innominatus ſimplex ac nõ reſpectiuus.Tametſi de contractu improprio glo.illam interpretentur Alex.in.l.5.in prin.n.9.ff.de ver.obl.Decius in rub. C.de pact.n.7.Secũdo loco oppono ipſe contra tex.hunc cũ Bar.col.1.verſ. Secũ

20 dò oppono & fortiter.Datur hic doctrina à Iuriſconſulto,quòd hi contractus innominati reſpectiui cõcipiũtur per aduerbiũ, vt, vt ſi dicã, Do vt facias, Facio vt des. Sed interdum hi contractus cõcipiuntur per dictionẽ,ſi,vt in hoc exẽplo,Do ſi feceris, Facio ſi dederis. & ſimilibus.vt in.l.ſi intra. ff. de pact. Nõ eſt igitur perfecta deciſio quæ hic ponitur à Iuriſconſulto.Bar. ipſe ſoluit hãc difficultatẽ,dicens per dictionẽ,ſi,induci cõditionẽ,& ea quę ſunt in cõditione,nõ eſſe in diſpoſitione.l.ſi qs ſub cõditione.ff.ſi quis omiſ. cauſ.teſ.& ideò cõtractus ille per cõditionẽ geſtus nõ eſt propriè cõtractus, cũ nõ ſit vltro citroq; obligatori'.Cõſtat igitur ex hac Bar.reſolutione, quòd cõtractus innomi-

innominati non cōcipiuntur per ſi, ſed per
vt.Contrariam ſentētiam, imò quòd & per
ſi, concipiantur, tenet glo.in.l.ſi intra.in gl.
mag.ff.de pact.alia in.l.hoc iure.§.Labeo.in
gl.fueris.ff.de donat. vbi eam ſequitur Cu-
manus. Sed opinionem Bartoli in præſenti
tenet gl.in.l. ſi quis cum debitore. in gloſſ.
iuſta conuentio.ff.de iureiuran.Bartolus in
l.ſolent.nume. 2. Andreas ab Exea de pact.
num.518.Barto.in illa.l.ſi quis cum debito-
re.num.3.& in illa.l.ſi intra. ita has opinio-
nes componit, vt ſi ex implemēto cōditio-
nis aliquid adſit parti, dicitur ille cōtractus
innominatus. Et ita ſunt accipiendæ duæ
illæ gloſ. priores, quæ hoc ipſum videntur
ſignificaſſe iunctæ ſuis textibus.Sed ſi parti
nil adſit, ex huiuſmodi implemento non di
citur cōtractus innominatus. atq; ita opor-
tet accipi gloſ.in.l.ſi quis cum debitore. Ve
ra tamen opinio eſt, vt ante impletam con-
ditionem impropriè dicatur ille cōtractus
innominatus, ſed poſt impletam conditio-
nem cenſeatur iam conuentio iſta contra-
ctus innominatus. ita enim verè Bartolus
diſtinxit in.l.ſiue apud acta.nu.24. de tranſ
act. C. & ſequuntur hanc opinionem Ful-
go.in præſ.nu.2.Iaſ.nu.5.Curtius col.2.Ful-
go.in illa.l.ſi quis cū debitore.nu. 4. Alexā.
ibi.num.4.Iaſ.nu.6.Iaſ.in.l.ſolent.§.eodem.
Angel.in illa.l.ſi intra. vbi Oroſcius nu.2.
teſtatur hanc eſſe magis communem opi-
nionem eam ſequutus.num.2.

21 Tertiò contra tex.hunc ita oppono. Nō
facere, eſt ſpecies diſtincta à facere. l. in fa-
cto.in prin. ff.de con. & demōſt. ſed quidā
eſt cōtractus innominatus, do vt nō facias,
vel nō facio vt des.l.dedi.in prin.ff.de cōdi.
ob cauſ.vbi ego decē tibi dedi ne ad iudiciū
ires, & eſt quidem ille cōtractus innomina
tus, nō igitur Iuriſconſultus ſufficiēter hîc
docuit de contractibus innominatis. Huic
difficultati reſpondet Bartolus in.3.oppo.di
cens factum poſſe accipi vt genus, & diuidi
tur in affirmatiuum & negatiuum, vt in fa
cere & non facere.vt in dicta.l.in facto. hîc
igitur accipit Iuriſconſultus factum vt ge-
nus, & ita continet ſub ſe factum affirma-
tiuum & negatiuum facere & non facere.
Licèt Iuriſconſultus hîc minimè proſequa-
tur niſi quando factum affirmatiuè fuit
promiſſum. Bart. ſolutionem ſequuntur in
præſ.Fulgo.nu.2.Paulus de Caſt. nu. 4. Iaſ.
in effectu nu.5.& cæteros tranſire cū Barto.
affirmat Curtius nu.5.

22 Quartò oppono imò quòd adhuc Iuri-
ſconſultus inſufficienter diuiſerit hos con-
tractus innominatos, ſunt enim plures eorū
ſpecies: vt ſi ego aliquid dem & faciam vt
tu des, vel do & facio vt tu des. & ita pote-
runt hi contractus multis numeris excre-
ſcere.Sed Bart.reſpondet in verſ. quartò op
pono.quòd & ſi plures illi ſint, doctrina ta
men data hîc de ſimplicibus comprehendi
caſus mixtos. & Bartoli ſolutionem ſequū-
tur Fulgoſius in fine. Paulus de Caſt. nu.3.
Iaſ.col. 2. & eſſe communem affirmat Cur-
tius nu.6.Probat autem Bar. hoc ex legibus
vulgatis.§.item miſta.de acti.Inſt.l.ſi ita ſcri
ptum.in prin.ff.de lib.& poſthum. Ex qui-
bus Barto. apparatus ad huius legis princi-
pium eſt explicitus. Sed antequam ad vlte-
riores contractuum innominatorum pri-
uatas difficultates pgrediamur, ſcire te ob-
iter oportet de quibuſdam contractibus nō
ſatis ex iuris conſultorum reſponſis atq; le-
gibus imperatorum cōſtare nominati ſint
23 vel innominati, nam permutatio vtris ſit
annumeranda ambigitur. Obtinuit tamen
innominatum eſſe hunc contractum, vt in
quo re integra liceat pœnitere.l.ex placito.
C.de rer.permut.l.1.verſi. permutatio. ff.de
rer.permut. Sed nonne elegans nomen eſt
permutationis? cur igitur innominatus di-
citur? Et cùm variè in enodanda hac diffi-
cultate dictum ſit, vera magis & receptior
eſt ſentētia glo.in.l.iuris gentium.in princi.
in gloſ.facias. ff. de pact. quoniam nomen
hoc generale ſit, quodq; alijs etiam conuen
tionibus conueniat. Nam vt eleganter Bar
tolus obſeruauit in illa.l.iuris gentium. no-
men generis generaliſsimi vel ſubalterni
non facit rē nominatā, ſed nominis ſpeciali
tas (vt ita dicam).l.2.cū ſequentibus.ſup.iſto
titu. & hanc rationem ſequuntur omnes

in illa.l.iuris gentium.§.Nam quod ex Albe
ri. conſtat antiquiores eam probarunt. itẽ
ipſe Albe.& Bar.Bal.& Angel.nu.2. Paulus
num.5.dicens hanc eſſe veritatem.Alex.ibi.
nu.5.dicens hanc eſſe veram rationem. cõ-
munem eſſe teſtantur eam ſequuti ibi Iaſſ.
num.7.Oroſcius num.2. quam apertiùs po
ſuit gloſ.in rub.C.de rer.permut.vbi eã om
nes ſequuntur. & tametſi quædam ſubtili-
ter contra communia moliatur Fortunius
in illa.l.iuris gentium.illa omnia diluit Berẽ
garius Fernandus in. l. pacta conuenta. c.3.
num.43.ff.de cont.empt.

24 Qua ratione etiam dicitur tranſactionẽ
eſſe contractum innominatum, quoniam
generale nomen habet. quod ipſe explica-
bo in rub.C.de tranſact.

25 At de donatione maius negotium eſt,
vtrùm ſit nominatus vel innominatus con-
tractus? Et gl.quidem in illa.l.iuris gẽtium.
olim fuiſſe innominatũ affirmat, hodie no-
minatũ, vt qui vel citra ſtipulationẽ actio-
nem iam producat.l.ſi quis argentum. §.fi.
C.de donat.& tenuit eandẽ opinionẽ gl. in
l.fi.in parte, liberaberis.ff.de condi.ob cauſ.
quam ibi ſequitur Salice.nu.7.gl.in.l.pacta
conuenta.in parte, nouam emptionẽ.col.2.
de con.emp.ff.alia in.l.2.in gl. reſolueretur.
C.de condict.ob cauſam.vbi eam opinionẽ
ſequuntur Odofredus col.1.in.fi.Alber. ſu-
per gl.2.& affirmat ibi Salicet. nu.4. quòd
hanc opinionẽ tenent gl.cõmuniter.gl.in.l.
in ædibus.§.1.in glo.1.ff.de donat. rurſus Ia-
cob.Butrica.& Alberi.in illa.l. iuris gentiũ.
nu.8.contendunt & olim & hodie eſſe con
tractum donationis innominatum.Sed ve-
riùs Bar.ibi.nu.2.exiſtimauit & olim & ho-
die contractum hunc fuiſſe nominatum.
quod probat tex.in.l.Ariſto.in prin. verſic.
deniq;.ff.de donat.vbi re integra in contra-
ctu donationis non eſt locus pœnitentiæ,
igitur eſt contractus nominatus, nã ſi eſſet
innominatus, pœnitentia admitteretur. l.ſi
pecuniã.in prin.ff.de condict.ob cauſ.hanc
Bar.opinionem ſequuntur ibi Angel. nu.3.
Pau.nu.7.Alex.teſtatus hãc eſſe cõmunem
opinionẽ.nu. 6. cõmunem eſſe præterea te-
ſtantur Iaſ.nu.8.Oroſcius nu.10.& eã etiam
tenet Barto.in.l.in ædibus.§.1.verſic. quæro
an donatio.ff.de don.idem Bar.in.l. 2. col.1.
ad fin.C.de condict.ob cauſam. Baldus ibi.
nu.8.dicens hanc eſſe veritatem.idem Bart.
in.l.fi.num.6.ff.de condict.ob. Ang.ibi nu.
1.Paulus de Caſtro nu.14.Alexan.num.6.&
teſtatur eſſe communem Iaſſ. nume. 13. &
affirmat eſſe cõmunem idem Iaſ. eã ſequu-
tus in.l.qui Romæ.§.Flauius.nume.12.ff.de
verb.oblig.teſtatur eſſe cõem Riminald.in
rub.de dona.inſt.n.40.multos allegãs. Ne-
que mutat, quòd olim actionem cõtractus
donationis non produceret, nã neq; cõmo
datum actionẽ producit hodie, neq; depo-
ſitum, neq; deniq; omnes, qui re contrahũ-
tur, illi enim ſolũ ex nominatis actionẽ pa-
riũt, qui ab ipſo actu paſciſcendi denominã
tur, vt emptio, locatio, ſocietas, nõ qui à rei
executione appellantur, vt donatio, & cæte
26 ri ſimiles. De contractu dotis non minor cõ
tẽtio eſt. Sed eſſe contractũ innominatum
probat tex.in.l.ſi ego.§.1. ff.de iure dot. vbi
probatur fauore dotis in illo cõtractu etiam
re integra nõ eſſe locũ pœnitentiæ: vt igitur
ſit ius ſpeciale in dote, ſupereſt dotis cõtra-
ctũ eſt innominatũ, nã ſi eſſet nominatus,
iure cõmuni nõ admitteretur pœnitentia.l.
ſicut.de act. & obliga. & cũ ſimilibus. atq;
ita tenuit Bart.in.l.legitima.nu.2. & in.l.iu-
ris gentiũ.col.1.ad finẽ. ff.de pact.dicẽs, ꝙ ſi
contractus dotis incipiat à traditione, eſt no
minatus, & actionem producit, ſed ſi à pro-
miſsione, nullã actionẽ ꝑducere. idẽ tenet
Bal.in.l.legẽ.n.5.C.de pact.& in.l. ſicut. n.6.
C.de act.& obligat.& hanc opinionẽ teſta-
tur eſſe cõmunem Rip.in rub. ff.ſol. matri.
nu.75.Sunt tamen qui exiſtiment hunc do-
tis cõtractum nominatum quidẽ eſſe, qm̃
elegans nomẽ habet.atq; hanc opinionem
videtur mihi Bar. in duobus locis paulò an
tè à mecitatis ſignificaſſe, & hãc opinionẽ te
ſtatur eſſe cõmunem eam ſequutus Cam-
petius de dot.2.par.quæſt. 6. Neq; huic opi
nioni obſtat tex.in.l.ſi ego. quoniam priui-
legium ibi in hoc verſatur, vt non finiatur
mandatum re integra morte mandantis,

nó verò vt pœnitétia excludatur re integra:
27 Feudum autem contractus nomina-
tus eſt, qui à conſuetudine nomen acce-
pit. Bartolus in l. iuris gentium. §. quinimo.
num. 19. ff. de pactis. Iaſ. ibi. nu. 16. Oroſcius
nu. 45. Bal. in c. quæ in eccleſiarũ. nu. 20. de
conſtit. Imo. ibi. nu. 17. Iaſ. in prælud. feud.
nu. 34. idé in l. vnica. nu. 8. ff. de condict. ex
leg. & ita obtinuiſſe poſt multas contentio
nes affirmat Zaſius de feud. 1. par. c. 2. nu. 5.
& allegans multa teſtatur hanc eſſe cómu-
nem opinionem Laurentius Syluanus de
feud. q. 3. nume. 4. Vnde ex hoc contractu
nó cõpetet actio pręſcriptis verbis, ſed actio
feudi, ſeu ex feudo. Bart. in l. vnica. nu. 10. ff.
de condict. ex leg. tametſi Bal. in rub. C. de
rer. per. nu. 2. & in l. vnica. n. 8. quãd. lice. ab
empt. diſced. cõtendat feudũ eſſe contractũ
innominatum, cuius opinio exploſa eſt.
28 De cõtractu emphyteuſis etiá cõtrouer-
ſia eſt, obtinuit tñ cõtractum nominatum
eum eſſe ex tex. in l. 1. C. de iure emphyteut.
vbi contractus hic ſpeciale à lege nomé ac-
cepit, quod alijs cõtractibus nó cõuenit. at-
que ita tenent ibi Ange. n. 1. Iaſ. allegãs alios
nu. 69. & teſtatur hanc opinioné eſſe cõem
idé Iaſ. in prælud. feud. nu. 34. Vnde neq; ex
hoc cõtractu dabitur actio præſcriptis ver-
bis, ſed actio ex emphyteuſi. quod Bart. ipſe
notauit in illa l. vnica. nu. 8. tametſi Pet. de
Bellapertica Barto. ibi relatus exiſtimaret
actioné præſcriptis verbis dandã eſſe, & le-
ges noſtræ etiá contractũ hunc agnouerũt,
à quibus etiá nomé accepit. l. 1. t. 14. p. 1. l. 28.
29 ti. 8. p. 5. De cõtractu precarię etiá dubitarũt,
qué iura põtificum inuenerũt. De quo ſunt
tex. in c. precarię. 10. q. 2. in c. clerici. 16. q. 3. in
c. 1. de precarijs. Et cõſtat contractũ hũc eſſe
innominatũ, qm̃ habet nomen generis, nõ
ſpeciale. gl. ſing. in c. 1. in gl. 1. in fi. de preca-
carijs opinioné ſequuntur ibi Abbas anti-
quus, Ioan. Andr. Antonius & antiquiores.
& teſtatur eſſe cõem opinioné Ioã. de Imo.
30 ibi. n. 3. quare dabitur ex eo cõtractu actio
præſcriptis verbis. Ex quo tu ſubinde nota-
bis, iure etiam Canonico admiſſam eſſe hãc
differentiam contractuũ nominatorum
31 & innominatorum. Sed & iure noſtro ad-
miſſa eſt lege regia. 3. titul. 6. par. 5.
32 Diuiſionis autem contractũ innomina-
tũ eſſe cõſtat ex eo, quòd niſi traditione vel
ſtipulatione ſumat effectum, ad actioné vt
nudum pactũ prodeſſe nulli poſsit. l. diui-
ſionis placitum. ff. de pact. vbi id eleganter
vt omnia notat Salmanticenſis ſcholæ ciui-
lis præceptor doctiſsimus Ioãnes Oroſcius
nu. 2. atq; idem ex eadem. l. notauit Bald. in
33 rub. nu. 2. C. de rer. permut. Contractus aũt
innominatos iure gentium inuentos fuiſſe
author eſt Paulus de Caſtro in l. ex hoc iu-
re. num. 31. ff. de iuſt. & iure.

¶ Summa rerum. §. Et ſiquidem.

1 DAta pecunia pro re, eſt contractus emptionis & venditionis.
2 Sed quid ſi pecunia & ſpecies dentur, quis erit cõtractus æſtimandus?
3 In dubio contractum nominatum vel innominatũ debeamus æſtimare?
4 Dominij tranſlatio eſt contra ſubſtantiam contractus emptionis ac venditionis.
5 Venditor generis tenetur dominium transferre.
6 Sed neq; eſſe venditionem, in qua ne dominiũ transferatur dictum ſit.
7 Verbum, ſuſcipio, vel recipio, an importet dominij tranſlationem.
8 Data ſpecie pro ſpecie, contrahitur permutatio.
9 Et an hic contractus et contractus, Do ut des, inter ſe differant.
10 Ex contractu innominato, Do ut des, cõpetit actio præſcriptis verbis.
11 Ita dicta, quoniam datur ſecundum præſcripta verba ab ipſis partibus.
12 Et competit hæc actio in tribus contractibus innominatis.
13 Et in pacto veſtito cohærentia contractus.
14 Et quoties dubitatur de nomine contractus.
15 Et ex diuiſione bonorum facta inter cohæredes ab arbitrio.
16 Differentiæ inter hanc actioné & actioné in factũ.
17 In his contractibus innominatis an oriatur obligatio naturalis ante implementum?
18 Et an iure Canonico actionem producant?
19 Et an iure noſtro?
20 Et quid ſi iuramentum illis acceſſerit.
21 Et an in his contractibus oblatio implementi loco ſit?
22 In contractibus innominatis obligatio dandi nõ eſt præciſa, ſed ad id quod intereſt.

23 *Declaratur tex.in.l.fin.ff.de condict.cauſ.dat.*
24 *In cõtractibus innominatis an liberetur debitor re perempta.*
25 *Libellus quomodo in hac cauſa concipiendus ex doctrina Bartoli,*
26 *Examinatur quæſtio Bartoli ab eo tractata.nu.6.*
27 *Item altera eiuſdem Bartoli.num.7.*
28 *In contractibus innominatis fauore dotis non eſt locus pœnitentiæ.*

§. Et ſiquidem.

HIc incipit tertia pars huius tractatus, in qua Paulus Iuriſconſultus incipit diſſerere de peculiari natura cuiuſq; cõtractus, atq; in primis de contractu, Do vt des. Diuiditur text. hic in tres particulas. In prima ponitur vnum dictum, aliud in ſecũda. In tertia dicitur, ad quem pertineat periculum rei ex permutatione præſtandæ. Secũda eſt ibi. Si autem rẽ do. Tertia ibi, Sed ſi ſcyphos.

1 Ex prima particula tu collige, quòd quãdo datur pecunia pro re aliqua accipienda, ille eſt contractus nominatus, emptionis ac venditionis.

2 Sed quid ſi pecunia ſimul & ſpecies aliqua dentur, an erit contractus ille nominatus emptionis ac venditionis, an verò innominatus, Do vt des? Et Bart. in.l. 1.nu.7.ſup. de rer.permut. exiſtimat diſtinguẽdum hic eſſe, quid principaliter agatur: nam ſi re vendita certo pretio ſuperaddatur aliquid qđ in pretio non conſiſtat, erit emptio nihilominus. allegat Barto. tex. in. l. tenetur. §.1.ff. de act.empt. vbi ſi inſulã certo pretio vendidi, & vt alteram inſulam mihi ædificares, ad vtrunq; mihi contra te ex empto actio eſt. Quòd ſi re cum re altera permutata pecuniæ aliquid addatur, erit cõtractus innominatus, Do vt des. Et hanc Bartoli doctrinam videtur probare text. in. l. Ariſto. ff. de donat. vbi Barto. idem notat. l. fundi partẽ. ff. de cont.empt. l. ſi in emptionem. in prin. ff. de cont. empt. vbi Bartolus idem notat. & eſt text. cæteris in hoc notatu dignior in c. ad quæſtiones. de rer.permut. quare Bartoli diſtinctionem ſequũtur omnes in proprio loco. quod idem ſequutus affirmat Iaſ. ibi. num.11. & Bart. Præterea ſequuntur plurimi allegati à Tiraquel. de vtr. retract. §.30.gl.1.nu.36. & teſtantur præterea eſſe cõmunem opinionem eam ſequuti Ripa nu. 62. Purpurat. num.62. in.l.2. in prin. ff. ſi cer. pet. Boërius deciſ.144. nu.1. Pinelus in rub. C. de reſcinden. vendit. 2.p.c.2.nu.1.

3 Sed quid ſi conſtare non poſsit maior ſit quantitas an ſpecies, vel contra, quis contractus in dubio ſit præſumendus? Et Bald. quidem in prælud. feud. num.11. cõtractum nominatum emptionis ac venditionis in dubio eſſe præſumendum exiſtimat, quoniam nobilior ille quidem ſit, atque ex iure gentium originem ducat. Baldo conſenſerunt in hoc Alexan. in. l. ſi in emptionem. in princip. 2. addit. ff. de contr. emptio. Iaſ. in. §. actionum. num. 122. de actio. Inſtitut. Sed contractum innominatum eſſe in dubio præſumendum exiſtimat Bartolus in il la. l.1. ff. de rer. per. vbi idem ſequuntur Fulgo. & Iaſ. idem Iaſ. in. l.2. in princip. fina. colum. ff. ſi cert. petat. vbi Purpurat. paulò antè à me citatus teſtatur hanc eſſe communem opinionem. item Boerius, quem paulò antè allegaui. Oroſcius. l. iuris gentium. §. & ideò. nu.17, ff. de pact. Sed opinioni quæ Baldi eſt, accedere videtur argumentum ex textu in. l.2. §.1. verſ. quòd ſi aurum. ff. locat. vbi in dubio videtur lex contractum nominatum interpretari. Sed ibi merces aurifici pro auro expoliendo conſtituta, declarauit contractum geſsiſſe partes nominatum locationis & conductionis, non innominatum, Do vt facias. Tertia fuit ſententia exiſtimantium pro dimidia parte in hac ſpecie cenſeri contractum innominatum, nominatum verò pro alia dimidia. argumento textus in. l. Lucius. §. eod. ita enim tenuerunt Cynus & Baldus. 3. lectione in. l. quæritur. ff. de ſtatu. homi. & horum opinionem probauit Epiſcopus Ciuitatenſis lib.2. variar. reſol. c.4. num.9.

Sed contra tex. hunc in hac parte oppo-
4 no tex. in. l. fin. ff. de cõdi. ob cauſ. vbi ſi ego pecuniam

pecuniam tibi dedero vt mihi tu Stichum dares, non contrahitur emptio neque venditio, ſed contractus innominatus, Do vt des. Glo. in præſ. in verbo, emptio, & venditio, ſoluit hanc difficultatem, dicens in illa l. ſi. datam fuiſſe pecuniam in ſpecie, hic in quantitate, atque ideo in præſenti fuit emptio & venditio, in lege contraria fuit innominatus contractus. Do vt des. atque hunc etiam intellectum ad has leges tenuit gloſ. in. l. hæc venditio. §. penu. verbo, quantum pretij. ff. de contrahen. emptio. Sed hic intellectus diuinat ad legem illam. Verior igitur intellectus eſt glo. in. l. contraria. in parte, procliuior. ideo ibi venditionis contractum non fuiſſe, quoniam per verbum, dares, fuit contractus ille celebratus, quod cùm dominij tranſlationem ſignificet, eſt contra ſubſtantiam illius contractus. Atq; hunc intellectum ſequũtur in præſen. Bart. 1. oppo. Fulg. nu. 6. Paulus de Caſt. nu. 2. Iaſ. nu. 1. Curtius nu. 9. affirmãs omnes in hoc tranſire cum Bartolo. Et eam quoq; ſolutionem tenent Bart. & alij in. l. contraria. idem Bartolus in. l. 2. in fin. principij. ff. ſi cert. pet. vbi Decius nu. 13. Ripa nu. 31. Curtius nu. 30 teſtãtur communem eſſe hũc intellectum. & præter eos. affirmant hunc intellectum eſſe communem Corraſius in miſcell. lib. 2. cap. 9. Pinel. in rub. C. de reſ. vendit. 2. par. cap. 3. num. 13. & hi alios etiam intellectus referunt ad. l. illam.

5 Conſtat igitur ex hac ſolutione Bart. cõmuniter approbata, contra ſubſtãtiam venditionis eſſe pactum, vt venditor rei venditæ dominium transferre teneatur, & hoc eſſe proprium contractuum innominatorum, vt obligati ex illis dominium transferre teneantur. Ratio autem ea communiter notata eſt, quoniam cùm venditor non aliter liberetur quàm ſi rem quam vẽdidit in ſpecie trãdat, emptor autem poſsit hos vel illos nummos offerre venditori: venditor in hoc veluti grauatus in altero alleuiatur, ne teneatur rem quam vendidit facere accipientis. Ex qua ratione infertur, quòd venditor rei in genere, puta equi vel tritici, tenetur rem venditam dare emptori, atque eius dominium in eum transferre, non aliter ab actione ex empto liberandus. quod videtur innuiſſe gl. notabilis in. l. ex empto. in princ. in gl. facere cogitur. ff. de act. emp. ex qua tenet hanc illationem Bart. ibi. idem Bart. in. l. 2. in fine principij. ff. ſi cert. pet. vbi Iaſſ. col. pen. Decius nu. 22. Alciatus. nu. 26. Curtius nu. 35. teſtantur hanc eſſe communem opinionem. quam etiam tenet Barto. in. l. qui concubinam. §. ſi hæres. num. 2. ff. de legat. 3. Barto. in. l. ſi domus. §. de euictione. num. 3. ff. de legat. primo. Iaſ. ibi. nu. 25. idem Iaſſ. in. l. ſi à ſubſtituto. §. ſi. num. 4. ff. de legat. 1. & in. l. cum mota. num. 22. C. de tranſactio. teſtatur hanc opinionem eſſe communem Gomecius in. §. ſic itaque diſcretis. nu. 23. de actio. Inſtit.

6 Vltimò adde, quòd ſicut non eſt venditio in qua conuenit de transferendo dominio rei venditæ, ita quoq; vitiabitur contractus ille, ſi dictum ſit, ne dominium in emptorem transferatur. ex tex. fortaſſe ſingulari in. l. cum manu ſata. verſic. fin. ff. de contrahen. emptio.

7 Ex ſuperioribus infert Bar. nu. 3. hoc verbum (recipiam) vel (ſuſcipiam) non inducere neceſſariò tranſlationem dominij. Et eius opinionem quam ille rectè colligit ex hoc textu probat in præſent. Fulgo. nu. 6. Paulus nu. 3. Iaſſ. col. 2. Curtius nu. 10. & idẽ voluit Bart. in. l. 1. nu. 4. ſupr. de re. permut. Sed huic Bartoli obſeruationi obſtat text. in. l. cum mota. C. de tranſact. vbi fuit facta tranſactio ſuper quadam querela inofficioſi teſtamenti, vt hæres legitima ab actione diſcederet, ſuſcepta aliqua parte bonorum. Et inquit ibi gloſſ. parua in parte, ſuſciperet. & gloſſ. magna in parte, danda, fuiſſe ibi celebratum contractum, Do vt vt facias. Sicuti igitur dare importat dominium transferre, ita & ſuſcipere. Sed Bartolus ipſe reſpõdet hoc ibi ita ſtatui, quoniam verbum, ſuſcipere, fuerit adiectum generi, non ſpeciei, hoc eſt, parti bonorum, quod eſt nomen generis. l. non amplius. §. cũ bonorum. ff. de leg. 1. & hãc ſolutionem tenet

etiam Bart.in.l.1.ſup. de rer. per. idem Bart. in.l.contraria. n.5. quo in loco ex Iaſone ac Decio in primis columnis conſtat hanc eſſe communem reſolutionem.

8 Secundò collige ex tex.hoc,quòd quando datur ſpecies pro ſpecie, dicitur contractus permutationis.

9 Sed an contractus hic idem ſit cum contractu, do vt des? Quod videtur. Cõtrarium tamen tenet gl.in.l. 1. in verbo, nomen ſuũ habent.ſup. de re. permut. dicens cùm vna ſpecies pro altera mutatur, permutationẽ eſſe: ſi verò genus cũ genere, vel genus cum ſpecie mutentur, nõ eſſe permutationem, ſed contractum, Do vt des. gloſſ. illius opinionem ſequuntur ibi Bart.num.2. Salicet. 5.oppo. Iaſſ. nu. 10. & idem quoque tenuit glo.in.l.1.in gl. poſtulabis. C.de rer.permu. quam ibi ab omnibus probari Salicetum teſtor.num.5.idem tenentem. fuitq; Azonis ſententia in ſumma.de rer. per. num.3. quã & Bartolus ſequutus eſt in. l.2. in prin. num.6.ff.ſi cert.pet. quam ibi ſequitur Iaſ. col. 3. & teſtãtur eſſe communem Curtius nu.29. Hieronymus Butigella nu.34. ſequũtur eandem opinionem Faber nu.15. Ange. nu.58. Iaſſ.nu.92.in.§. actionum.de acti. Inſtitu. vbi Gome.num.26. teſtatur hanc eſſe communem opinionẽ. Quæ ea ſola ratio fundatur: quoniã, per, ſignificat perfectionem. l. vrbana familia. §. pernoctare. ff. de verb.ſignifi. non igitur videtur perfectè facta mutatio, niſi fiat de ſpecie ad ſpeciem. Et præter ſuperiores hanc etiam rationem ſequitur Iaſ.in.l.ſi id quod aruum.nu.4. ff. de verbo.obligat. Sed hæc differentiæ ratio inefficax quidem eſt. Nam etiam ſi permutatis ſpeciebus proprior permutatio ſit, nõ ſi genera permutẽtur, perit nomen permutationis. vulg.l.f.ff.de fun.inſtruct. & etiã ſi à principio genus cum genere, vel genus cum ſpecie permutentur, facta ſolutione generis, poteſt videri ſpeciem quæ ſoluitur fuiſſe permutatam.l.cùm incertus.ff.de legat.primo. Quare cõmunis hæc opinio falſa ſemper mihi legem hanc, atq; legem.2.ſi cert.pet. interpretanti viſa fuit, à qua etiam modò nec inuitus diſcedo. Arguitur prætere ex hoc Pauli reſponſo, in quo ſit permutatio de re ad rem in ſpecie ſcyphorum ad Stichum, & tamen ſubiungit Paulus Iuriſconſultus, explicitus eſt articulus ille, Do vt des. Quare Philippus Decius in illa.l. 2.contrariam defendit, atq; facilè eam ſuſtineri poſſe exiſtimat Curtius ibi. & contra eam tenet Alciatus.nu.23. item Petrus Gamar.in rep.cap.1. de rerum permut. libr. 6. nu.23. Pinellus in rubr. de reſcind. vendi.2. part.c.1.num.10.

10 Tertiò collige ex tex. ꝙ ex cõtractu innominato, Do vt des, cõpetit ciuilis actio præſcriptis verbis. In quo vidẽda tria hic ſunt. Primum, quare hæc actio ita vocetur. Secundum, in quibus demum caſibus competat. Tertiò in quo differat hæc actio præſcriptis verbis ab actione in factum.

11 Quo ad primum dicendum ita denominari, quoniam detur ſecundum præſcripta verba contractus.l.cum mota.in fine.C.de tranſactio.

12 Quo ad ſecundũ, dicendũ eſt cõpetere hãc actionẽ in trib⁹ cõtractibus innominatis, Do vt des, Do vt facias, Facio vt facias.

13 Competit præterea eadem actio ex pacto veſtito cohærentia contractus.l.2.C.de pact.inter emp.& vendit.ex quo duæ actiones competunt, actio propria ipſius contractus, informat enim veterem actionem; & ipſa præſcriptis verbis. Quæ opinio receptior eſt, & ſi vltramontani (quos vocant) reclamauerint. Ita enim voluit gloſ.in.l.in bonæ fidei.C.de pact. quam ibi ſequuntur omnes.alia in.l.1.in gloſ.non figuris.ad fin. ff.de actio.& oblig. quarũ opinionem præter ordinarios ibi teſtantur eſſe cõmunem Iaſ.nu.12. Fortunius.col.8. verſi.ſecundò ex ſuperioribus. Oroſcius nu.3.in.l. iuriſgentium.§.quinimo.ff.de pact. Alciatus lib. Paradox. 5. capitulo. 1. Tiraquell. de vtro. re-
14 tract.§.1.gloſſ.1.numero.3. Competit etiam
actio præſcriptis verbis, quoties dubitatur de nomine contractus. l.2.ſup.iſto titulo. His igitur tribus caſibus cõpetit actio præſcriptis verbis.

Com-

15 Competit etiã hęc actio ex diuiſione bonorũ facta ab arbitro inter cohęredes. l. ſi familiæ. qui eſt pulcher caſus. C. fami. erciſ. Et eſt ratio notante Baldo. ibi. nu. 1. quoniam illa diuiſio eſt veluti contractus quidam innominatus permutationis, ex quo competit actio præſcriptis verbis. atque ita eum text. declarant etiam Alexand. num. 10. Iaſ. nu. 5. in. l. miles. §. iudicati. ff. de re iudic. vbi illum pluribus commendant.

16 Sed in quo differat ab actione in factum? Et differentia prima illa eſto, quòd actio in factum, generalior eſt aliquanto. Nam vbicumque competit actio præſcriptis verbis, competit etiam actio in factũ. Nam ſicut actio præſcriptis verbis datur ſecundùm verba præſcripta, ita actio in factum datur ſecundùm factum, quod parteſipſæ explicarunt. Quæ differentia conſtat ex glo. rubricæ huius tituli. Ex qua etiam conſtat ſecunda differentia, quòd actio in factum cõpetit in omnibus edictis & interdictis Prætorum, in quibus nomina actionum deſyderantur. quod probat text. in. §. fi. de interdict. Inſtit. Tertia differentia eſt, q̃m actio præſcriptis verbis non datur niſi ex contractu, in quo verba interuenerũt: actio verò in factum datur vbicũq; æquum eſt actionem dari ſiue ex contractu, ſiue extra contractum. Quæ differentia Bart. eſt in rubr. de rer. permut. ſup. nu. 2. Quarta differentia eſt, quòd actio præſcriptis verbis eſt natiua, actio in factum eſt datiua.

17 Sed cùm hæc actio præſcriptis verbis quę datur in his cõtractibus innominatis non detur niſi impléti ex parte ſua, an aliqua ſaltem obligatio naturalis ex his contractibus oriatur ante implementum? Et videtur nec naturalem obligationem ante implementum oriri ex tex. in. l. 1. verſic. permutatio. de rer. permu. ſup. vbi ita ſcribitur. Permutatio autem ex re tradita, initium præbet obligationi. Quaſi apertiùs Vlpianus ſignificet ante rem traditã ne initium quidem fuiſſe obligationis, ac proinde nullam obligationem ortam fuiſſe. Secundò hæc opinio probari videtur ex tex. hoc ibi, vel ſi meũ. vbi probatur ſoluti ab vna parte, ante implemétum dari repetitionẽ: ſed ſi vel naturalis obligatio orta fuiſſet, impediretur repetitio. l. naturaliter. ff. de cond. indebi. Sed verius eſt, ſaltem naturalem obligationem in his contractibus oriri ante implementũ. Huius rei fortiſsimum argumẽtum eſt tex. in. l. Iuriſgentiũ. in prin. ſup. de pact. vbi probatur, hos cõtractus exceptionem parere. Nam oportet tex. illum intelligere ante ſequutum implementum, vt primum à conſenſu partium producti ſunt: nam ſequuto implemento, & ciuilem actioné pariũt præſcriptis verbis. vt in hac lege. Illa igitur exceptio filia eſt naturalis obligationis, quæ adeſt ante ſequutũ implementũ, quę nõ eſt ſufficiés ad producendã actioné, ſed ſolũ exceptioné, vt in illa. l. Iuriſgentium. §. igitur nuda. l. Stichũ aut Pãphilum. §. naturalis. ff. de ſolu. Preterea obligationé naturalé parit nudus cõſenſus. l. cõſenſu. ff. de act. & obli. ſed hîc eſt expreſſus cõſenſus cõtrahétium, eſt igitur & naturalis obligatio. & tenet hãc opinioné gl. ord. in. l. petés. in gl. magna. ibi, Sed reſpõdeo nõ. C. de pact. quã ibi ſequuntur oés. ex quibus gl. opinioné teſtãtur eſſe cõem Riminal. 8. col. Lancellotus Decius. col. pen. & huius frater natu minor, nu. 20. Curtius iun. nu. 44. Purpu. nu. 85. cõem eſſe præterea teſtãtur Soci. in. l. legem. nu. 5. eo. tit. Crotus nu. 7. Ripa. num. 41. in rub. ff. de verb. obli. Soci. ibi ante eos. n. 22. Curtius in prin. huius legis. nu. 9. & fuit ante Accurſiũ Azonis hæc traditio in ſũma. C. de rer. permu. nu. 2. Cui & illud patrocinatur, q cũ hi contractus expediantur per, vt, non per, ſi, quod ſupra expediuimus, non impeditur ortus huius obligationis. l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de cond. & demõſt. Et huic opinioni non obſtat tex. in verſi. permutatio. quoniam rei traditio præbet initium obligationi efficaci ad agendum præſcriptis verbis, naturalis enim iam orta impropria obligatio erat, vt quæ non erat efficax ad agendum. Neq; mutat, q datur repetitio: quoniam obligatio hæc naturalis debilis admodum eſt, & cui non temerè cõpetunt ciuiles

ciuiles naturalis obligationis effectus. Vel ſecundò reſpondeo, repetitionem hìc dari, ne hinc inſurgat iniquitas quædam inſignis, ex qua qui non impleuit, cum aliena iactura fieret locupletior contra naturalis iuris perpetuam æquitatem. l. nam hoc natura. l. hæc conditio. ff. de condict. indebit. eſſet igitur melioris cõditionis qui contractus legi non paruit, quàm qui illi obtemperauit, quod minimè eſt admittendum. c. cõtingat. de dol. & cõtu. Vel tertiò reſpondeo, concedi hìc repetitionem, quoniam naturaliter debitum fuit ſolutũ per errorem facti, quo caſu datur repetitio. l. regula. §. fi. ff. de iur. & fact. ignor. l. error. C. ad l. falcid. cum alijs. Fuiſſe autem hìc errorem facti, conſtat: nam ille, qui ex parte ſua contractum impleuit, in nullo iure errauit, imò ſecundùm ius gentium fecit, quod præcipit pacta ſeruari. l. 1. in princip. ff. de pact. l. 1. in prin. ff. de conſt. pecu. Errauit itaque in facto, exiſtimans alterum quoque ſuas partes impleturum, alioquin neque ipſe implere vellet. argu. tex. generalis in. l. cùm de indebito. verſi. qui enim ſoluit. ff. de probat. impropria itaque eſt hæc naturalis obligatio.

18 Quare nec iure canonico, quod vel ex pacto nudo dat actionem. c. 1. de pact. ante implementum in his contractibus innominatis efficaciter ageretur. quoniam in illo cap. 1. ſolùm videtur ſublata ſcrupuloſa illa verborum forma, qua ſtipulationem concipi præceptum fuit: ſi tamen conuentioni deſit cauſa vel implementum, nec illo iure agi poterit. quod expreſsim firmarũt Bald. in. l. ſiue apud acta. nu. 4. C. de tranſact. vbi idem ſequuntur Riminal. & Lancell. col. 2. idem Bal. in. l. cùm quis. nu. 17. C. de iuris & fact. ign. idem in. l. ſi diuiſione. nu. 3. C. fami. erciſc. idem in rubr. nu. 2. C. de rer. permut. Felyn. in illo. c. 1. col. fin. Fortunius ibi. nu. 34. Ange. de Aret. in. §. in perſonam. col. penul. de act. Inſtit. Iaſſ. in. l. ſi pecuniam. in prin. col. 2. de condict. ob cauſ. idem in. l. iuriſgentium. §. igitur nuda. num. 8. Oroſcius ibi. nu. 20. ff. de pact. Iaſſ. in rubr. ff. de verb. oblig. num. 8. Ripa ibi. num. 41. & ante hos Socinus nu. 10. Franciſcus de Aretio in. l. petens. C. de pact. num. 7. & non dubito, quin communis ſit hæc traditio.

19 Quare & apud nos, cùm vtcunq; appareat de animo obligare ſe volentis inducatur obligatio. l. 3. titu. 8. libr. 3. ordinament. videtur, quòd nec ante implemẽtum in his contractibus innominatis oriatur obligatio efficax ad agẽdum, cùm lex illa locũ habeat in contractibus ſimplicibus: nam in his, quos reſpectiuos appellãt, legem illam non accipio, niſi demum ſequuto implemento. Opinio hæc Gregorij Lopez eſt & Fernandi Menchacæ ita legem regiam interpretantium, quæ hactenus mihi placuit, tametſi alij aliter ſenſerint, & poſt omnes eos referens Diegus Perez, vir equidem ſatis diligens, literarumq; ac virtutis admodum ſtudioſus in illa. l. regia. col. 10. verſic. dubitari.

20 Quòd ſi his contractibus innominatis iuramẽtum accedat iam non liceret, re integra pœnitere. quod Corneus notauit in authen. ſacramenta puberum. 14. quæſt. C. ſi adue. vendit. Menchaca. §. 29. nu. 21. Sed horum traditioni obſtare videtur text. vulgatus in. l. ſi. C. de non num. pecu. ſed illi rectè in hoc reſpondet Alciatus in. c. cùm cõtingat. nu. 249. de iureiur.

21 Sed an ſola oblatio ſine implemento auferat facultatem pœnitendi in his contractibus innominatis? Etſi rectè obſeruaberis leges hoc agentes, ſemper illæ vt excludatur pœnitentia videntur requirere implementum, quaſi oblationem excluſerint, vnde non immeritò oblationem non ſufficere exiſtimauit gloſ. ordinaria in. l. iuriſgentium. in prin. in parte. facias. ibi, item quid. ff. de pact. quam ibi ſequuntur Barto. nu. 1. Ange. nu. 4. Paul. de Caſt. fi. col. Alex. nu. 12. Iaſſ. num. 11. Albericus in. §. ſed cùm nulla. nu. 3. eiuſdem leg. Cynus in. l. quanuis. col. 1. C. de tranſact. Iacobus Butrica. & hunc referens Bal. in. l. ex placito. n. 18. C. de rer. permut. Bal. in authen. cui relictum. nu. 21. C. de indict. vidui. tollen. Iaſſ. in. l. ſi pecuniam. in prin. nu. 6. & iterum. nu. 11. ff. de cond. ob cauſ.

cauſ.teſtantur gl. opinionem eſſe communem eam ſequuti Claudius in.l.ita ſtipulatus.col.9.ff.de verb.oblig.Socin.in. l. ſi pacto quo pœnã.nu.1.Curt.iun.in.l.cùm proponas.nu.3.& in.l.petens.nu.39.C.de pact. Sed vt pœna exigi poſſet,ſatis eſſet hęcobla tio.quod Iaſſ.ibi obſeruauit. col. 4. Claud. vbi ſup.Alex.in illa.l.ſi pacto quo pœnam. quem poſteriores ſequuntur teſte Purpurato ibi.nu. 30. & idem ſequuntur Iaſſ.in. l. ſi cùm fundum.col.2.ff.de pact. Paulus Pari. conſ.34.nu.27.volu.4.

22 Quartò collige ex text. in obligationibus dãdi obligationẽ ſuccedere ad id quod intereſt.Sed videtur ad rẽ ipſam præciſè teneri,qui dare promiſit.l.vbi autem non apparet.§.fi.ff.de verb.oblig. Bart.in præſ.nu. 4.tentat dicere hîc nõ fuiſſe obligationem præciſè dandi. Sed hæc ſolutio nec ipſi Bar. facit ſatis. Quare ſoluit ille ex ſentẽtia gloſ. in.l.vnica.in parte,contractibus. C.de ſent. quæ pro eo. ꝙ inter. profe. vt in cnotractibus innominatis, quoniã debiliores illi in omnibus ſunt nominatis, nõ teneatur quis præcisè dare.& gloſſæ illius opinionem ſequitur ipſe Bart.ibi.nu.28.& teſtatur eſſe cõmunem Curtius iunior nu.62.hanc Bart.ſolutionem ſequũtur præterea Fulg. in præſ. nu.6.Paul.de Caſt.nu.4.Iaſſ.num.6.& fuit etiã ſententia glo.in.l.cùm precibus. C. de rer.perm.quã etiã tenet idem Bart.in.l. ſtipulationes nõ diuiduntur.nu.14. ff.de ver. oblig.vbi & Alex.nu. 16. teſtatur hanc eſſe cõem reſolutionem.teſtatur eſſe cõmu.opinionẽ Soci.in rub.de verb.obli.nu.23. quæ probatur ex tex.in.l.1.§.fi.ff.de rer.permut. vbi ex permutatione tenetur quis dare, & tamẽ liberatur ſoluendo id quod intereſt creditoris.deniq; probata eſt hæc differentia communis lege regia.3.tit. 6.part.3.

23 Aduerſum verſiculũ, ſed ſi ſcyphos.opponit glo.periculi.text.in.l.fi.verſi.& ideo. ff.de cond.cauſ.dat.nam dicitur hîc in hoc contractu, Do vt des, rem perire periculo creditoris.ſed.l.fi.dicitur, ꝙ ſi res non tradita pereat,videtur perire periculo debitoris. Glo.in præſenti. & in. l. contraria. in parte poſſum. plures ſolutiones accommodant huic difficultati, è quib⁹ illa vera cõmuniſq; eſt,ꝙ ad hoc vt ipſe, qui iam impleui, nõ poſsim agere actione præſcriptis verbis ad id quod intereſt,res meo periculo perit,ſed vt poſsim repetere quod dedi, res illa perit periculo debitoris. Quæ ſolutio Bartolo etiam placuit. & eam tenet ipſe Barto. in. l. quod te mihi.nu.4.in fi.ff.ſi cert.petat.Salicet.ibi.7.oppoſit. Paul. de Caſtr.nu.7.Ripa nu. 10. communem eſſe teſtatur Curtius nu.12.Sed huic ſolutioni illud obijcit Curtius in præſent.quod cùm præmiſerit Paulus hîc illa duo remedia quæ competũt in hoc contractu actionis præſcriptis verbis & condictionis ob cauſam, verſiculus hic ad vtrunque videtur pertinere. Sed Curtij obiectioni reſpondeo ipſe, quòd cùm principaliter hîc agatur de actione præſcriptis verbis,atq; ſub hoc titulo lex hęc collocata ſit, proprius verſiculus hic ad hanc actionem videtur pertinere.reg.tex.in.l.fi.§. Titio.ff.de libe.leg.l.4.ff.ſi cert.petat.

24 Ex ſuperioribus colligit Alexander in illa.l.fi.ff.de cõdic.ob cauſ.quòd etiã ſi in cõtractibus nominatis liberetur debitor perẽpta ſpecie.l.ſi ex legati cauſa. ff. de ver.obli. l.ſi is quẽ.ff.de noxa. actio. in innominatis tñ nõ liberatur,& mihi placet.tametſi eã conetur euertere Iaſ.in illa.l.quod te mihi.nu. 13.& in illa.ſi ex legati cauſ.num.2.

25 Deinde Bart.nu.5. admonet libellum ita eſſe in hac cauſa concipiendum, vt petatur res,& ſi illa non tradatur, petatur id quod intereſt petitoris rem fuiſſe petitam. in quo omnes Bartolum ſequuntur, teſte Curtio num.13.Subijcit deinde Bart.duas quæſtiones,vnam nu.6.alteram num.7.

26 Prior eſt,an ſi ego dem tibi decem vt mihi tu ſeruum des vt eum manumittã, datio quam ego ſum facturus, videtur fieri propter factum, quare videtur contractus hic potiùs Do vt facias, quàm do vt des. quoniam datio hęc ad factũ ordinetur.de quo remittit Bar.ad.§.ſed ſi faciam. vbi gloſ.hoc tangit,& nos dicemus.

27 Altera quæſtio eſt.Pone(inquit Bart.) ꝙ ego

ego do tibi vt alij des, vel vt in aliquam cauſam conuertas, non vt mihi des, quis contractus hic ſit iudicandus? Et Barto. contractum Innominatú eſſe inquit. Et ideo poſſe reuocari ex ſola pœnitétia. Sed videtur húc non eſſe contractum innominatum, ſed mandatum. l. ſi cùm filius. verſic. ſed et ſi quis. l. ſi tibi dederim. l. hoc iure. §. penult. ff. de donat. quare Curtius inquit hác eſſe arduam difficultatem per doctores non guſtatam. Et ille tentat Bartolum hic agere, quando ego dedi, ac proinde tranſtuli dominium, & iura quæ allegaui loquuntur quando pecuniæ datæ dominium in accipientem tranſlatum non eſt. Sed huic intelligentiæ illud refragatur, obijciente Curtio ipſo, quòd quando ego in te pecuniæ dominium tranſtuli, & mandaui vt eã alicui dares, mandatum non poteſt reuocari l. eiuſq; in prouincia. verſic. quas verò. ff. ſi cert. pet. vbi hoc notant gloſſ. ac Barto. Sed ego huic difficultati reſpondeo, obiecta Curtij habere locum, cùm ego ſimpliciter pecuniam do vt ea alteri detur, ſed Bart. agit, cùm ipſe pecuniam accepi, & aliquid dedi vt alteri daretur.

28 Vlteriùs colligit fauore dotis nó eſſe in his contractibus etiam re integra locú pœnitentiæ. Quod ego in initio huius legis expediui, agens de intellectu tex. in. l. ſi ego. §. ſi res. ff. de iure dot. quem hic corruptè Barto. allegat.

Summa rerum. §. At cùm do.

1 *Locatio ut conſtet, oportere mercedem conſiſtere in pecunia numerata.*

2 *Inuecta & illata in domum cõductam mercede non conſiſtente in pecunia numerata, an teneãtur pro penſione domus.*

3 *Requiritur præterea ut factum ſit ſolitum locari, & perſona ſit ſolita huiuſmodi facta locare.*

4 *Quo pacto facta locabilia ab his quæ locari non ſolent ſecernantur.*

5 *Glo. 1. in parte, præſcriptis uerbis, in omnibus difficultatibus explicatur.*

6 *In cõtractibus ultro citroq; obligatorijs, ut primũ obligatus deſinit dare, eſt in mora.*

7 *Atque idem eſſe in ultimis uoluntatibus.*

8 *Declaratur glo. in parte, de dolo.*

9 *Iuramentum non deferri niſi in contractibus bonæ fidei arbitrarijs.*

10 *Actiones quædam natiuæ, quædam datiuæ.*

11 *Et an datiuæ ad hæredes tranſmittantur.*

§. At cùm do.

EXiſtimat Paulus de Caſtr. valde difficilè eſſe textum hunc defendere à difficultatib⁹ quas patitur, atque Paulum ipſum huius. l. conditorem difficilè quoq; ſi reuiuiſceret legé hanc ſuam defenſurum. Nemo autem tex. hunc diuiſit, quoniam conſtat pluribus particulis. Ex quarum prima tu collige: locatio vt rectè conſtet, duo eſſe neceſſaria.

1 Primùm oportere mercedé conſiſtere in pecunia numerata. Quod próbant etiam leges ordinariæ. in. l. 1. §. ſi quis ſeruú. ff. de poſit. l. ſi vir. ff. de donat. inter vir. & vx. Cuius rei ratio eſt, quoniam cùm contractus locationis eiſdé regulis coarctetur, quibus contractus emptionis ac venditionis. in princ. Inſti. de loc. & conduct. ſicut in illo requiritur merces in pecunia numerata. §. pretiú. Inſt. de empt. & vend. ita & in hoc. Et communis eſt opinio hæc, atque tenenda per tex. hunc. Tametſi contrariam probare nitantur Corraſius lib. 2. miſcell. quæſt. ca. 11. Arius Pinellus Luſitaniæ decus atque ornamétum in rub. C. de reſcind. vend. 2. part. cap. 3. num. 29. atque hic quidem poſterior vehemétioribus (quod ille ſolet) argumentis. Sed licèt noua hæc traditio iure communi ſuſtineri poſſet, iure noſtro non poteſt, quòd expreſsè optimus legiſlator rex Alphonſus ſtatuit in pecunia numerata oportere conſiſtere mercedem locationis, alioquin contractum innominatum futurum l. 1. tit. 8. par. 5. quibus obſtare vel maximè videtur tex. in. l. ſi olei. C. locat. ſed ibi nó fuit contractus locationis ſed innominatus, ſed propter ſimilitudinem inquit text. locaſti. quæ reſponſio gl. ibi eſt cõiter receptæ.

Hinc exiſtimauit Speculator in tit. de lo-
2 cato. §. poſtquã. verſi. porrò tacitã hypothe-

cam

ēam, qua tenentur res illatæ in domum conductam.l.certis iuri. C.locat.non com prehendere res illatas in domum conductam mercede quæ non cōſiſtat in pecunia numerata. atq; idem probauit Curtius iunior in.l.ſingularia.nu.21.ff.ſi cert.pet.Ego opinionē hanc falſam eſſe reor: quoniam ea quæ colonus partiarius inuehit, ſunt tacitè hypothecata, etiam ſi nummis ille nō colat.glo.2.in.§.item Seruiana.de act. Inſti. quam ibi antiquiores omnes ſequūtur. & eſſe communiter approbatam teſtantur Angel.ibi.numero. 7. Iaſſ.numero. 15. Gome.numero.9.Zaſius num.14.eam ſequuti. Quare Speculatorem in hoc reprehendit Iaſ.in.l. item quia.in princip. colum. 2. ff. de pact. vbi noſter præceptor Oroſcius num. 18. teſtatur communem eſſe contra Durandum. Tu adde vſque adeò neceſſarium eſſe vt merces locationis conſiſtat in pecunia numerata, quòd ſi ego cum artifice conuenerim de veſtibus poliendis pretio quo veſtibus politis conuenerit inter nos, ille non erit etiam mercede poſtea conſtituta contractus locationis, ſed innominatus, Do vt facias. l. ſi tibi polienda. infrà eod. vbi id rectè Iaſſ. paucis explicauit.

3 Secundum eſt, vt factum tale ſit, quod ſoleat locari, aliàs erit contractus innominatus, Do vt facias.& ita hæc duo ſolùm copulatiuè requiruntur.& ita tenet glo.ordinaria in.l. rogaſti.§. 1. in glo. ex locato.ſ. eodem. Tu adde tertium requiri, vt perſona, quæ cōtrahit, ſit ſolita locare factum illud, & ita videntur iam eſſe tria requiſita. Hoc tertium requiſiuit glo.in.l. ſi pecuniam.in prin.in gloſ.acceperis. de condict. ob cauſ. & idem voluit gloſſ.eiuſdem legis in parte, repetetur. cuius opinionem teſtantur eſſe communem Alexan.ibi.nu.3. Iaſſ.nu. 4. & eſt ibi tex.pro hac opinione. Nam accepit quis pecuniam vt Capuā iret, & cùm eſſet impeditus Capuam ire, conceditur repetitio ex capite pœnitentiæ, quod minimè liceret, ſi eſſet contractus locationis. Et ideo gl. interpretatur illum tex. duobus modis: vel ꝙ pecunia fuit ibi data tanquam ſpecies: vel ꝙ ille qui obligauerat ſe iturum Capuā, non eſſet ſolitus locare operas ſuas, & hic intellectus cōmunis quidem eſt.& eſt quidem tex. illo expreſsior in.l.1. verſi.ideo aūt. ff.ſi menſor fal.mod.dixer. vbi ex qualitate perſonæ quæ non ſolebat operas ſuas locare, æſtimauit Vlpianus non eſſe contractum locationis inter agri menſorem & dominos agri.idem etiam obſeruauit glo.ordinaria in.l.cùm plures.§.mandaui. in gloſ. reſtituas.ff.locat.quare hoc tertium requiſitum facilè concedit Iaſſon in præſen. col.1. cuius opinio mihi placet.licèt Curtius numero.3.aliter accipiat text.in dict.l.ſi. In rebus ſanè hæc obſeruatio non eſt neceſſaria, ſemper enim videntur locari, & ſi ſolitæ locari non ſint. gloſſ. in. l. rogaſti. infrà eod. vbi eam ſequitur Paul. ibi. idem & Iaſſ.numero. 4. in. l. ſi pecuniam. de cond. ob cauſ.

4 Sed quo pacto dignoſcemus facta ſolita locari ab his quæ locari non ſolēt? In quo Bart.more ſuo eleganter diſtinguit in verſ. item quæro extra gloſſam. Ex cuius dictis prima conſtat concluſio. Ea quæ ſunt meri facti, vt ire Romam, portare libros, & ſimilia, dicūtur facta ſolita locari. l. qui operas. ſup.locat. Barto. concluſionem ſequuntur Fulgo.nu.3. Iaſſ.nu.2.& eſſe communem affirmat Curtius nu.2. Secunda concluſio. Facta habentia admixtum ius, vt vēdere, manumittere, ſi illa habeant actum momentaneum, non poſſunt locari. Bart.concluſionem dicit eſſe communem idem Curtius numero. 2. Sed eſt contra hanc Barto.concluſionem tex.expreſsiſsimus in. l.rogaſti. verſicul.ſi prædium.infrà eod. Ex quo meritò Barto. opinionem reprehendunt Fulgo.numero.4. Iaſſ. numero. 2. Curtius nu. 4. Tertia concluſio ex Bartolo eſt. Facta habentia admixtum ius, quæ expediuntur tractu ſucceſsiuo, cēſentur locabilia, vt ſunt operæ aduocati. Barto. concluſionem affirmat eſſe communē idem Curtius.

5 Ex tex.in verſi.ꝙ ſi tale.tu collige, quòd

ſi factum propter quod aliquid datur non ſit ſolitũ locari, non videtur celebratus cõtractus locationis, ſed innominatus, Do vt facias, & quod implẽti ex parte ſua cõpetit hoc caſu actio præſcriptis verbis, vt alter cõpellatur implere ex parte ſua, vel ſoluat id quod intereſt implẽtis, & cõdictio ob cauſam, ſi mallet rem ſuã repetere. Sed in ſpecie propoſita videretur hęc remedia non cõpetere, ſed ꝙ ſeruus hic, pro quo manumittendo ego aliquid dedi, efficiatur liber ipſo iure. l. ſi is qui pretio. C. ſi mancip. ita fuer. alienat. l. ſi quis ab alio. ff. mandat. Difficultatem hanc ſoluit gloſſ. in præſenti. verbo, præſcriptis verbis. dicens primò in lege contraria fuiſſe contractum emptionis ac venditionis, nam ego emi à te ſeruum, vt tu eum intra certum tempus manumitteres. & inquit text. quòd ſi tu ceſſes manumittere præterita die, qua tenebaris ex imperatorum conſtitutionibus, liberum eum futurum: ſed in præſenti data pecunia eſt ob cauſam manumiſſionis, & ita veluti ſpecies quędam, & ideo non efficitur ſeruus liber iuxta tenorem conſtitutionum. Hunc primum intellectum gloſ. ſequitur Barto. in præſenti. 1. oppoſit. & eſſe communem affirmat Curtius numero. 6. qui exiſtimat hoc eſſe difficile contrarium. Secundo modo ſoluit gloſſ. quòd hic dantem pœnituit conuentionis, quod ei licet. l. dedi. §. 1. ff. de cõdict. ob cauſam. quare ſeruus reuocata iam voluntate volentis eum liberum eſſe, non poteſt ad iura libertatis ex conſtitutionibus aſpirare. Sed hic intellectus ex eo iudicio meo nil valet, quoniam ſequuta pœnitentia competeret pœnitenti condictio ob cauſam ſolùm, non verò actio præſcriptis verbis, quam hic dicitur etiam competere. Vel tertiò ſoluit glo. quòd hic erat ſeruus alienus in. l. ſi is qui proprius. quare ne iniuria fiat domino, ſeruus non fit liber ex conſtitutionibus.

Quartò ſoluit gloſ. quòd hic fuit dictum de actu manumittendi, vt quia à partibus dictum eſſet, vt ſeruus certo modo manumitteretur. Quarto loco ſoluit hanc difficultatem Iaſſ. numero. 5. dicens, quòd quando ego do tibi ſeruum meum vt eum manumittas, ſeruus ille te ceſſante liber fit ex conſtitutionibus: ſi verò pro tuo ſeruo manumittendo aliquid tibi dedi, etiam præterita die quæ fuit præfinita manumiſſioni, ſeruus non erit liber ex conſtitutionibus, & ita opus erit agere actione præſcriptis verbis ad te compellendum, vt ſeruum manumittas. qui intellectus vel tacente Iaſſone Pauli de Caſtro eſt numero. 6. Ego priorem, qui communis eſt, ſequi malo, quem tamen oportet pluribus declarare. Quare Cynus poſt Petrum de Bellaperti. in. l. ſi liber. C. de condictio. ob cauſ. ita ſoluit hanc difficultatem, quòd ſi pactum eſt appoſitũ in ſeruo meo, dubio procul pacto non ſeruato ſeruus fiet liber ex conſtitutionibus, atque ita eſt accipiendus text. in. l. ſi ea lege. C. ſi mancip. ita fuer. alienat. Si verò pactum ſit appoſitum in ſeruo alieno, & datus eſt nummus, qui videtur habita ratione ad ſeruum emptioni ac venditioni reſpondere, tunc idem ſit futurum ſeruum liberum iuxta tenorem conſtitutionum. Et ita accipi oportet text. in. l. ſi is qui pretium. Si verò pecunia non reſpondeat pretio ſerui, competere contra ſerui dominum vt eum manumittat actionem præſcriptis verbis. & ita oportetre intelligi text. hunc. Ratio differentiæ in his caſibus eſt, quoniam fortius eſt pactum appoſitum in re mea, quàm in aliena, etiam domino conſentiente. l. nemo. ff. de pact. iuncta. l. ea lege. C. de condict. ob cauſ. Et hanc Cyni diſtinctionem refert Barto. qui eam dilatat in. l. ſi pecuniam. §. idem eſt. numero. 3. ff. de condict. ob cauſ. vbi Iaſſ. numero. 5. teſtatur eam eſſe communem. Notabis tu autem ex hac legis particula, in contractibus innominatis locum eſſe pœnitentiæ, etiam ſi adſit ex altera parte fauor libertatis. Nam is qui ſeruum manumittere decreuerat, poteſt conuentionem reuocare, & quod dederat repetere. idem probat text. in illo verſiculo. idem erit.

Collige

6 Collige deinde ex textu in verſi. ſiue certú tempus, hic eſſe textum pro doctrina Bartoli eleganti in.l.de diuiſione.nu.3.ff.ſolut. matrimo.in.l.ſi filius.§.filia.ff.de colla.dot. & in.l.vinum.col.3.ff.ſi cert.petat.quòd in contractibus vltro citroq́, obligatorijs ſtatim quòd obligatus ad dandum vel faciendum deſinit dare vel facere, céſetur in mora conſtitutus,ſi alter iam impleuit ex parte ſua.allegat Bart. textum in.l.Iulianus.§. offerri.& in.§.ex vendito.ff.de acti.empt.in l.curabit.C.de act.empt.Sed tex.hic noſter illis longè in hoc præſtantior eſt,quem pro illa Bar.doctrina expendunt Paul. de Caſt. nu.5.Iaſſ.nu.3. dicés eum eſſe meliorem de iure in hoc.Curtius nu.5.teſtatus cóem eſſe Bartoli doctriná, qui huic duas ampliationes ad eam colligit.Primam, vt Bart.doctrina habeat locum etiam in contractibus innominatis.per tex.hunc.Secundam,vt habeat locú in cótractibus ſtricti iuris. Nam contractus hic,Do vt facias, vt vides ſtricti iuris eſt.

7 Idemq́; eſt in vltimis volútatibus, in quibus vt primú poteſt oportet eú, cui aliquid relictú eſt,parere códitioni.l. hæc conditio ſi capitolium.ff.de cond. & demonſt.

8 Gloſ.fi.in parte,de dolo.timore cuiuſdá difficultatis multa inuoluit. Pro qua explicanda ipſe contra text. hunc ita oppono. Actio de dolo ſolú competit in vno cótractu innominato,Facio vt des.vt infrà.§.proximo.in cæteris tribus competit actio præſcriptis verbis, ſed in præſenti agitur de cótractu,do vt facias,quomodo igitur potuit hic competere de dolo actio contra eum qui ſciens ſeruum alienum dedit?Huic difficultati reſpondet glo. dicens competere hic actionem de dolo. i. præſcriptis verbis propter dolum.Sed huic ſolutioni illud obſtare videtur vel maximè,quòd ſi hæc ſolutio vera eſſet, nó videretur differétia eſſe in hoc textu inter prioré caſum,quando quis dedit ſeruum ignorans eſſe alienum,& poſteriorem,quando ſciens eſſe alienum,& tamen manifeſtè conſtat Iuriſconſultum hic voluiſſe hos caſus diſtinguere. Sed huic difficultati videtur iterum reſpondere gloſſa ipſa adhuc differentiá ſupereſſe, nam quando actio præſcriptis verbis competit propter dolum, iurabitur in litem:quod minimè erit,quando ſimpliciter illa competit. Secunda differentia erit ex méte glo. quòd quádo actio præſcriptis verbis dabitur propter dolum, competit euictio etiam ante rem euictam.l.ſeruus quem.§.fi.ff.de actio. empt.licèt regulariter euictio non competat niſi re euicta. l. qui rem. C. de euict.l.1. ſup.de re.per. Hic eſt primus intellectus gl. ad hanc difficultatem,qui non procedit ex eo,quoniam violat literá hanc, exponédo de dolo.i.pręſcriptis verbis propter dolum.

9 Secundò,quoniá iuramentum in litem non eſt deferédum niſi in actionibus bonæ fidei arbitrarijs.l.in actionibus. ff. de in lit. iur.§.prætereaquaſdam.De actio.Inſt.vnde non immeritò hunc glo.intellectum reprobant Alberi.nu.6.Salicet.col.2. Iaſſ.num.9. Quare ſecundò reſpódet glo.hic dari de dolo actioné,quoniam propter dolum cótractus eſt ipſo iure nullus. l. eleganter. ff. de dol.mal.Sed hunc intellectum glo. ipſa reprobat tribus nominibus.Primò,quoniam regula tex.in. l. & eleganter.non habet locum in contractibus ſtricti iuris.l. dolo vel metu.C.de inu.ſtipulat.Secundò dolus hic non dedit cauſam contractui, neque enim dolo ego te induxi ad contrahendum, ſed poſt contractum dolú commiſi, tradendo ſeruú alienum,& in hoc cóſiſtit dolus.Tertiò, quoniam non ſum ego ex meo facto principaliter obligatus,ſed ex tuo : cùm enim tu ſeruum iuxta conuentionem noſtram manumiſeris,hoc facto tuo me obligaſti,vt euictionem tibi præſtarem. Quare aliter hanc difficultatem ſoluit Bart. verſic. item oppono.Pau.num.9.Iaſ.fi.col.dicentes hic fuiſſe contractú,do vt facias, qui ab obligato facere fuit impletus, & ex huius parte videtur,Facio vt des,quare iam competit actio de dolo iuxta tex.in.§. ſed ſi faciam.vbi plura videbimus.

10 Vltimò collige ex tex.ibi,de dolo in medádá actioné,inueniri in iure noſtro actio-

nes quaſdã datiuas, cùm pleræq; oẽs actiones natiuæ ſint. Natiuæ aũt actiones illæ videntur omnes, quæ habeãt materiam præexiſtentem vnde oriãtur, vt puta contractũ, vel quamcũq; obligationem. Datiuæ, quæ carent hac materia præexiſtenti, & proficiſcũtur ex legis vel prætoris beneficio, præmiſſo tñ facto aliquo contrahẽtium, vnde æquũ legi vel Prætori viſum fuit hãc actionem generare. Differẽtiam hanc actionum videtur etiã ſignificaſſe Vlpianus in. l. 3. in prin. ff. cómo. ibi, dandam vtilem cómodati actioné. quem tex. dicit eſſe meliorem ad hoc ex iure Iaſſ. in princ. de actio. Inſtit. nu. 11. ad idem eſt tex. in. l. iuriſgẽtium. verſic. & ideo. ibi, in factũ actioné à Prætore dádam. ff. de pact. vbi Bart. nu. 1. affirmat nullibi in iure eſſe planiorem locũ ad huius rei argumentũ. atq; ibi hanc differẽtiam actionum admittunt etiã Albericus nu. 4. Bald. & Ange. nu. 2. Paul. de Caſtr. nu. 4. Alex. nu. 2. Iaſ. nu. 4. teſtatus cómunem eſſe hãc actionum diſtinctionem. idẽ teſtantur ibi Curtius iunior. nu. 25. Ioann. Oroſcius nu. 4. & præter omnes videtur hæc differentia probari ex text. eleganti in. l. ſolent. iſto titu. ibi. ſed habet in ſe negotium aliquod, ergo ciuilis actio poteſt oriri. vbi eum text. dicũt eſſe mirabilem in hoc Barto. Paul. & Iaſſ. admiſit hanc differẽtiam gloſ. in. l. cum mota. C. de tranſact. in verbo. danda. vbi idẽ tenet Bar. fi. col. & eſſe cõiter receptã hãc differẽtiam affirmat Decius ibi. nu. 7. itẽ gl. in. l. ex legato nominis. in gl. fi. C. de lega. & in. l. 1. in gl. figuris. ff. de act. & obli. Bart. ibi. nu. 5. atque idem Bar. in. l. 1. nu. 11. & in repet. nu. 19. ff. de act. & obliga. idem. in. l. cùm quis. nu. 23. C. de iur. & fact. ignor. & in. l. 1. nu. 22. ff. de cõdi. indebit. quæ ſemper erit ãmplectenda. Tametſi Fulgoſius in dicta. l. cũ mota. nu. 13. primus (quòd ipſe ſciam) tenuerit actionem nullam datiuam eſſe, ſed omnes eſſe natiuas, & poſt hunc Decius ibi. item Alciatus nu. 36. Forcatulus Dialogo. 97.

11 Sed quis erit effectus huius diſputationis? Et ille vel maximus, ꝙ quę datiuæ actiones ſunt, ad hæredes nõ trãſeunt, in natiuis contrà. glo. notabilis in. l. cum precario. in gl. non trãſit. ff. de preca. vbi eam ſequitur Ange. atq; Bart. in. l. ſi hominem. §. datur. ff. depoſit. & voluit idem glo. in. l. fi. in gl. nec in hæredem. ibi, vel dic eam non natiuã. ff. de eden. vbi eam expẽdit Oroſcius nu. 3. dicens eam traditioné ſuſpectiorem ſemper viſam fuiſſe. ſed eſſe cõem teſtantur idem Oroſcius nu. 7. Fortunius nu. 41. in illo ver ſiculo. & ideo. receptã eſſe teſtatur Epiſcopus Ciuitatẽſis in. c. poſſeſſor. de reg. iur. in 6. 2. par. §. 1. nu. 3. ſequũtur eã præterea Alex. ad Bart. in. l. certi condictio. in prin. nu. 9. ff. ſi cert. pet. Curtius in. l. 1. C. de eden. nu. 68. Sed glo. illam falſam eſſe oſtenditur multis argumẽtis nec leuibus, quæ contra eam induxit Oroſcius, vbi eum allegaui. Quibus aliud ipſe addo nõ leuius ex tex. in. l. 1. §. fin. ff. ſi qua. pau. fe. dicat. Iuncta gloſ. 1. in prin. eiuſdem. l. præterquam quod gl. opinioné eſſe cõiter reprobatã affirmat Aemilius Ferretus in illo verſi. & ideo. nu. 50. Sed re vera communiter recepta fuit à maioribus noſtris opinio glo. Sed nil eſt cur eam, cùm ſit falſiſſima, amplectamur.

¶ *Summa rerũ. §. Quod ſi faciã.*

1 *IN nullo contractu innominato competit actio de dolo niſi in contractu, Facio ut des.*

2 *Declaratur tex. in. l. cùm proponas. C. de dolo mal.*

3 *Datio ad factum ordinata, iudicatur potius factum, quàm datio.*

4 *Promiſſio de parẽdo ſententiæ arbitri an ſit datio uel factum? & an uideatur uſuræ ſuſpicione laborare?*

5 *Ex contractu, Facio ut des, non competit actio præſcriptis uerbis, ſed de dolo. Et huius textus communis intellectus & eius ratio.*

6 *Declaratur iterum textus in prædicta. l. cùm proponas.*

7 *Tex. in. l. cum mota. C. de tranſact. quinq; modis declaratur.*

8 *In contractu, Facio ut facias, quare non etiam datur de dolo actio?*

9 *Declaratur text. in. l. ſiue apud acta. C. de tranſact. & num. 10.*

11 *In contractu, Facio ut des, in quo non datur actio præſcriptis uerbis, an ſit locus condictioni ob cauſam?*

§. *Quod ſi faciam.*

PRæfatur Fulgoſ. text. hunc interpretaturus intrare nos modò materiam ſubtilem, & diffi cilé. Paulus de Caſtro inquit, text. húc negotium magnum facere in hac materia. Sed & Iaſſ. & Curtius plurimùm huius text. difficultatem commendarunt. Quam ego vt potero explicabo: nec tamen quaſi Pythius Apollo certa vt ſint & fixa quæ dixero, ſed vt homúculus vnus è multis probabilia coniectura ſequens, vltrà enim quò progrediar quàm vt veriſimilia videam, non habeo. Text. hunc diuiſit nemo, nec diuiſione eget. Ex quo tu collige duas regulas, vnam implicitam, explicitam alteram.

1 Prior regula eſt. In nullo contractuum innominatorum cópetit actio de dolo niſi in contractu, Facio vt des.

2 Sed contra hanc priorem regulam oppono text. in. l. cùm proponas. C. de dol. mal. vbi in contractu, Do vt des, competit implenti partes ſuas actio de dolo, ibi enim inter Menandram dominam ancillę & alium conuenerat, vt Menandra ipſa ancillam manumitteret, cùm qua ille contubernium contraxerat, & Menādra quidem manumiſit: alter verò mancipium Menandræ non dedit, quod ex conuentione dare eum oportuit. Inquit tex. collatam ancillæ à Menādra libertatem reuocari non poſſe, competere autem Menandrę actionem de dolo, vt conſequatur quáti ſua interfuerit ancillam non eſſe manumiſſam. competit igitur ex cótractu, do vt des, de dolo actio. Gloſſa magna in præſenti ſoluit hanc difficultatem, dicens in. l. cótraria geſtum à partibus fuiſſe contractum, Facio vt des, licèt prima facie videatur, Do vt des. Nam ibi ego dedi ſeruum meum, vt tu eum manumitteres, quod perinde eſt, ac ſi ego manumitteré, & ſic facerem. Et inquit gl. ꝙ cùm ibi datio ordinaretur ad factú, habetur pro facto, & ita re vera fuit ibi geſtus cótractus, Facio vt des, ac proinde competit actio de
dolo. iuxta diſpoſitioné huius text. Glo. ſo-
lutioné ſequútur Bar. 1. oppoſ. Fulg. n. 1. Pau
lus de Caſt. nu. 2. Salice. 2. oppoſ. Iaſ. col. 1. &
eandem ſolutioné repetit glo. in. l. cótraria,
3 vbi eā ſequuntur oés. Ex qua tu collige, ꝙ
quādo datio ordinatur ad factū, iudicatur
tāquam de facto, non tāquam de datione.
in quo gl. hāc multi in varijs locis notarút.
& eſſe cóiter approbatā teſtatur Iaſſ. in. l. ſti
pulationes nó diuidútur. nu. 27. ff. de verb.
obli. & ex contrario ſi factú ſit ordinatú ad
dationé, habetur pro datione, nó pro facto.

4 Ex quo infert Bart. in præſ. ꝙ ſi quis pro-
mittat cum pœna parére ſentétiæ arbitri, vi
deri potiùs húc ꝓmiſiſſe dationé, q̄ factú: li-
cèt eñ parére ſentétiæ arbitri facti eſſe videa
tur, cùm factú hoc ad dationé ordinari vi-
deatur, ad dationé videtur eſſe ille obliga-
tus, non ad factú. Ex quo ſubinfert Barto. ꝙ
cùm pœna appoſita dationi videatur adie-
cta in fraudem vſurarū. l. Iulianus. §. idem
Papinianus. ff. de actio. empt. pœná adiectā
in hac obligatione parédi ſententiæ arbitri
videri adiectá in fraudem vſurarū, ac proin
de exigi non poſſe. Bartoli illationem vide
tur ſequutus Fulgo. nu. 3. dicés vidiſſe ſe de
hoc diſputari. Sed cōtrariam opinionem te
nét Iacobus Butri. & Bal. in. l. promiſsis. C.
de tranſact. imò ꝙ huiuſmodi pœna non
cenſeatur iniecta in fraudé vſurarum, addit
Fulg. ibi ita tenere Canoniſtas. & idé ſequū
tur cótra Bar. ibi Salicet. & Alex. nu. 2. & cæ
teri recétiores. & præterea Panor. in. c. dile-
cti. nu. 13. de arbit. Alex. in. l. 5. §. fi. nu. 7. ff. de
verb. oblig. vbi affirmat hanc eſſe veriorem
opinionem. idé Alex. in illa. l. cùm propo-
nas. nu. 3. Purpurat. in. l. rogaſti. §. ſi tibi. nu.
82. ff. ſi cert. petat. Rebufus. in. l. vnica. C. de
ſent. quæ pro eo qđ intereſt profe. nu. 568.
Mouétur hi cótra Bart. quoniā parêre ſenté
tiæ arbitri, eſt facti. glo. 1. in. l. 5. §. fi. & illa ra-
tio vſuræ præſumptæ habere locú, quando
in gratiá vnius à principio ponitur promiſ-
ſio pœnæ, nó verò cùm dubiū ſit quis ſit pa
riturus, vel reluctaturus ſentétiæ. Et hác o-
pinioné ſequor ipſe. Poſterior regula text.
5 eſt. Ex cótractu, Facio vt des, non competit

actio præſcriptis verbis ſicuti in cæteris có-
tractibus innominatis, ſed actio de dolo.
Sed cótra hác regulá ita arguméтor. Actio
de dolo eſt ſubſidiaria, nec datur deficienti
bus alijs actionibus.l.2. C. de dol. mal. imò
in integrú reſtitutio, quod & ipſum reme-
dium extraordinariú eſt ac ſubſidiariú. l.in
cauſæ. de minor. ff. excludit actioné de do
lo.l.1.§. idé Póponius. ff. de dol.mal.quare
igitur hìc ad actionem de dolo vétum eſt,
cùm cópetere potuerit actio ordinaria præ
ſcriptis verbis? Glo.mag. in præſ.in verſ.ſed
quæro quare. mouet hác difficultatem, ex
qua cóſtat intellectus huius reſpóſi, vt ei v-
no ſolo caſu locus ſit, nempè cùm ex facto
ipſius implétis nullú cómodum quæritur
alteri parti: vtputa, ſi ego nudo capite cóceſ
ſerim in ſcholas vt tu des mihi cétum, nam
ſi ego iam nudo capite ſcholas intrauerim,
agá cótra te vt des mihi centú, non actione
præſcriptis verbis, ſed de dolo. Hunc intel-
lectú ad húc tex.ſequútur Bar.in præſ.dicés
eum tenere oés.Iaſ.nu.4.dicés ab hoc intel-
lectu neminé diſcrepare, qué præter ordina
rios in præſ.teſtátur eſſe cóem (& ſi plurib'
cótra eum diſputent) Decius.col.1.Curtius
nu.23.in.l.cum mota.C.de tranſact.Alciat.
lib.5.Paradox.c.7. Corraſius libr.2.miſcell.
quæſt.c.10. Berégarius Fernádus in.l.pacta
conuéta.de cótr.emp.c.3.nu.74.Ioan.Oro-
ſcius in.l.iuriſgentiú. verſi.& ideo.nu.23.ff.
de pact.Et eſt ratio, qm̃ in his contractibus
innominatis non datur actio niſi implenti,
implere autem nó videtur is, ex cuius im-
pleméto nullú commodum quæritur alte
ri.Et hác rationé tenet glo.in præſ.in verſic.
eſt ergo ratio.quá etiam tenet Bar.in.l.actio
ne. C. de tráſact.vbi Curtius iunior. nu.22.
teſtatur eam eſſe cóem. Pro hoc commu-
ni intellectu induci ſolet text .in. l. ſolent.j.
eodem tit.vbi cùm ſeruú fugitiuú tibi indi-
caui vt tu mihi decem dares, reſpódit Vlpia
nus cópetere mihi ex hoc cótractu actioné
præſcriptis verbis, vt mihi des illa decem,
qm̃ ex facto meo ex indicio furis vel ſerui
fugitiui aliquid adfuit tibi.atq; eum text.in
hoc notarút ibi.gl.in fine.Bart.1.notabili.

6 Sed contra húc intellectum cóem vrget
vel maximè text.in. l. cùm proponas.C.de
dol.mal. vbi aliquid adfuit ei, quem opor-
tuit dare ex facto faciétis, remáſit enim ille
ex manumiſsione patronus, quod eſt com
modú conſiderabile.l.ſi quis ſeruum. l.Ti-
tius.ff.de act.empt. Præterea etiam ſi ratio-
nem iuris patronatus omittamus, adeſt ſer
uo libertas, quæ cùm illi competat ex illius
cum quo pactú cóuentum eſt volútate, vi
detur aliqd vel hac ſola ratióe illi adeſſe.l.ſo
lutú.§.ſolutá.ff.de pigno.actio.& tamé non
cópetit actio præſcriptis verbis, ſed de dolo,
non igitur eſt vera ratio cóis ad hoc reſpon
ſum.Huic difficultati reſpódet Bart.in præ
ſent.dicés actioné illam de dolo, de qua in
l.contraria, non ſubrogari in locum actio-
nis præſcriptis verbis: nam actio quidé præ
ſcriptis verbis cópeteret ibi Menandræ ad
conſequendum id quod ſua intereſſe ꝓba
uerit ſibi ſeruum promiſſum traditum fuiſ
ſe, actio verò de dolo ſuccedit ibi in locum
condictionis ob cauſam, quæ præter actio-
nem præſcriptis verbis competit in his con
tractibus innominatis. §. & ſiquidem.ſup.
eod.ſed cùm facta repeti nó poſsint vt quæ
infecta eſſe nequeant.l.in bello. §. factæ.de
capt.& poſtl.reuer. c. ſi Paulus. 32. quæſt.5.
glo.reſtitui.in. l. vnica. C. de rap.virg. loco
condictionis ob cauſam iure quidé cópetit
actio de dolo. Sed videtur ꝙ idé quod ve-
nit in actione præſcriptis verbis, veniat etiá
in actióe de dolo.vt in.§.fi.j.ea.leg.Sed Bar.
reſpódet, ꝙ in.l.cú ꝓponas. aliqd veniebat
in actione de dolo, qđ venire minimè pote
rat in actióe præſcriptis verbis, & ideo da-
tur actio de dolo. Ex hoc cói huius reſpóſi
intellectu infertur intellectus ad textú in.l.
7 cú mota.C.de tráſact. vbi inter hæredé ſcri
ptum & legitimá hæredé cóuenit, vt legiti
ma diſcederet à lite, quá aduerſum teſtamé
tú veluti inofficioſum cómouerat, atq; ita
faceret aliquid ex parte ſua, & ſcriptus pro-
pter hoc factú centum daret legitimæ, legi
tima quidé ex parte ſua cótractú impleuit
à lite diſcedés, ſcriptus autem non expleue
rat conuéta, legitima vita deceſsit, dubitaba
tur apud

tur apud Alexan. quænã actio hæredibus legitimæ aduerſus ſcriptum cópeteret. Et ille determinat actionem præſcriptis verbis cópetituram, nã datur in ſpecie illius text. actio illa ex hoc cótractu, Facio vt des, qm̃ ex impleméto facientis aliquid adeſt ei, quẽ dare oportuit. Atq; ita eum tex. interpretantur gl. in præſ. Bar. ibi. nu. 4. Iaſ. nu. 28. & eſſe cóem intellectum teſtatur Decius ibi. nu. 7. Longè aliter tex. illum intelligit gl. ordi. ibi. in parte danda, dicés ibi fuiſſe celebratú contractú, Do vt facias, licèt hęres legitima obligata ad factú ſuas partes primò impleuerit. Tertius illius legis intellectus eſt ibi nó dari actioné pręſcriptis verbis ex illo cótractu, ſed nouiter actioné illã à lege produci, atq; ideo datiuã eſſe: hîc verò nó agitur de actione datiua, ſed de natiua ex partiú conuétione reſultante. qui intellectus Bar. eſt in pręſ. nu. 1. Quartus intellectus eſt Curtij in præſ. col. 2. exiſtimantis ſpeciale eſſe in cótractu tranſactionis, vt in illo non detur actio de dolo. Nã cú in illo non habeat locú pœnitétia. l. ſi ſuper poſſeſsione. l. fratris. l. quãuis. C. de tranſact. nec códictioni ob cauſam poterit eſſe locus, quare nec de dolo actio cópetet, quæ loco condictionis ob cauſam videtur hîc fuiſſe inducta. Quinto loco eú text. interpretãtur Socin. in rub. de ver. obli. n. 23. Alciat. lib. Paradox. 5. c. 7. dicentes ibi fuiſſe celebratú contractum, Facio vt facias, qui intellectus ſuſtineri minimè poteſt. & ad. l. cú mota. plura addã ipſe in loco ordinario.

8 Vlteriùs cótra text. húc ita argumétor. Eadẽ ratio quę eſt in cótractu, Facio vt des, militat in cõtractu, Facio vt facias, quare igitur in illo nó datur actio de dolo ſed pręſcriptis verbis vt in tex. ſequéti? Glo. in præſ. reſpódens huic difficultati iã ex ſententia Irnerij alterã rationé profert, quare in contractu Facio vt des, cópetat actio de dolo, nó verò pręſcriptis verbis, dicés hoc euenire ratione ſeruandæ æqualitatis. Nã cú ille qui dedit nó poſsit repetere factú, & ſic iã céſeatur eſſe priuatus remedio condictionis ob cauſam, ne alteri cótrahenti cópetant duo remedia, huic vnum, in vtriuſq; gratiam ventum eſt ad actionem de dolo. Secúdò reſpódet Bar. huic difficultati. nu. 3. verſ. item oppono. dicens quòd fortaſsis actio præſcriptis verbis, quæ datur in contractu, Facio vt facias, ſolùm habet locú, quando contractus implementum attulit aliquam vtilitatem contrahentibus, & quòd ſi nullã vtilitatem afferret, adhuc daretur ex illo contractu actio de dolo, quæ datur ex contractu, Facio vt des. Sed hanc Bartoli traditionem ipſe non admitto, quoniam offendit generalitaté text. in. §. ſed ſi facio. j. ea. lege. Tertiã rationé ad tex. huius deciſioné poſuit gl. in præſenti ex ſentétia Ioannis, quoniã factum grauius ſit quàm datum, ideò contra rumpentem fidé in facto duriorem actionem competere, népè de dolo, quæ eſt famoſa.

9 Deinde contra tex. hunc oppono tex. in l. ſiue apud acta. C. de tranſact. Bart. in præſ. oppo●it huic tex. illú, licèt Bart. corruptior circúferatur, atq; ita vult eum inducere. Dicitur hîc cópetere actionem de dolo ex contractu, Facio vt des, ſi ex implemento in. l. adſit ei, contra qué datur actio, ſi verò aliquid adſit, actioné præſcriptis verbis cópetituram. ſed in. l. cótraria fuit contractus non facio vt des. hoc eſt, nó petam à te fundum vt mihi des centum, & tametſi non impleã ipſe conuentionem, quoniam adhuc fundum petam, non datur aduerſum me actio præſcriptis verbis. Barto. exiſtimat hoc eſſe difficile contrarium, quod ille ita ſoluit, quòd ideò ibi non datur actio præſcriptis verbis, quoniam obligatus non petere, non poteſt implere ex parte ſua, neq; eſt in mora, quoniam ſi hodie non petit, cras poterit petere. Hanc ſolutionem limitat Bartolus, vt non procedat, quãdo tranſactio eſſet appoſita in contractu bonæ fidei, nã in cótractibus bonæ fidei cautio de implédo habetur pro implemento. l. inſulã. §. fi. ff. locat.

Secundò limitat Bar. vt ſuperior traditio
10 nó procedat, quando eſt adiectum certum tempus, intra quod ille nó poſſet petere, nã tranſacto illo tempore, eſt iam ſequutú implementum, & poterit iã intendi actio præſcriptis verbis: ſed ſi in cótractu ſtricti iuris

ponatur, nunquam poterit agi actione præſcriptis verbis.

11 Vltimò quærit Bartolus num.5.an in hoc contractu, Non facio vt des, ſit locus condictioni ob cauſam? Et exemplum ex Barto. ipſo eſt huiuſmodi, Promitto à te nõ petere & tu promittis mihi centum. Pone liberaui ego te ab obligatione qua mihi tenebaris, an ſi ceſſes mihi dare illa centũ, poſsim ego condicere tibi illam liberationẽ? Et ex Bart. colligitur concluſio cum limitationibus. Concluſio eſt. Hic qui tenetur non facere, poteſt condicere obligationem, quam ſuo debitori remiſerat.l.ſi quis accepto.ff.de cõdict.ob cauſ. Adde tu actione etiam pręſcriptis verbis agi poſſe, vt ille daret illa cẽtum quæ promiſit.l.ob eam cauſam.j.eo.tit.imò & ſi inter partes actũ eſſet actiõe pręſcriptis verbis, vetus obligatio condiceretur.l.ſi dominus.verſ.dixi.ſup.eo.tit.quem tex[illegible] hoc expendit Paulus de Caſtro in.§. & ſi quidẽ. num.4.ſup.hac lege.

Concluſionem Bartoli tu limitabis non procedere, quando liberatio obueniſſet alicui propter mortem alicuius, tunc enim nõ condiceretur, ſed actioni præſcriptis verbis eſſet locus.l.cum mota. C. de tranſact. Secundò limitabis, quando actio remiſſa eſt talis, vt per pactũ reſtaurari nequeat, vt eſt illa quæ fuit orta ex maleficio.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pact. quo caſu actione de dolo opus eſſet.l.actione. C. de tranſact. Vltimò quærit Barto.quo pacto hi contractus innominati dignoſcantur? Et remittit ad text.in.§. ſed ſi facio. vbi & nos articulũ hunc explicabimus.

¶ Summa rerum. §. Sed ſi facio.

1 *Ex contractu, Facio ut facias, competit actio præſcriptis uerbis, qui contractus ſimilis eſt mandato.*

2 *Mandatum quo ad ipſos debitores non eſt neceſſe gratuitum eſſe.*

3 *Per conuentionem de exigendis debitoribus cenſetur factum mandatum ad debitorum exactionem.*

4 *Contractus innominati ſortiuntur naturam contractuum nominatorum, quibus magis aſsimilantur.*

5 *Contractus innominati à forma ineundi an à forma implendi cognoſcantur ut denominentur.*

6 *Declaratur tex.in.l.iuris gentium. in princip.ff.de pactis.*

7 *An ex cõtractu innominato duplicato oriatur actio præſcriptis uerbis?*

8 *An nomina indita conuentionibus à partibus immutent naturam contractuum innominatorum?*

9 *Contractum innominatum eſſe qui dicitur, intro ut iures.*

§. Sed ſi facio.

TExtum hunc eſſe difficilem affirmat Paulus de Caſtro, quem nemo diuidẽdum curauit, quoniam conſtat pluribus particulis. Summatim hoc continet.

1 Ex contractu, Facio, vt facias, competit actio pręſcriptis verbis, quę eſt ſimilis actioni mandati.

2 Collige tu primò ex text.hoc, quòd licèt mandatum debeat eſſe gratuitum.l.1.verſi. mandatum.l.ita vt omnes. in prin. ff. mandat.l.litem.C.de procur.gloſ.ordinaria in.l.1.in gl.aliena.ad fi.ff.de procurat.hoc tñ accipi oportet quo ad ipſum mandantem & procuratorem, non tamen quoad debitores mandantis. Nã non ex hoc dicetur mãdatum non habere, qui mercedem accepit pro ſua procuratione, alioquin corrueret vſus procuratorum noſtri temporis: qui omnes pecunia accepta, negotia aliena procurant. Atq; ita hunc textum expendunt in præſ.Bart.Albe.Pau.Iaſ.& Curtius.

3 Secundò collige ex text. per ſolam conuentionem de exigendis debitoribus factã inter creditores, cenſeri factum mandatum ad exigenda debita, licèt aliter de mandato non conſtet, quod tamen ad hoc negotiũ ſpeciale admodum eſſe oportet. l. hoc iure. l.vero procuratori.l.qui hominem. §. ſi gener.ff.de ſolut. atq; ita textum hunc veluti ſingularẽ in hoc notarunt in præſ. Paul.& Iaſ. Quare eleganter Bald. notauit in .c. ex parte.3.num.14.de reſcript.contractum innominatum habere vim mandati.

4 Tertiò collige ex text.contractus innominatos

miñatos ſortiri naturam contractuum no-
minatorum, quibus illi magis aſsimilantur:
hic enim contractus, Do vt des, q̃ proximè
ad mandatum accedit, ſicuti, Do vt des, ad
emptionem & venditionem, Do vt facias,
ad locationem. Idem probat tex. in. l. ſi gra
tuitam. j. eo. in. l. 1. in fi. ſup. de rer. per. in. l. 1. §.
ſi quis ſeruũ. ff. depoſit. in. l. eum qui. §. fi. ff.
cómo. atq; ita notant in præſ. Bar. & poſte-
riores. Hoc tñ ita accipiendũ eſt, vt de ea cul
pa quis in cõtractu hoc innominato tenea-
tur, q̃ qua in nominato, cui ille aſsimilatur,
teneretur. Quo ad alia tamé differétia eſt: li
cètem̃ cõtractus mandati bonę fidei ſit con
tractus, Facio vt des, qui illi aſsimilatur, erit
ſtricti iuris: qm̃ actio præſcriptis verbis ſem
per eſt ſtricti iuris, niſi cũ ex permutatione
vel æſtimato proponitur. §. actionũ. de acti.
Inſt. atq; ita tex. interpretatur gl. in parte ſi-
milis. cuius opinioné admittit Bar. & cæte-
5 ri ſequuntur. Quærit deinde Bar. nu. 4. con-
tractus hi innominati quo pacto dinoſcan
tur? In qua quęſtione decidéda tres ſunt ve-
luti principes grauiſsimorũ hominũ opinio
nes. Accurſius em̃ ſemper ſibi cõſtans exiſti
mauit ab ipſa forma ineundi cõtractus hos
eſſe ęſtimádos. vt ſi dixero, Dabo tibi decẽ
ſi iueris Romę Salmanticã, eſſe hũc contra-
ctũ, Do vt facias: rurſum ſi dixero. Ibo pro te
Salmãticam ſi mihi decẽ numeraueris, eſſe
cõtractũ, Facio vt des, & idé de omnibus iu-
diciũ eſt. Hãc igitur opinionẽ tenuit gl. in. l.
cũ proponas. verb. tradidiſti. C. de dolo mal.
quã ſequitur Sal. ibi. n. 6. alia in. l. ex placito.
verb. ſubiecta. C. de re. permu. vbi hanc opi
nioné ſequũtur Iacob. Butr. & Bal. nu. 27. gl.
in. l. cũ mota. in parte. danda. C. de tranſact.
vbi eã ſequũtur Bal. nu. 6. Ricar. de Salice. &
hunc referens alter Salicet. ibi. n. 7. verſ. vlti-
mò dicit. et hãc opinioné ſequũtur Bal. in. c.
1. nu. 2. quid præcede. debeat in ueſti. an fide.
& hãc eſſe cõem opinionẽ teſtatur Ioan. de
Imo. in rub. extra. de rerũ permu. n. 6. ſequũ-
tur hanc opinioné Bal. Ange. & Salicet. in. l.
iuris gentiũ. in prin. 2. notab. ff. de pact. Secũ
da fuit opinio doctorũ, quos Itali vocãt Vl
tramótanos, hi em̃ tradiderũt hos cõtract⁹
eſſe dijudicãdos à modo implendi. Itaq; ſi
inter me & Titiũ cõueniat, vt ego eã Tole-
tũ vt ille mihi centũ prę́ſtet, ſi ego priùs To
letũ iuero, eſſe cõtractum hũc, Facio vt des:
ſi ille primò mihi dederit, eſſe, Do vt facias.
& ſequuti fuere hãc opinionem permulti.
atq; cõem eſſe teſtatur Andr. Alciat. in. l. cũ
mota. in parte, prę́ſcriptis verbis. C. de tranſ-
act. cõem eſſe teſtatur Soci. in rub. ff. de ver.
obli. nu. 23. col. 2. verſ. & quòd hoc ſit verũ.
Tertia eſt opinio Barto. in præſ. exiſtimãtis
quòd nec hoc nec illo modo hi contractus
dinoſcantur, ſed ineſſe ſingulis cõtractibus
duplicem faciem. Nam ex parte eius quem
dare oportet, cenſetur contractus, Do vt
des, ex parte eius quem facere oportet, eſt
Facio vt des: ſicuti in venditione & locatio-
ne ex parte vnius, eſt emptio, ex parte alte-
rius, eſt véditio, & ex parte vnius eſt locatio
ex parte alterius eſt cóductio: itaq; non erit
prę́uentioni locus, vt cõtractus denomine-
tur, ſed vt primũ quis dederit, habebit cõtra
ct⁹ formã & nomẽ, Do vt facias, vt q primũ
alter fecerit, huius reſpectu erit cõtract⁹ Fa-
cio vt des, eſſe & hãc Bar. doctrinã teſtatur
cõem Curtius iunior in præſ. nu. 15. atq; eã
tenuit ipſe Bart. in. l. cùm proponas. nu. 6. C.
de dol. mal. vbi Alex. col. 2. eam ſequutus te
ſtatur eſſe cõiter approbatã, & eã tenet etiã
Bart. in. l. cũ mota. nu. 4. & iterũ. 2. lectione
col. 1. verſic. ex qua nota. C. de tranſact. vbi
inquit Bart. hãc fuiſſe traditioné cuiuſdam
Bartolucij. & eã ſequũtur ibi Ange. qui opi
nioné gloſ. probauerat. nu. 4. Paul. de Caſt.
ibi. nu. 6. dicens malè hic Bartolum à Baldo
reprehenſum. Iaſſ. ibi. nu. 28. teſtatus hanc
eſſe cõem opinionem. cõemq; eſſe teſtãtur
præterea ibi Claudius col. pen. Curtius iu-
nior. nu. 19. & tenuit idem Bart. in. l. ex placi
to. nu. 10. Ange. ibi. nu. 7. C. de re. per. Bar. in
l. ſi qs cũ debitore. ff. de iureiu. vbi Iaſ. nu. 5.
teſtatur cõem eſſe hãc Bar. opinioné. Bar. in
l. ſi intra. n. 2. ff. de pact. Alex. in illa. l. iuriſgé
tiũ. in prin. col. 2. Iaſ. ibi. n. 6. Quo in loco do
ctores noſtri i verſ. & ideo. iuris peritia & ſer
monis elegãtia nemini authoritate inferio
res, Fortuni⁹ Garcia. col. 1. Ioã. Oroſci⁹. n. 20. *Fortunius & Oroſcius.*
teſtantur

teſtâtur hanc eſſe cõmunem opinioné eam ſequuti. quam etiam teſtantur eſſe communem, licèt res nouas contra eam moliantur, Lodouicus Gomecius in. §. actionũ. nu.29. de actio. Inſt. Berenga. Fernan. in. l. pacta cõ-
6 uenta. col. 77. num. 7. ff. de cont. empt.

Eſt tamen contra hanc Bartoli communiter receptam traditionem textus difficilis in. l. iuris gentium. in princip. ff. de pact. vbi is qui manumiſit Pamphilum, impleuit ex parte ſua, ac proinde iuxta Bartoli doctrinam debuit illi cõpetere actio de dolo, quæ competit ex contractu, Facio vt des, ſed tex. inquit competere huic manumittẽti actionem præſcriptis verbis, vt alter ſibi ſeruum promiſſum præſtet. videtur igitur iam non procedere Bar. doctrinam. Stringo ipſe tex. illum contra Bart. vltra omnes: nam tãtùm abeſt vt actio de dolo ibi competat, quam ſi vera eſſet opinio Bar. dari oportuit, vt etiam ſi non daretur actio ciuilis incerta præſcriptis verbis, non tamen adhuc daretur actio de dolo, ſed in factum potiùs, iuxta ſententiam Iuliani ibi à Martiano notatam. At verò illa in factum actio ſubſidiaria eſt, ac vtiliter datur, quãdo deficit omnis ciuilis actio. l. quoties. ỹ. eo. Sed ſuſtinendo communia illi textui reſpondeo, quòd ibi fuit quidé celebratus contractus, Facio vt des, ex parte eius, qui Pamphilum manumiſit, vt Stichus ſibi daretur: ſed ideò non datur huic actio de dolo, quoniam alter vtcũq; impleuit partes ſuas, qui Stichum quidem dedit, licèt ille fuerit euictus ab illo qui Pamphilum manumiſerat, actio verò de dolo competeret, ſi nullo modo ille impleuiſſet. atq; ita eum textum ne Bartoli traditionem offendat interpretantur ibi Paulus de Caſtro num. 4. Iaſ. num. 6. & communem hanc intelligentiam ex Oroſcio conſtat nu. 22. qui eam probat. & idem Alexan. probauit in illa. l. cùm proponas. idem Alexan. & Iaſ. fin.
7 col. in illa. l. cum mota. & mihi placet.

Quærit exinde Bartolus num. 5. an ſi cõtractus hi duplicentur, vt ſi ego faciam vt tu facias & des, an ex huiuſmodi cõuentione oriatur ciuilis actio pręſcriptis verbis? Et reſpondet oriri: neq; enim duplicatio cùm accidens quidam ſit, mutat naturam horũ contractuum. l. ſi dominus. l. permiſiſti. ỹ. eodem. & cum Bartoli ſententia tranſire o-
8 mnes affirmat Curtius num. 17.

Quærit vltimo loco Bar. num. 6. an ſi cõtractui innominato partes imponant nomen contractus nominati, vitietur conuentio? Et reſpondet non vitiari. allegat tex. in. l. inſulam. ỹ. eo. vbi fuit geſtus contractus innominatus, Do tibi inſulam vt alteram reficias, idq; ſub nomine venditionis, & adhuc ex illo contractu competit ciuilis actio præſcriptis verbis, non ex empto. & Bar. deciſionem eſſe communem teſtatur Curtius nu. 18. Ex qua conſtat, nomina à partibus impoſita nõ immutare negotij quod agitur qualitatem. Nam vt eleganter colligit Bald. ex illa. l. inſulam. in. l. 2. nume. 2. C. commodat. verba ſeruiunt naturæ contractus, non na-
9 tura verbis.

Poſtremò tu adde adinueniri etiam in iure noſtro contractum innominatum, iuro vt iures, qui ſimillimus eſt, aut certè idé qui, Facio vt facias, vt ſi cõueniant partes de præſtando iuramento in aliqua cauſa: nam ſi vna pars iurauerit, competit iuranti actio præſcriptis verbis, vt compellat alterum iurare. quod Baldus diuino illo ſuo ingenio excogitauit in. c. 1. §. item ſacramenta. nu. 19 verſ. ſed quando. de pace tenend. & iura. firman. lib. feud.

¶ *Summa rerum. §. Si ergo.*

1 *IN contractu innominato, Facio ut facias, qui non impleuit, tenetur alteri qui impleuit ad id quod intereſt.*

2 *In contractibus innominatis non habetur ratio intereſſe affectionis, licèt aliud ſit in nominatis.*

3 *Condictio ob cauſam quare hìc locum non habeat.*

4 *In contractibus innominatis peti poteſt id quod intereſt conuentionem fuiſſe ſeruatam, uel id quod propter implementum implens amiſit.*

5 *Ius patronatus an ſit conſiderabile.*

6 *In his contractibus innominatis an detur actio cõtraria.*

7 *Actiones contrariæ non dantur niſi in caſibus in iure expreſſis.*

§. Si ergo

§.Si ergo.

HAEc eſt vltima particula huius legis, in qua Paulus Iuriſcóſul. decidit quæſtionem propoſitá in principio huius legis.

1 Collige tu primò, in contractu innominato, Facio vt facias, partem non implenté ſoluere id quod alterius interfuerit implementum ſequutum non fuiſſe. Sed oppono tex.in.§.1.&.2.ſup.ead.lege. vbi quando aliquis implebit, pôt agere actione præſcriptis verbis cótra non implétem ad id quod agentis intereſt, alterum feciſſe. Gl.1. ſoluit hanc difficultatem, dicens hoc in loco æſtimari non poſſe id quod intereſt huius, qui contractum impleuit, quoniam illud eſt affectionis quanti æſtimaret quis naturalem filium ſuum ſeruientem alteri fuiſſe manu miſſum, & hoc affectionem magis continet, quàm vllum commodum. Glo. ſolutionem ſequuntur Bart. & Fulgo. num.4. Paulus num.1. Iaſ. col. 2. affirmans omnes tenere hanc glo. ſolutionem. communem eſſe affirmat Curt. num.19. qui text. hunc legit ſub textu præcedenti.

2 Ex qua ſolutione tu collige in his cótractibus innominatis non venire intereſſe affectiõis, licèt in nominatis maxima eius ratio haberi ſoleat. l. ſi in emptionem. ff. de minor. l. lex quæ tutores. C. de admini.tut.

3 Sed iterum oppono aduerſum text. hûc. Quando huiuſmodi intereſſe nõ poteſt cóprehẽdi in actione præſcriptis verbis, ſuccedit cõdictio ob cauſam, quę etiã hic denegata eſſe videtur. Sed Bartolus reſpondet condictionem ob cauſam hîc locum habere non poſſe, quoniam libertas ſemel præſtita reuocari minimè poſsit. §. ſemel. quib. ex cauſ. manu. non licet. & ſtatim ſubijcit diſtinctionem, quæ eſt magis cómuniter approbata, teſte Curtio n. 13. Item adde, quòd ſicuti fauore libertatis ne illa retractetur non eſt locus cõdictioni ob cauſam, ita nec illa habet locum in contractibus cum eccleſia celebratis. c. verum. de condit. appoſ. ſola igitur actio præſcriptis verbis dabitur contra eccleſiam. Et hæc opinio mihi placet, tametſi in eccleſiam quoq; non ſeruantem contractum innominatum vtranque actionem dari ex condictionis ob cauſam & præſcriptis verbis exiſtimet Bald. in. l. dictam. nume. 5. verſi. ego dixi. C. de condict. ob cauſ.

4 Ex gl. manu miſsi, tu collige in his cótractibus innominatis poſſe peti id quod intereſt implentis conuentionem ſibi ſeruatã fuiſſe, vel ſi ita malit, quod amiſerit propter implementum ex ſua parte ſequutum. In quo glo. hæc notabilis eſt, quoniam vnum intereſſe poteſt eſſe maius altero. atq; ita gl. hanc notat Iaſſ. in præſenti. addit hic alterũ petendum eſſe, nec vtrunq; exigi poſſe. l. reſcriptum. §. ſi pacto. ff. de pact. licèt huic Iaſſ. annotationi ſcrupulum neſcio quem iniecerit Curtius num. 19.

5 Vltimò collige ius patronatus non æſtimari, nec in commodo pecuniario conſiſtere. l. aſſignare. ff. de aſſig. liber. l. planè. 2. §. ſi. ff. de lega. 1. quare non videtur locupletior factus, qui liberti alicuius ius patronatus acquiſiuit. l. nemo prædo. §. locupletior. ff. de regu. iur. nam verior litera eſt tex. illius, vt libertum legatur, non liberum, atq; etiam receptior. quod affirmat Pinelus in. l. 1. C. de bon. mat. 1. part. num. 6. quibus ipſe aliqua addam in. l. ab eo. C. de fideicommiſſ.

Sed videtur ius patronatus æſtimari. ex tex. in. l. idq; Iulianũ. ff. de actio. empt. in fine. Glo. verbo, æſtimari. ſoluit hanc difficultatem, dicens quòd ibi ſeruum aliquis manumiſit, vt propriæ ſatisfaceret voluntati, ſed in præſenti manumiſit vt alterius volũtati obtemperaret, quare cùm hic veluti lege conuentionis compulſus ſeruum manu miſerit, non cenſetur ex patronatu locupletior. Hanc glo. ſolutionem ſequũtur in præſenti Barto. num. 3. Pau. nu. 3. & videtur magis cómuniter approbata. Longè aliter ſoluit hac difficultatem gloſ. in. l. ſed hoc nomine. ff. de euictio. verb. ex vendito, dicens ius patronatus ſemper & vbique eſſe maximè æſtimabile, ſed in præſenti non æſtimari propter contumaciam eius, qui noluit ex parte

parte ſua implere cõuentionem, cùm alter pleniſsimè ſeruum proprium manumiſerit. Et hanc ſolutionem ſequitur Iaſ. in præſen. num. 1. quoniam iura omnia maximo odio contumacem ſemper habuerunt. l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interro. actionibus.

6 Vltimo loco quæro ipſe, an in his quatuor, de quibus ſupra dictum eſt, contractibus innominatis, competat actio contraria præſcriptis verbis ſicuti in nominatis? Propè omnibus ſunt actiones directæ ac etiam contrariæ, qualis eſt mandati, commodati, depoſiti, tutelæ, negotiorum geſtorum, pignoratitia, & ſimiles, quarum Iureconſulti ipſi rubricas titulorum inſcribentes meminerunt. Et præterea Imperator in. §. ex quibuſdam. de pœna teme. litigãt. & cùm qua potui diligentia hunc Iuriſcõſultorum obrem dati tractatum perluſtrauerim, ne veſtigium quidẽ inuenire potui contrariarũ in eo actionũ, quare libenter aſſentior Baldo, qui in rubrica. extra. de tranſact. col. fin. verſ. item in contractibus. teſtatur in his cõtractibus non eſſe in vſu actiones illas contrarias.

7 Eſt præterea in illis vulgaris forma à maioribus noſtris tradita, vt actionibus illis nõ fiat locus niſi in caſibus in iure expreſsis. ita enim voluit gloſ. in. l. omnino. in gloſ. alioquin. ff. de impenſ. in rebus dotal. fact. vbi Alexan. ad Barto. nu. 2. Bald. & alios allegat gloſ. illius opinionem ſequutos. & voluit idem glo. in. §. præiudiciales. ibi. cùm nulla reperiatur lege cautum. de acti. Inſtitut. & addit multa Iaſ. ibi. nu. 35.

ANTONII DE PADILLA Y MENESES IN TITVLVM DELEGATIS SECVNDO. Commentaria.

¶ *Summa rerum. Rubric. de legat. 2.*

1 IN principiſs librorum non eſſe neceſſariò rubricas continuandas.
2 Quare legatorum tractatus in tres libros diſtributus ſit.
3 Differre legata à fideicommißis.
4 Fideicommiſſa iure.ff.an efficaciter peterentur.

¶ *Summa rerum. l. in arbitrium.*

1 Differentiæ inter priorem text.partem & poſteriorem.
2 Hæredis quoq; inſtitutionem ualere collatam in arbitrium tertiſ.
3 Legatum poteſt conferri in arbitrium ipſius hæredis.
4 Donatio cauſa mortis poteſt etiam conferri in alterius arbitrium,
5 Matrimonium conferri poteſt in alterius arbitrium.
6 Subſtantia contractus poteſt in alterius arbitrium conferri.
7 Subſtantia contractus non poteſt conferri in partis ipſius uoluntatem.
8 Probatio eius quod intereſt poteſt conferri in partis uoluntatem.
9 Quod in hac declaratione pars exceſſerit, reducetur declaratio ad arbitrium boni uiri.
10 Fauore dotis ſubſtantia contractus confertur in partis uoluntatem.
11 Verbum, arbitrio tuo, importat arbitrium boni uiri.
12 Niſi commißio fiat ei qui iam à lege habebat arbitrium boni uiri.
13 Teſtamenti factio conceſſa ei qui iure communi poterat teſtari, hoc tribuit, ut teſtetur ille omißis iuris ſolennibus.
14 Fallit præterea ſi uerbo, arbitrio, addatur, plenũ, liberum, uel ſimilia.
15 Verbũ beneplacitũ, importat arbitriũ boni uiri.
16 Septimus caſus abſolutè poſitus an importet conditionem.
17 Et licet faciat conditionem, actum tamen non ſuſpendit.
18 Conditio etiam tacita ſuſpendit diſpoſitionem cui ineſt.
19 Expediuntur duæ priores gloſſæ.
20 An is cuius arbitrio teſtator legatum commiſit compellatur arbitrari.
21 Nolens arbitrari quia habet iuris impedimẽtum, non priuatur legato.
22 Agnoſcẽs arbitrium tacitè uel expreßè cogitur illud ſuſcipere.
23 Executor datus à teſtatore præſens & tacens cogitur exequi.
24 Etiam ſi tacitè uel expreßè agnouerit poſt mortem defuncti.
25 Cogitur etiam exequi ſi quid ſibi relictum ſit.
26 Et an ſtatim non exequens priuetur relicto.
27 An iudex executorem teſtamenti poßit compellere ad executionem.
28 Executor conſanguineus compellitur exequi.
29 Epiſcopus priuat executorem malè exequentem.
30 Rupto teſtamento conſeruari etiam dationem executoris ex nouella conſtitutione.
31 Qua actione executor compellatur?
32 Non arbitrante illo cuius arbitrio legatum relictum eſt, an legatum debeatur.
33 Cui datur electio intra certum tempus intra illud debet eligere.
34 Poteſt debitor pignus luere quod iam potuit creditor uenundediſſe.
35 Arbitratore non arbitrante an recurratur ad alium.
36 Et ſi malè arbitretur recurritur ad arbitrium boni uiri.
37 Arbitratore malè arbitrante petitur reductio ad arbitrium boni uiri, etiam ſi partes arbitramento ſtare iuraſſent.
38 An huiuſmodi reductioni poßit renuntiare.
39 Nulla cautio ſatis eſt ad huiuſmodi renuntiationem.
40 Quando dicatur quis grauatus in magna quantitate, ut ſit locus reductioni.
41 Et intra quantum tempus huiuſmodi reductio peti poßit.

42 *Qualiter uir bonus in huius. l. ſpecie arbitrabitur.*

43 *Ex conſuetudine teſtantis capi optimam coniecturam pro hoc arbitrio.*

44 *Clerico infirmo, qui ſanus nõ ſolet horis intereſſe, non dari diſtributiones.*

45 *Arbitrator an arbitretur legati modum abſente hærede.*

46 *Etiam non expreſſa quantitate in legato legatum dici purum.*

47 *An ex obligatione eius quod intereſt uel alia ſimili executio peti poßit.*

48 *A iudice, qui ut bonus uir arbitratur, an liceat appellare.*

49 *An ualeat legatum relictum in alterius uoluntatẽ.*

50 *Propter piam cauſam ſuſtineri captatoriam uoluntatem.*

51 *Et quid in legato libertatis? Et textus in. l. fideicommiſſaria libertas. ff. de fideicom. liber. tribus modis declaratur.*

52 *Statutum an poßit approbare captatoriam uoluntatem?*

53 *Legem regiam uideri captatoriam uoluntatem permiſiſſe.*

❡ *Rubrica de legat. 2.*

QVanquam non ignorem præceptoribus, qui iuris ciuilis artem in his ſcholis profitentur, hoc curæ ſemp fuiſſe, vt rubricas titulorum quorũ tractatum aggrediuntur rubricis præcedentibus annectant, hoc tamen nobis curæ ſuſcipere erit ſuperuacaneum, cùm principium libri titulus hic no
1 ſter ſit, quo caſu rubricas minimè eſſe continuandas pro regula traditũ eſt à glo. in rubri. ff. de cõdict. fur. communiter recepta authore Ripa in rubri. de iudicij. nu. 5.

2 Quærit autem gl. rubricæ, quare primò agit de legatis, deinde tractatũ ſubijcit de legat, tandem tertium eiuſdem materiæ tractatum annectit. Ad hoc reſpondet rubricæ. 1. de lega. 3. quòd primò dixit, quid & quantum legari poſsit. In ſecundo quis & à quo legari poſsit. In tertio de ſignificatione tractauit tam circa res, quàm circa perſonas. Et hanc traditionem vbiq; omnes ſequuntur, & probata eſt. l. 10. tit. 9. part. 6.

3 Ex litera rubricæ tu collige, legata & fideicommiſſa diſtare quidem inter ſe, cùm copula hîc diuidãtur, quæ ſemper ponitur inter diuerſa. glo. ordinaria in rubrica. ff. de iuris & facti ignoran. alia in. c. querelam. in parte, potuit, de ſymo. alia in clem. diſpendioſam. in gl. matrimonijs. de iudic. Bar. in l. 1. in princ. nu. 2. ff. de iuſt, & iur. Idem dominus Bart. in. l. 1. in princ. nu. 2. ff. de pact. Differre autem hæc videntur primò origine. Fuit enim legandi forma inuenta probataq; à lege. 12. tabularum. l. verbis legis. ff. de verb. ſign. Fideicõmiſſa poſtea inuẽta ſunt, quæ cùm à fide dũtaxat pẽderent fideicõmiſſarij, in iuris neceſsitatẽ tracta ſunt à diuo Auguſto in prin. Inſtit. de fideicõ. hæredi. de quo in rubr. C. de fideicõ. nos dicem⁹.

4 Sed an iure ſaltẽ. ff. fideicõmiſſa efficaciter peterentur, dubium eſſe ſolet. Et gl. quidem in. l. 1. in gl. 1. ff. de leg. 1. cõſtanter affirmat fideicõmiſſa iure. ff. efficaciter peti potuiſſe. Rurſus Cynus in. l. 2. C. cõmu. de leg. exiſtimauit iure quidem actionis peti non poſſe, officio tñ iudicis peti poſſe. l. pecuniæ verbum. §. 6. ff. de verb. ſigni. Tu verò tene iure etiã actionis poſſe fideicõmiſſum peti. l. ſi res. ff. de legat. 3. l. à patre. ibi, vtilibus actionibus poſtulabitur. ff. eod. l. ex imperfecto. ibi, vendicare. ff. eod. tit. & tenet hãc opinionem Bar. in. l. 1. de lega. 1. vbi idem ſequuntur Angel. & Paul. Alexã. dicens eſſe veriorem opinionem nu. 13. aſſerit eſſe communem Ripa. nu. 20. vbi Crotus. nu. 17. proponit pro hac opinione octo fundamenta, quam eſſe cõmunem contra eam pugnans affirmet Menchaca. §. 17. nu. 126.

L. 1. In arbitrium.

TExtus hic vt difficilis eſt, ita quoq; eſt pq̃ vtilis. Diuiditur in duas partes principales. In prima legauit teſtator expreſſa quãtitate. In ſecũda nõ expreſſa. Et hęc diuiſio ſatis ſit. Secũda eſt ibi, at cũ ita legatur.

1 Et ita tu collige cũ Angelo de Periglis. col. 1. primã differentiã inter priorem particulã textus & ſecũdam. In prima eñ parte legatum eſt cõditionale, qđ cõſtat ex tex. ibi,

ibi, veluti conditio. In.2.autem parte legatum eſt purum, quod textus ibi ſatis aperit, quę enim mora eſt in boni viri arbitrio. Secunda differẽtia eſt, ꝙ in priori parte ſuſpẽditur quãtitas & validitas legati in arbitriũ tertij, in ſecunda verò parte non ſuſpenditur validitas legati, quoniam ex teſtatoris voluntate legatum ipſum conſiſtit, quantitas verò certificanda & exprimenda arbitrio boni viri cui hoc commiſit teſtator, qui ſi nolit arbitrari, eius arbitrio derelicto, aditur iudex, qui ſemper intelligitur, quando aliquid boni viri arbitrio relinquitur. l. cõtinuus. §. cùm ita. ff. de verb. oblig. & hic iudex eccleſiaſticus aliquando eſſe debet. l. nullus. C. de epiſcop. & cleric. aliquando ſecularis. l. alio. ff. de aliment. & cibari. leg. prout ſubiectæ materiæ neceſsitas poſtulauerit. Tertia differentia eſt, quòd in priori parte ſubſtantia totius legati confertur in arbitrium tertij, in poſteriore autem particula ſubſtantia totius legati non confertur in arbitrium tertij, ſed declaratio duntaxat legati facti. Quarta differentia eſt, quòd in priori parte fuit expreſſa quantitas legati, in ſecunda verò parte eſt adhuc legatum indefinitum reſpectu quãtitatis. In textu ibi, pupillo ſiue pupillæ, in hoc nõ eſt vlla vis, ſed exẽpli cauſa dictum eſt. Dynus & hũc referens Ange. de Periglis. col. 1.

2 Tu adde textui in hac prima parte, ꝙ etiam heredis inſtitutio poteſt iure optimo conferri in alterius arbitrium. l. ſi quis Sempronium. ff. de hæredib. inſtituend. vt ſi dicat teſtator, Inſtituo Seium ſi Titius arbitratus fuerit.

3 Secundò adde, ꝙ etiam in hæredis ipſius arbitriũ poteſt conferri legatum. vt ſi dixerit teſtator, Lego Titio ſi hæres arbitratus fuerit, vel ſi putauerit, vel exiſtimauerit, vel æquum duxerit. l. ſi ſic. in prin. ff. de lega. 1.

4 Tertiò extende etiã in donatione cauſa mortis hæc habere locum. Acoſta lib. 1. ſelectarum interpretatio. c. 21. nu, 16. l. tam is. §. 1. de donat. cauſa mortis.

5 Quartò etiam in matrimonio. c. ſuper eo. de conditio. appoſi. etiam in volũtatem extranei. Card. in cap. per tuas. eod. tit. Iaſſ. nu. 10. in. l. captatoriæ. ff. de lega. 1.

6 Item addo, ꝙ in contractibus ſubſtantia cõtractus poteſt cõferri in arbitriũ alterius. l. fi. C. de cõtra. emp. qui text. probat pretiũ cõtractus in alterius arbitriũ cõferri poſſe, in quo cõtractus illius ſubſtantia cõſiſtit. §. item pretiũ. Inſtit. de emptio. & vendit. idẽ probat tex. in. l. ſi. merces. in princ. ff. locati.

7 Hoc tamen differunt contractus ab vltima volũtate, ꝙ in contractibus ſubſtãtia cõtractus non poteſt cõferri in partis ipſius voluntatem. l. quod ſæpe. §. 1. ff. de cõtrah. empt. l. in vendẽtis. C. de cõtra. empt. at ſubſtantia legati, quod iam diximus, poteſt in arbitrium alterius ex partibus conferri, accidentia tamen cõtractus poſſunt iure optimo in partium voluntatem conferri. l. hæc venditio. ff. de contra. emp. l. in perſonam. §. generaliter. ff. de regul. iur.

8 Quare probatio intereſſe poteſt cõmitti ſolius partis declarationi. ita enim tenet Bar. in. l. fi. nu. 3. ff. de prętorijs ſtipulat. idem in. l. Theopõpus. ff. de dot. prælegat. & ante eum Cinus in. l. pen. C. de pact. vbi Alberi. nu. 13. idẽ ſequutus affirmat eam eſſe cõem opinionem Iaſſ. qui firmat etiam eſſe cõem in. l. iuſiurãdum quod ex conuentione. in princ. num. 1. ff. de iur. iur. teſtãtur eam eſſe cõem Decius in. c. inſuper. nu. 18. & in. c. veniens. nu. 18. de teſtibus. Alciatus in. l. 1. §. fi. nu. 24. ff. de verb. obli. Bellonus cõſi. 77. nu. 5. Gualdenſ. tit. 6. caut. 48. Cõtrarium tñ tenet Bal. in. l. vnica. C. de ſentẽ. nu. 3. duabus rationibus. Primò, quoniam incerta videbatur hæc promiſsio, ac proinde nõ admittenda. l. triticum. cum alijs. ff. de verb. obli. Secundò, quoniam ſicuti obligatio non debet pendere ex voluntate debitoris. l. ſub hac. ff. de actio. & obli. ita nec creditoris. gl. ſingul. in. l. à Titio. in glo. fi. ff. de verb. obli. Sed vera eſt communis opinio, quoniam ſubſtantia ſtipulationis non confertur hîc in volũtatẽ creditoris, ſed declaratio quædam, quæ accidens eſt ipſius contractus.

9 Si tamen is, cuius arbitrium hîc electum eſt, in declaratione exceſſerit, reducitur de-

claratio ad arbitrium boni viri, argumento textus in. l. ſi libertus ita iurauerit. ff. de operi. libert. Pro quo ipſe allego gloſſ. in. l. penult. ff. de arbit. in glo. imperarem. in fi. dicẽtem ꝙ ſi ego compromiſſo in aliquẽ quem offenderim vt æſtimationem arbitretur iniuriæ, ſi nimium fuerit arbitratus, potero deducere eius æſtimationem ad arbitrium boni viri. & ita ex illa gloſſ. tenuit in propoſito Bart. in. l. fi. nu. 3. de præt. ſtipulat. Cuius opinionem teſtatur eſſe communem Diegus Couarru. libr. 2. variarum reſolut. cap. 13. col. 2.

10 Illud tamen in contractu dotis vtiliter receptum eſt, vt ſubſtantia illius poſſit in arbitrium partis conferri. l. cùm poſt. §. gener. ff. de iur. dot. l. 3. C. de dotis promiſſ.

11 Secundò principaliter tu collige ex litera textus huius ibi, arbitrio tutorum, ꝙ inter cætera verba denotãtia arbitrium boni viri, vnũ eſt hoc, arbitrio tuo. qđ probat text. hîc. 2. parte. Idẽ probat tex. in. l. fideicõmiſſa. §. quãquam. ff. de legat. 3. in. c. preterea. de teſtibus. in. c. 2. de corpor. vitiat. quæ iura in hoc allegat Panor. in. c. 1. nu. 18. de ſequeſt. poſſ. & fructuũ. Sed illis melior longè text. hic noſter eſt. ad idem textus in. l. 1. de condit. in publi horr. libr. 11. quem textũ notat Bald. in hoc, quòd paria ſunt dicere. arbitrio tuo, vel iudicio tuo: & quando aliquid committitur iudicio alicuius, perinde eſt, ac ſi committeretur arbitrio boni viri. l. Thais ancilla. §. Lucius. 2. ff. de fideicommiſſ. libert. reprobata gloſſ. in parte, iudicio, exponente pro voluntate. quam reprobant Benedictus de Plũbino ibi. Barto. in extrauaganti. ad reprimendum. in parte, videbitur. colum. 1. nam verba illa, iudicio & cætera. important arbitrium boni viri ſecundùm Barto. vbi ſuprà. Alexan. qui multos refert conſilio. 33. volumine. 1. colum. 2. Adde quòd verbum, iudicio, idem importat quòd verbum, diſcretio. gloſſ. in. l. cùm prætor. §. fina. in parte, iudicio. ff. de iudic. at verbum, diſcretio, importat arbitrium boni viri. Panormita. in capit. cùm autem. de iure patronat. numero. 6.

12 Limitabis tu ſuperiora minimè procedere, ſi alicuius arbitrio aliquid committatur, qui ante illam commiſsionem iam ipſe à lege haberet arbitrium boni viri, quoniam ſi huius arbitrio aliquid committatur, poterit quidem illud decidere ſecundùm quod ſibi viſum fuerit. hæc eſt declaratio Imolæ in. l. ſi filiusfamilias. colum. 2. ff. de donatio.

13 Cui ſimile & illud videtur, quòd, ſi princeps alicui concedat libertatem, vel liberam teſtandi facultatem, qui aliàs ex regulis iuris communis ipſe teſtari poſſet, videtur illi remiſſa teſtamenti ſolennitas. gloſſ. ſingularis in. l. ſi quando. in gloſſ. 1. C. de inofficio. teſtament. quam ibi ſequitur Bart. 1. oppoſitio. aſſerit eſſe communem Iaſ. col. 1. dicit eam magiſtralem Iaſſ. in. l. 1. lect. 2. numero. 20. C. de ſacroſanct. eccleſ. aſſerit præterea communem Alciat. libro Paradox. 5. cap. 5. & eſt ſimilis in. l. ſi mutus. in glo. fina. ff. de teſtament. ſimilis in cap. 1. in parte, vt liberè. de reſcript. vbi idem ſequuntur Bal. num. 14. & dicit eſſe communem opinionem Ripa num. 29. Quare Baldus nec ineleganter ſcriptum reliquit in. l. nullus. C. ad legem Iul. maieſt. nu. 1. quòd ſi iudici mandetur vt inquirat de aliquo delicto, ſi ipſe aliàs poterat de delicto illo cognoſcere, virtute huius commiſsionis poterit inquirere, etiam fama non præcedente. cuius opinionem ſequitur poſt alios Ioannes Crotus in l. nemo poteſt. num. 3. ff. de legat. 1.

14 Secundò limitabis hoc minimè procedere, ſi verbo, arbitrio tuo, adijciatur verbũ, plenus plena plenum. vel verbum, liber libera liberum. tunc enim videtur committi non tanquam bono viro, ſed ad beneplacitum eius, cui fit commiſsio. ex textu in. l. fideicommiſſa. §. quanquam. ff. de legat. 3. in ratione quam ponit textus ibi, non enim quem textum ad hoc notant Barto. in. l. 1. C. de ſacroſ. eccle. nu. 49. idem Bart. in l. alio. numero. 9. ff. de aliment. & cib. legat. Quod tu tamen ſublimitabis minimè

procedere

procedere in cauſis criminalibus, in quibus
etiam ſi alicuius libero arbitrio committa-
tur, ſemper cenſetur commiſſum veluti bo
no viro. Ita Bal. eleganter in. c. licet vndiq;.
de offic. delegat. idem in cap. 1. de offi. ordi
na. Alexan. conſi. 65. col n. 2. volumi. 1.
Verba tamen quantumcunque abſoluta,
vel libera ad iudicem relata, ſemper impor
tant arbitrium boni viri. quod ex Baldo vi
detur conſtare in. c. quintauallis. in fine. de
iur. iur. Hoſti. & Imol. in. c. ſignificauerunt.
de teſtib. Decius in. c. cauſam quæ. nu. 1. de
teſtibus. quod rationem habet ex textu in
l. plenum. §. equitij. ff. de vſu & habita. &
cap. cùm de beneficio. de præbendis libr. 6.
15 Adde quòd inter cætera verba arbitriũ
boni viri ſignificantia verbum, beneplaci-
tum, importat arbitriũ boni viri, ex textu
in. l. Thais. §. ſorori. ff. de fideicõmiſſ. libert.
vbi dictio, placuit, denotat arbitrium boni
viri. multò igitur fortius dictio, beneplaci-
tum, denotabit arbitrium boni viri. & ita
textum illum expendit Panormitanus in
cap. verum. in vltimo notabili. de for. com-
pet. vbi idẽ ſequitur Barbat. Item Capitius
deciſione. 116. nu. 4. Iaſſ. in. l. ſi ſic. in princi.
nu. 6. ff. de legat. 1. Sed ante hos text. illum in
hoc expenderat Bald. in. l. fi. §. ſed & ſi quis.
nu. 3. C. commu. delegat. Superioribus ta-
men obſtare videtur regia. l. 29. titu. 9. part.
6. vbi teſtator in teſtamento legauit, ſi hæ-
redi ſuo placuiſſet, reſpondet lex legatum
poſſe liberè ab hærede reuocari. Sed tu re-
ſponde, ne corruat cõmunis opinio, quòd
ibi verbũ illud ponitur poſt aliud verbum
arbitrium boni viri ſignificãs, ac propterea
non iuducit arbitrium boni viri.
16 Tertiò principaliter tu collige ex litera
textus huius, quòd ablatiuus abſolutus nõ
importat conditionem. Quòd enim lega-
tum hic eſt arbitrio tutorum, non cõditio-
nem fecit vt tutores arbitrari vt velint poſ-
ſint, ſed arbitrium boni viri denotari vide-
tur. Contra hoc facit regula vulgata quæ
habet ex ablatiuo abſoluto conditionem
reſultare. l. à teſtatore. ff. de cond. & demõ.
l. ab emptione. ff. de pactis. l. cùm pater. §.
euictis prædijs. ff. de lega. 2. l. vnica. C. quan
do non pet. partes. & importat quidẽ abla-
tiuus abſolutus conditionẽ expreſſam. Bar.
in. l. 1. q. 7. ff. de conditio. & demon. & pro-
priã etiã non impropriã conditionẽ indu-
cit. Bart. in. l. non ſine ratione. col. 1. C. de bo
niſque liber. Imò etiam ſi ablatiuus abſolu
tus iungatur particulæ denotãti modum,
ille denotat cõditionem. Bartolus in. l. ſub
conditione. nu. 8. ff. de ſolutio. vbi in hoc al
legat text. in. l. ſi ego. §. 1. ff. de iur. dot. Hanc
difficultatem tangit Dñs Barto. in. l. ſi quis
arbitratu Titij. 4. oppoſi. ff. de verb. obliga.
vbi dicit differentiam maximam eſſe inter
contractus & vltimas volũtates in hac par
te. Nam in contractibus verbum hoc, arbi-
trio, importare quidẽ conditionem ex abla
tiui abſoluti natura, in vltimis autem volũ
tatibus conditionem non importat. Et hãc
Bartoli differentiam communem eſſe affir
mat Iaſſ. ibi, num. 17. & hoc dicit Barto. eſſe
ſpeciale fauore vltimæ voluntatis, vt faci-
liorem illę ſortiantur effectum: nam ſi con
ditionem hîc ablatiuus abſolutus importa
ret, niſi tutores arbitrarentur, legatum mi-
nimè conſiſteret, & hæc eſt veritas.
17 Superioribus tu adde, quòd ablatiuus
abſolutus licèt faciat conditionem, non ta-
men ſuſpendit actum ſuper quo imponi-
tur, ſicuti conditio illum ſuſpendit. Bald.
in rubrica. C. de inſt. & ſubſt. facit optimè
textus in. l. fideicommiſſa. §. cùm eſſet. ff. de
18 legat. 3. licèt conditio etiam tacita actum
cui ineſt ſemper ſuſpendat. gloſſ. in. l. item
quia. §. 1. in parte, malè petitur. ff. de pactis.
vbi Albericus num. 5. Alexan. col. 1. eam ſe-
quuti dicunt eam eſſe ſingularem. alia in
l. omnia. in princ. in gloſſ. 1. ff. de lega. 2. alia
in. l. 2. §. creditum. verbo, poſt nuptias. ff. ſi
certum petatur. vbi eam ſequũtur omnes.
Barto. in. l. interdum. ff. de verborum obli-
gatio. Bald. in cap. ſignificaſti. fina. colũ. de
electiõe. vbi gl. in illa. l. itẽ quia. dicit eſſe ſin
gularẽ Alex. in. l. 3. in pri. n. 3. ff. de leg. 1. Iaſ. in
l. Stichũ qui meus. nu. 26. eod. ti. teſtãtur eſſe
cõem allegantes alios Decius cõſil. 2. nu. 4.
Alciat. in. l. cedere diẽ. ff. de verb. ſign. quare

reprobari oportet glo. in. l. ita demum. in glo. conditione. ff. de arbitris. & in. l. arbitrorum. in glo. poteris. C. eod. tit.

19 . Gloſ. 1. ponit caſum ac facti ſpeciem ad hũc tex. glo. 2. in parte, cõditio, exponit primò tex. deinde refert duas opiniões Ioãnis & Rogerij, an verſiculus, quid enim, legatur interrogatiuè, an aſſertiuè? Et Ioannis quidem opinio ipſi gloſſatori magis placuiſſe videtur, & eam ſequuntur Barto. & plerique omnes. aſſerit eſſe cõmunem Iaſſ. in. l. captatorias. col. 1. C. de teſt. mil.

20 . Deinde ſubijcit glo. quæſtionẽ, an ſi hic in cuius arbitrium legatũ eſt nolit arbitrari, poſſit compelli? Et primò ingenuè gloſ. profitetur ſe hoc nõ meminiſſe quòd legerit alicubi. Ex quibus verbis ſubinde Cumanus & Paulus commendant temperamentum Accurſij, & eodem temperamento vtitur Accurſius ipſe in. l. omnino. in glo. alioquin. ff. de impenſ. in rebus dot. fact. Placẽtinus Accurſio relatus. in. l. cùm notiſsimi. §. eodem iure. in glo. paratus. C. de præſ. 30. vel. 40. an. quo etiam in ſimili vtitur diuus Auguſt. in Canone. quanuis. 22. q. 1. Item Innocen. in. c. cùm ſpeciali. de appellatio. & tamẽ ſi gl. non determinet in hoc, magis inclinare videtur, vt minimè cõpellatur ille arbitrari. & hanc opinionem ſequitur Bar. in præſ. nu. 6. Ex cuius dictis tu collige primã declarationẽ ad gloſſam, vt arbitrator, cui nil eſt in teſtamẽto relictũ, minimè cogatur arbitrari, ex. l. ſi quis ſepulchrum. §. funus. ff. de religioſ. & ſump. funerum. l. filius familiàs. §. inuitus. ff. de ꝓcurator. l. 24. quęritur. ff. de curat. bonis dãd. l. 3. §. tametſi. ff. de arbit. quæ iura ad hoc adducit Barto. Et executorem teſtamenti compelli non poſſe exequi, probatur in. l. 38. Tauri. ibi, *no quiſieren.*

21 . Sit ſecunda declaratio ex Bar. in præſen. quòd ſi quis nolit arbitrari quoniam habet iuris impedimẽtum ne arbitretur, non perdit legatũ ſibi in teſtamẽto relictũ. l. ab adminiſtratione. C. de lega. Exẽplum ponit Bar. in fratre minoris claſsis, qui eſt impeditus de cuiuſpiã teſtamẽti executione tracta re. Clemen. 1. de teſt. cum alijs.

22 . Superiora tu limitabis non procedere, quando arbitrator vel executor teſtamẽti expreſsè vel tacitè agnouit officiũ ſibi iniũctum etiam in vita teſtatoris. de expreſſa acceptatione ex tex. in. l. ex ſẽtẽtia. de teſtamẽ. tut. & l. 12. tit. 5. lib. 3. for. leg. de tacita in l. vxori. §. 1. ff. de falſis. & hoc voluit Bart. in præſen. dum textum illum allegauit.

23 Adde tamen, ꝙ executor datus præſens & tacens in alicuius teſtamẽto, non cenſetur acceptaſſe officiũ. exequẽdi, cõis ſcđm Barb. nu. 11. Couarruui. nũ. 4. in. c. Ioannes. de teſt. Ioannem à Canibus lib. de executorib. vltimarum volũnta. 1. part. q. 4. nu. 42. quam tenet Iaſſ. in. l. quæ dotis. nu. 98. ff. ſo luto matrimo.

24 Secũdò limitabis ſuperiora minimè procedere, ſi poſt mortẽ agnouerit hic tacitè, vel expreſsè officium arbitratoris vel exequutoris ſibi iniunctũ. l. 3. §. tametſi. ff. de arbitris. de tacita acceptatione allego text. in l. poſt legatum. §. amittere. ff. de ijs quibus vt indig. pulcher tex. in. l. at ſi quis. §. ſi cui. ff. de relig. & ſump. fun. l. à filio. in princi. ff. de aliment. & cib. legat. quæ tria iura al legat Paulus in præſenti.

25 . Tertiò limitabis ſuperiorem regulam minimè procedere, quando aliquid relictũ eſt huic arbitratori vel executori in teſtamento, tunc enim ſaltem cauſatiuè (quod aiũt) compellitur arbitrari vel exequi officium ſibi iniunctũ. & ad hoc allegat Bart. textum in. l. ſi quis ſepulchrum. §. funus. ff. de relig. & ſump. fun. in. l. 1. §. quanuis. ff. vbi pupil. educ. debeat.

26 In quo Bar. aduertit, ꝙ etiam ſi olim ita demum amittebatur relictum, ſi conſtaret ex hac cauſa teſtatorẽ motum hæc legaſſe. l. Nenſenius. ff. de excuſatio. tuto. tamen hodie indiſtinctè amittitur relictum, vt in auth. de hęre. & falcid. §. his omnibus. & §. ſi quis autem non implẽs. coll. 1. idem quoq; tenet Bar. in. l. penul. C. de legat. vbi idẽ ſequũtur Bal. & Paulus, Iaſ. in auth. hoc amplius. 2. ampliatione. C. de fideicomiſſ. Cõtra tenẽt Fulgo. & Imol. quos refert Alex. in prę-

in prǽſenti. Tu dic, quòd ante iudicis moni
tionem nulla eſt cóſtituenda differentia in-
ter ius antiquum & nouũ, poſt iudicis ve-
rò monitionem priuaturis qui non exe-
quitur quocũq; relicto. quæ concordia A-
lex. eſt in prǽſen. Itẽ Ange. Corne. & Alex.
in illa.l.penul, probaturq; lege regia fi. tit.
27 10.part. 6. Quartò limitabis ſuperiora nõ
procedere eo caſu, quo iudex cópellit hu-
iuſmodi executorem non tanquam execu
torem, ſed tanquam alium quemlibet ter-
tium, quod ille facere poteſt. ſecundũ Bar.
in præſenti allegantem pro hoc textum
in argumentum in.l.1.in fine. C. qui ꝓ ſua
iuriſdict. vbi poteſt iudex compellere ſibi
ſubditum ad ſubeundam & acceptandam
delegationem. Verùm textus ille hanc Bar
toli opinionem non probat, agit enim ille
de officio publico authoritate & vtilitate,
quod quidem iudicãdi munus neceſſariũ
eſt.l.6.§.iudicãdi.ff. de mun. & hono. Qua
re cótrariam ſententiam, imò quòd iudex
non poſsit quenquam compellere vt inui-
tus teſtamentum alicuius exequatur, tenet
Ioannes Andreas ad Speculum in titul.
de inſtrumentorum æditione.§. nunc verò
aliqua.nu.55. in additione incipiẽti. Placet.
Cuius opinionem tenet Alex. in præſ.nu.5.
Verùm adhuc Barto. opinio & ſi lege non
probetur, videtur tenenda, & eam eſſe &
tutiorem & cómunem affirmat Raphael
Comenſis in præſ. nu. 3. t. lectione. lege ta-
men regia penũl. titul. 10. partit. 6. videtur
Ioann. Andr. & Alexand. opinio probari.
28 Quintò principaliter limitabis ſuperiora
minimè procedere in executore conſangui
neo ipſi teſtatori, qui etiam ſi velit, non po
teſt recuſare officium exequutoris ſibi in-
iunctum. argũm. text. in.l. 1.§. qu anuis. ff.
vbi pupillus educari debeat. Ex quo textu
Bald. colligit ibi, quòd etiam ſi nemo com
pellatur regulariter arbitrium ſuſcipere. l.
3.§. tamet ſi. ff de arbitris. in cauſa tamen có
ſanguineorum quilibet cogitur arbitrium
ſuſcipere. & in hoc extollunt text. illũ Hip-
polytus in. l. vnica. nu. 202. C. de raptu
virg. Cremenſ. ſingul. 58. & in executore
teſtamenti tenet hanc opinionem Ioannes
29 à Canibus loco iam allegato nu. 39. Illud tu
hic notabis; quòd officium hoc commiſſa
riæ teſtamentariæ poteſt epiſcopus auferre
teſtamentario, ſi ſibi non obtemperet, vel
illud malè adminiſtret. Bald. in.l.3.C. de ꝑ.
nu.5. Alex. ibi nu. 4. dicens hoc eſſe notabi-
le laſſ. num. 6. Curti. nu. 3. atq; hi tres poſte
riores Speculatorem laudant autorem hu
30 ius opinionis. Vltimò adde, rupto teſtamẽ
to ex cauſa præteritionis vel exhæredatio-
nis, conſeruari dationem executorũ teſta-
menti, nam & tutelarum conſeruantur da
tiones in auth. vt cùm de appellatione co-
gnoſcitur. §. ſiue igitur. coll. 8. ex quo textu
ita colligit Bar. in auth. ex cauſa. nu. 18. verſ.
31 Item ex hoc dicto. de lib. præter. Sed quibus
caſibus poteſt aliquis cogi ad ſuſcipiendã
executionem teſtaméti, quo remedio, quã
ve actione cópellatur, in dubium verti poſ
ſet. Et Bart. quidem nu. 9. breuiter diſtin-
guit, quòd tunc actio ex teſtamento com-
petit, cùm aliquid eſt relictum ipſi executo
ri. argum.l.2.C. de donatio. quæ ſub modo.
Si autem nihil eſt executori in teſtamento
relictum, tunc officium iudicis aderit, quo
ille compelletur ad exequendum teſtamẽ-
tum. allegat Bart. textum in.l. planè. 2.§. fi.
ff. de leg. 1. longè meliùs potuiſſet allegare
textum in.l. hæreditas.§.1.ff. de petit. hęred.
32 Sed hîc denuò cum gloſ. quærendum eſt,
an ſi is, in cuius arbitrium hoc legatum col
latum eſt, non arbitretur, an legatum de-
beatur? Et gl. exiſtimat legatũ deberi, cótrà
Bart. nu. 10. qui ita docet, quòd ſi quidem
legatum relictum eſt in vim conditionis,
putà, Lego Titio centũ ſi Caius arbitratus
fuerit, hæc illi danda eſſet, tunc iure opti-
mo deficiat. Quærit ſtatim Bart. nu. 10. quã
do dicetur eum, in cuius arbitrium legatũ
collatum eſt, nolle arbitrari? Et in hoc po-
nit Bart. diſtinctionem, dicens, quòd cùm
dixerit ſe nolle arbitrari, conſtabit eum mi-
nimè iam arbitraturum.l.3.§. Sed & ſi quis.
C. commun. de legat. Sed ſi hoc non expri-
mat, diſtinguit Barto, quòd ſi quidem quis
in ſuum commodum arbitraturus eſt, po-

terit arbitrari donec à iudice fuerit ſibi ter-
minus aſsignatus, intra quem debeat arbi-
trari. l. mancipiorum. 1. reſp. ff. de op. legati.
vbi ſi Titio optio ſeruorũ legata ſit, à iudi-
ce ſtatuitur terminus illi, intra quem eliget,
quo elapſo, nõ poterit iã eligere. Et ex illo
textu collegit generaliter Aretinus in .l. eũ
qui certarum. §. fin. ff. de verb. obligatio.
33 col. 1. quòd quandocumq; relinquitur a-
licui electio a iure vel ab homine, debet il-
le eligere intra terminum ſibi à iudice cõſi
gnatũ, quo elapſo, iam ille elegẽdi optione
priuabitur. Et ex eodem textu colligit Bart.
in. l. Titia. nu. 8. ff. de accuſ. quòd etiã in cri-
minalib⁹ poteſt iudex ſtatuere terminũ ac-
cuſatori, intra quem ille eligat velit accuſa-
re vel nõ, quo elapſo, iam non poterit accu
ſare. Illud tamen in hac ſpecie notari opor-
tet, quòd elapſo termino dato ad eligẽdũ,
ſi omnia ſint integra, adhuc legatarius po-
terit iterũ eligere. Quod probat textus ibi
in verſ. quid ergo. & in verſ. ego toties. qui
induci poſſe videtur pro ſingulari ſenten.
Cardinalis in clem. 1. §. nos itaq; 7. q. de iur.
34 iur. vbi tenet, quòd ſi tempus quo debitor
poterit pignus diſſoluere eſſet elapſum, &
potuit iam creditor pignus diſtrahere, &
tamen nõ diſtraxit quòd poteſt iure opti-
mo debitor pecunia ſoluta pignus ſuum
redimere. Quę opinio (quod refert Cardina
lis ipſe) Matheſelani fuit. quam ſequuntur
etiam Decius & Cagnolus in. l. fructus rei
eſt. ff. de regul. iur. Si verò inquit Bar. in ſua
diſtinctione arbitraturus ille eſt, nõ ad ſuũ
commodum & arbitrium eſt faciendum,
circa perſonas poteſt arbitrari donec inter-
pellatus ſit in iudicio. l. cùm quidem. j. iſto
tit. ſi verò circa res, habet annum ad arbi-
trandũ. l. fi. §. ſedet ſi quis. C. comm. delegat.
Eſt tamen caſus, in quo ex præſumpta teſta
toris volũtate poteſt quis ad mortẽ vſq; ar-
bitriũ extẽdere. l. ſeruos legauit. ff. de manu.
35 teſta. Deinde quærit gl. an ſi hic arbitrator
nõ arbitretur, recurratur ad aliũ? Et videtur
innuere gl. ꝙ nõ arbitrante illo arbitrato-
re ad aliũ recurratur, & non dicit ad quẽ.
Bart. hîc nu. 11. facit longiuſculam diſtin-
ctionem de hoc, quam ſequuntur omnes.
36 Deinde quærit gl. quid ſi arbitrator hic ar-
bitratus ſit ſed malè? Glo. dicit ad alium re
curri oportet, nec dicit ad quem. Barto. exi-
ſtimat ad iudicẽ, qui eſt bonus vir, recurrẽ-
dum eſſe. l. continuus. §. cùm ita. ff. de verb.
obligatio. Collige tu modò ex hac reſolu-
37 tione glo. & Bar. quòd arbitratore malè ar
bitrante, reducitur arbitriũ ipſius ad arbi-
trium boni viri. Tu adde, quòd etiã ſi arbi-
tramentũ iuratũ ſit, adhuc poteſt peti hu-
iuſmodi reductio, cùm iuramento eadem
æquitatis conditio hîc ſubſit, quæ inerat
ſimplici compromiſſo. argu. text. in. l. fi. C.
de non numer. pecun. in. l. fi. ff. ad munici-
pal. in. c. quintauallis. de iur. iur. ex quibus
tribus textibus firmauit hanc opinionem
Bar. in. l. ſocietatẽ. §. arbitrorũ. ff. pro ſo. nu.
31. Cuius opinionem dicit videri cõem Syl-
ueſter verb. arbiter. q. 7. aſſerũt eã eſſe cõem
Zaſius. 2. vol. conſ. 12. nu. 36. Socinus conſil.
38 220. nu. 6. vol. 2. Adde tamen, quòd cõpro-
mittentibus liberum eſt renuntiare huic re
ductioni ad arbitrium boni viri. Bart. in di-
cto. §. arbitrorũ. nu. 24. Cuius opinionẽ aſ-
ſerit eſſe cõem Corneus conſil. 177. col. 4.
vol. 2. Sed ſi exceſſus eſſet in magna quanti
tate, etiam poſt renuntiationem poſſet peti
reductio ad arbitrium boni viri. quod Bar.
eodem loco ſatis moſtrauit. cõm. receptus
eſt ſecũdũ Alberic. qui tamen Bar. non me
minit in. l. nõ diſtinguemus. §. cùm quidã.
nu. 6. ff. de arbitris. cõiter prãticari affirmat
Bal. in. l. ſi vnus. §. illud. ff. de pact. cõm. De-
cius conſil. 39. nu. 6. Curtius conſil. 79. nu.
4. & ita Paulus reſpõdit conſ. 255. nu. 2. vol.
39 2. adeò vt nulla cautio ſatis ſit ad excluden
dam hanc reductionem ad arbitrium boni
viri. quod Bald. affirmat in. l. ſi vnus. §. illud.
ff. de pact. tamet ſi quatuor cautelas ex-
cogitauerit Cepola cautela. 189. incipien-
te, Difficile eſt dare modũ. Cui addit alias
duas Ferrara. cautel. 8. incipiente, Rurſus
40 quòd ſi in aliquẽ. Sed quãdo dicatur quis
in magna quãtitate grauatus, vt non obſtã
te renũtiatione, poſsit petere reductionem
ad arbitriũ boni viri? Et Bar. vbi ſupra nu. 25.
exiſtimat

exiſtimat, quòd magna quãtitas hîc dicatur ſexta pars totius. & Bar. opinionẽ in hoc cõem eſſe affirmat Curtius cõſil. 126. nu. 12. Tamet ſi veriùs affirmẽt alij hoc iudicis arbitrio cõmitti oportere, quorũ opinionẽ cõem eſſe affirmat Decius cõſil. 39. nu. fi. ex regula vulgata tex. in. l. 1. in fine. C. de iur. di lib. ſ tẽ Ferrar. in illa cautela. 8. col. 3. verſ. & iſtę ſunt duæ. Sed intra quantum tẽpus peti poſsit hęc ad boni viri arbitrium reductio, poſſet dubitari. Et Speculator relat⁹ quidẽ p Bar. vbi ſup. decẽ diebus finiri hãc facultatẽ exiſtimauit, ad ſimilitudinẽ eius, quæ datur ad appellandũ. auth. hodie. de appellatio. attenta hac opinione Specul. Hodie apud nos quinque diebus excludetur hæc facultas, cùm hoc tẽpus datũ ſit ad appellãdũ. l. 1. tit. 16. lib. 3. ordi. Sed hæc opinio Durandi Bar. nõ placet, eſſeq́; cõiter reprobatam aſſeuerat Alex. cõſ. 95. nu. 11. vol. 2. Tu dic cũ Bar. quòd triginta annis excluditur & nõ minùs facultas hæc reducendi arbitrata ad arbitriũ boni viri. quæ opinio cõmunis eſt. 2. Alberic. ibi nu. 6. Corneũ cõſil. 177. vol. 2. Deciũ cõſil. 39. nu. 6. Præpoſi. in. c. à iudicib⁹. 2. q. 6. Marã. de ordĩe iudicio. fol. 261. nu. 112. Balb. de præſcri. 4. p. 4. p. quæſt.
42 33. nu. 2. Sed quęrit ſtatim Bar. tit. 14. qualiter bonus vir arbitrabitur? Et primò refert gl. noſtrã, dicentẽ pro virib⁹ patrimonij arbitriũ inducẽdũ eſſe, habita etiã cõſideratione ad merita legatarij. Bar. verò (more ſuo) hęc ita declarat, quòd aut legatũ factum eſt ob certã cauſam, puta ſtudij, vel alimẽtorũ, ſeu dotis, & tunc ille debet arbitrari quãtũ illi rei peragẽdæ ſufficeret, cõſideratis hac ſ pte qualitatibus pſonarũ. l. ſi filiæ. ff. de leg. 3. l. q̃ro. ff. de iur. dot. ſaluo (inquit Bar.) niſi quãtitas eſſet tãta, q abſorberet totũ patrimoniũ teſtantis, tũc em̃ arbitrio iudicis minueretur legatum. Si verò relictũ eſſet ſimpliciter, tunc arbiter debet arbitrari, attẽta qualitate pſonarũ legatarii, & teſtãtis, vel attẽta cõſuetudine quã habuit teſtator in a-
43 liis legatis. Ex Bartolo tu hîc collige, quòd ex conſuetudine patrisfamilias colligitur optima coniectura ad dignoſcendam mentem ipſius. Adde tu textum vulgatum in l. ſi ſeruus pluriũ. §. fi. ff. de leg. 1. tex. genera-
44 lẽ in. l. vel. vniuerſorũ. ff. de pignor. act. Ex qua coniectura infert elegãter Panor. in. c. ad audientiã. num. 5. de cleric. nõ reſidẽtib. quòd etiã ſi clerico infirmo dari debeãt diſtributiones oẽs cotidianæ. c. 1. de clerico ęgrotãt. cùm ſeruire eccleſiæ is intelligatur. l. cùm hæres. §. fi. ff. de ſtatu liber. l. in rebus §. poſſunt. ff. cõm. id tñ accipere debet modò clericus ille ex conſuetudine habuerit ſanus eccleſiã ipſam frequẽtare, ac diuinis officijs intereſſe. & illã opinionẽ Panor. ſequtur Feli. in. c. eccleſiaſticę. nu. 11. de excep. Quærit deinde Bar. nu. 15. an cùm is, cuius arbitriũ legatũ cõmiſſum eſt, vult arbitrari, id facere debeat præſente hærede, eo vere requiſito? Et Bar. quidẽ diſtinguit, quòd ſi teſtator taxauit quantitatẽ legati, vt in primo reſpõſo huius textus, tũc minimè oporteat hæredẽ acciri. Si verò quãtitatẽ nõ taxauit, tũc hæres ſit requirẽd⁹, circa electionẽ tñ pſonarũ diſtributionẽ ve faciẽdã inter eas nõ oportet hæredẽ citari. l. nulli. §. cùm autẽ. C.
45 de epiſc. & cleric. Quęrit deinde Bar. nu. 16. an oẽs pſonæ, quas quis poſsit eligere, ſint in electione vocãdæ? Et Bar. determinat minimè vocari eas oportere, idq́; duab⁹ rationib⁹, è quib⁹ vna illa eſt, quòd hæc electio ſolet fieri in teſtamẽto inſtituẽdo, vel legãdo. l. vnũ ex familia. p totã. §. eo. igitur nõ requiritur pſentia pris, qm̃ tũc nõ eſſet libera illa vltima volũtas. Secunda ratio eſt, qm̃ cùm illa electio poſsit fieri inuitis illis, multò magis abſentib⁹ his fieri poterit. l. 4. §. 2. ff. de fideicõmiſſ. lib. l. quæ inuitis. ff. de regul. iuris. Nec obſtat naturalis illa ratio, vt ſemper eos citari oporteat, de quorum agitur præiudicio. l. nam ita diuus. ff. de adopt. l. de vnoquoq́;. ff. de re iudic. l. 1. §. denũciare. ff. de vẽtre inſp. l. ea quæ. C. quo, & quãdo iudex. qm̃ Bar. reſpondet, quòd cũ hîc agatur de lucro captando, citari eos minimè oporte-
46 bit. Colligit deinde dominus Bart. nu. 17. ex hac lege, quòd etiam ſi quantitas non ſit in legato expreſſa nec declarata, tamen legatũ dicitur purũ, executio em̃ differtur, nõ natiuitas oti⁹, ve obligatiõis. Ex quo ſub

infert

47 infert Bartol. quòd ſi aliquis in inſtrumento guarẽtigio promittat intereſſe, vel quid incertum, quòd adhuc ex hoc inſtrumento poterit peti exequutio, & quantitas in executione declarabitur. Bald. tamẽ in præſenti. 1. lectura. col. 1. dicit hoc debitũ licèt non ſit conditionale, non eſſe tamen liquidum ante declarationẽ. Ex quibus verbis colligunt in præſenti Imo. col. 4. Alex. nu. 13. Bal. diuerſæ eſſe in hac cõtrouerſia à Bar. opinionis, quaſi velit Baldus huiuſmodi obligationẽ nõ habere paratã executionẽ. Idẽ quoq; tenet Cumanus in præſ. Itẽ Bart. ipſe ſibi prędter morẽ cõtrarius in. l. proinde. §. notandũ. verſ. vltimo nota. ff. ad. l. Aquil. Sed & hanc opinionem tenet Alex. conſil. 168. vol. 2. Imola in præſenti componit huiuſmodi opiniones, dicens quòd ſi quidem probatio eius quod in inſtrumẽto petitur, breui fieri poſſit, res ad executionem perducatur, ſi verò non breui, priùs ſuper quãtitate declaretur, quàm ad executionem poſſit perueniri. Tu verò opinionem Bar. ſequere, quam tenet idem Bartol. in. l. 2. C. ſentẽt. quæ ſine certa quanti. prof. Bar. in. l. 1. nu. 3. ff. iu. ſolui. idem. in. l. 1. nu. 8. ff. de edendo. teſtatur Bart. opinionẽ cõem eſſe Ia. ibi nu. 31. Za. nu. 13. dicit cõem Oroſcius ibi nu. 8. eã ſequut'. & cõem eſſe affirmat eam pluribus examinãs Pręſul Ciuitaten. lib. 2. variarũ reſolu. c. 11. nu. 1. quod notabis ad l. fi. tit. 8. lib. 3. ordinam. Hoc tamen tu accipe de quantitate expreſsè promiſſa, licèt liquida illa non ſit: nam ſi intellectu duntaxat promiſsa ſit, non meretur executionem, vt ſi quis in inſtrumento promittat factum, in cuius obligationem ex iuris diſpoſitione ſuccedit id quod intereſt. §. fin. Inſtitut. de verb. obligat. l. ſtipulationes non diuiduntur. verſic. Celſus. ff. de verb. oblig. l. ſi quis ab alio. §. fi. ff. de re iudi. certè creditor hoc caſu non poterit petere executionem pro eo quòd hoc caſu probauit ſua interfuiſſe factum illud explicatum fuiſſe. Anton. & Imol. in c. tranſlato. de conſtit. vbi idem ſequitur Felin. Alexã. in. l. certi conditio. in princ. nu. 5. ff. ſi certũ petatur. Iaſſ. ibi nu. 21. licèt dicat hanc deciſionem eſſe dubiam Decius ibi nu. 9. & cõtrariam dicat communem Purpur. ibi nu.

48 45. Sed mihi verior eſt. Vltimò quærit Bar. nu. 18. an eo caſu quo recurritur ad iudicẽ, ſi ipſe arbitratur tanquam bonus vir, an ab eius ſententia poſsit appellari? Et Bart. quidem poſt Innocen. in. c. præſenti. de reſcript. exiſtimat appellari hoc caſu minimè poſſe, ſicuti nec à ſententia arbitri appellabitur. l. 1. C. de arbit. Præterea cùm arbitri procedunt tanquam iudices ordinarij, ab eis iure optimo appellatur. c. arbitris. de offic. deleg. in. 6. c. fi. de iudic. eodem igitur iure à iudice procedente tanquam arbitro non oportet appellari, quò contrariorũ ęqua ſit diſpoſitio. l. & ſi cõtra. de vulg. & pupill. l. fin. §. fi. ff. de leg. 3. Hanc Bar. opinionem vltra ipſum tenet etiam Ioannes Andr. in additionib. ad Specul. in tit. de appel. §. in quibus. verſ. quid ſi conuenit. nu. 6. & Bald. in præſ. col. penult. vbi Ioã. And. refert quendam ruſticanum de ruſticanis ita tenentem. Tenet eandem opinionẽ Angel. de Peruſio in. l. arbitro. nu. 3. ff. qui ſatiſdar. cog. vbi hoc commendat Salic. in. l. ſocietatem. §. arbitrorum. 20. q. ff. pro ſocio. Panor. in. c. quintauallis. nu. 40. de iuriur. dicit hanc opinionem veram & omnes cũ ea tranſire Alex. conſil. 20. nu. 11. vol. 4. & eam multi tenent, quos allegat Epiſcopus Ciuitaten. li. 2. variarum reſolutio. c. 11. nu. 13. qui nu. 5. exiſtimat eſſe magis cõem. Contrariam tamen opinionẽ, imò quòd liceat hoc caſu à iudice appellare, tenet in pręſen. Cumanus in repetit. nu. 4. Ioã. de Imol. col. 4. qui allegat Ancharranum. idem Paul. in præſ. nu. 8. qui dicit ſe id pluries habuiſſe de facto, & idem ſequitur Alexand. nu. 18. Bald. in. l. 1. C. ne liceat tertiò prouoc. num. 10. Antonius de Butrio in. c. quintauallis in. 24. differentia. & ibi etiam Imol. nu. 36. de iur. iur. Roman. in. l. arbitro. ff. qui ſat. dare cog. & dicit hanc opinionem veriorem & magis communem Alex. conſi. 106. nu. 7. vol. 3. relatus Accurſio in præ. in addit. ad Paulum dicit hanc opinionem æquiorem, & veriorem,

& veriorem,& à maiori numero ſcriben-
tium approbatá Boerius deciſ.184.nu.18.
nam cùm hic non ſit expreſsim denegata
appellatio,minimè eſt cur ei locum eſſe dif
fiteamur.l.& in maioribus.C.de appell. cú
alijs.Vltimo loco colligit gl.noſtra in præſ.
valere legatum in alterius voluntaté reli-
ctum,ſiue legatarij ipſius,cui ſit legatú, ſi-
ue hæredis,à quo legatur, ſiue tertij,in cu-
ius arbitriú hoc confertur. Pro quo Bar.la
tiùs diſtinguit, dicés valere legatú relictú
in legatarij volunraté.l.Senat⁹.verſiculo.le
gatú.iuncta glo.ff.de legat.1. Si tamen legá
tum relictum ſit conditionaliter,oportet
& códitioné impleri,& quátitaté legato ex
preſſam fuiſſe. Item in hæredis voluntaté
legatum cóferri poteſt.l.fideicómiſſa.§.quá
quam.ff.de legat.3.& ſi dictum ſit, ſi hæres
arbitratus ſit,nó debebitur niſi illo arbitrá
te aut in mora arbitrandi cóſtituto. l. iure
ciuili. ff. de cód. & demóſt. ſi auté ſi hæres
voluerit legatú relictú ſit,conſtat legatum
non deberi.l.ſub hac.ff. de actio.& obligat.
Ité in arbitriú tertij legatú conferri poteſt,
vt in hac lege, præterquá ſi dictú ſit,ille vo-
luerit, tunc enim eſt captatoria voluntas,
quæ legatú vitiat in hac parte.l. nónunquá.
50 ff.de conditio. & demóſtratio.Fallit tamen
fauore piarum cauſarum, nam propter piá
cauſam ſuſtinetur captatoria voluntas. c.
cú tibi.de teſtamétis. qué ita intelligit Bart.
in præſ.idé Bar.in.l.1.col.3.verſ.tertio quæro
C.de ſacróſ.eccl.Bar.in.l. Theopópus.ff. de
dote præleg.nu.6.Bar.in.l. vtrú.§. cùm ita.
finalib⁹verbis.ff.de rebus dubijs.idem Bar.
in.l. captatoriæ.in fine.ff.de hæred. inſtitu.
Bart.conſil.6.nu.1.& teſtantur húc eſſe tex.
illius intellectú præter ordinarios ibi Iaſſ.
nu.12. Decius nu.20.in.l. captatorias. C. de
51 teſtam.mil.Soci.conſ.53.nu.18.vol. 1. Secú-
dò fallit in relictis ad libertatem præſtan-
dam,in quibus ſuſtinetur libertatis fauore
captatoria voluntas. Bar.tex.in.l.fideicom-
miſſaria libertas. ff.de fideicommiſſ.libert.
qué in præſenti Bart.allegat. Verùm textus
ille maximá cótinet difficultaté:cùm enim
in principio text.dicatur valere dationem
libertatis in alterius arbitriú collatæ,ſtatim
in verſ.quod ſi ita.videtur textus determi-
nare non valere huiuſmodi dationem li-
bertatis. Quare Benedictus de Plumbino
exiſtimat in proprio loco in primo reſpon
ſo hæredem præſentem fuiſſe, & veluti an-
nuiſſe libertatis dationi,in ſecundo reſpon
ſo hæredé abſenté fuiſſe, ac proinde nó va
luiſſe dationé libertatis.Hic intellect⁹ toto
cælo diuinat, quare minimè eſt tenendus.
Secundò intelligit tex. illum glo. dari in p
prio loco,vt in principio ſolú proponatur
quæſtio,nec tamé decidatur,ſed in verſ.qđ
ſi ita.determinat Vlpianus non valere da-
tionem libertatis in hæredis voluntaté col
latam,& tamen ſi in principio hoc videtur
determinare Vlpianus vt legatum valeret
libertatis, tamen pleniùs inueſtigando in
verſ.quod ſi ita.determinat non valere le-
gatú libertatis in voluntaté hæredis relictú.
& hunc intellectum ad text. illú tenet Bar.
in.l.1.C.de ſacroſ.eccleſ.nu.64. verſ. ſed vi-
detur.vbi Bart.apertè docet non valere da-
tionem libertatis in hæredis volútaté colla
tá. idé Bar.in.l. Lucius.nu.4.ff.eod.tit.de fi-
deicómiſſ.lib. & ſequútur hunc intellectú
Romanus & Alexan.nu.2.in.l.captatorias.
C.de teſtam.milit.& ibi Iaſſ. nu.10. verſ. ſe-
cundus eſt intellectus.Decius.nu.15.teſtan-
tur cóem eſſe húc intellectú eius textus.có
muné prætereа teſtatur, licèt ab eo diſcedat,
Emanuel Acoſta lib.1. ſelectarú interpreta-
tionú.c.22.col.2.ante numerú primú.aſſerit
húc intellectú cóem Soci.in.l.vtrú.§.cú qdá
nu.4.ff.de reb⁹dubiis.Lodo.Fereira ibi.col.
8.verſ.& ſic reliquitur.dicit eſſe cóem ab eo
tamen diſcedés Epiſcopus Ciuit. in.c.cùm
tibi. de teſtam.nu.12.Lógè aliter textú illú
interpretat⁹ eſt Raphael.Comēſ.in.l.illa in-
ſtitutio.fi.col.nu.12.ff.de hæred.inſtituend.
exiſtimat em Cuma.duo reſpóſa ibi cótine
ri.in prioriq; Vlpia. reſpondiſſe valere liber
taté per fideicómiſſ. relictú in meram vo-
luntatem ipſius hæredis in verſ.quòd ſi ita.
vbi ponitur ſecundum reſponſum Vlpia-
num determinaſſe non valere libertatem
directè relictam in voluntatem hæredis.
Sed

Sed quæ ſit differentiæ ratio inter directá
& fideicómiſſariá libertatem in hac parte
dubium eſſe poteſt. Et Cumanus vbi ſupra
fauorabiliora ac benigniora eſſe legata fi-
deicommiſsis reſpondit.rurſus Iaſſ. vbi ſu-
pra eandem rationem repetit.Item Acoſta.
in loco iam citato.nu.5.Item Menchaca.§.
17.num.123.& Ludouicus Luſitanus in.l.v-
trùm.§.cùm quidam.col.14. ff.de rebus du
bijs. Cùm vero ſimile ſit hæredem fideicó-
miſſarijs libertatem aſſenſurum,nó autem
directè,cùm ex illa efficiatur ex manumiſ-
ſione patronus,ex hac libertus non manu-
mittentis,ſed orcinus conſtituatur.§.qui au
tem ex cauſa.Inſti. de ſing. rebus per fidei-
52 commiſ.relict. Tertiò fallit ſuperius dicta
regula infringens captatoriam voluntaté,
ſi per ſtatutú permittatur, poteſt enim in-
duci per ſtatutum vt valeat captatoria vo-
luntas.argumento eſt, quòd cùm iure dun
taxat ciuili improbata ſit captatoria volun
tas,altero iure ciuili poterit approbari.Có-
ſequentia eſt manifeſtiſsima, cuius antece-
dens probatur ex tex. in. l. captatorias. ff.
de hæred. inſtituend. in illis verbis textus,
eas ſolùm ſenatus improbauit.& ita per il-
lum tenent ibi Angel.& Imol. quorum o-
pinionem ſequuntur Alexan. nu.2. Iaſſ. &
Decius vterq; nu.4.in.l. captatorias . C. de
53 teſta.milit.idem ſequitur Alex.nu. 4. Ripa
poſt Socinum nu.3.in.l. morib⁹. ff.de vulg.
& pupill. Vnde iure regio permittitur teſta
menti factionem in alterius arbitrium con
ferri.l.31.&.l.32.in deciſionibus Taurinis.ta
metſi contrà velit Areti.& ibi Iaſſ.nu.1.in.d.
l.moribus.quæ annotatu digna eſſe viden
tur,ex quibus textus huius intelligentia in
aperto eſſe poteſt.

Summa rerum.l. quoties plures.

1 *LEgatarius non acceptat partem legato.*
2 *Pluribus rebus ſeparatim legatis, non cenſe-
tur unum legatum,ſed plura.*
3 *Supellex quid ſit.*
4 *Inſtrumentum quid ſit.*
5 *Dolia an ſint pars fundi.*
6 *Factum compromiſſum de pluribus rebus,unica ſen
tentia abſolui poteſt.*
7 *An abſolutio ab excommunicatione multiplici ſit
una,uel plures.*
8 *Clauſula illa adiecta inſtrumento donationis,ut tot
cenſeantur donationes quot ſunt res donatæ,an ſup
pleat defectum inſinuationis.*

L.2.quoties plures.

NON diuiditur textus hic,quo
niam vnica conſtat contextu-
ra. Summatim hoc continet.
Si plures res legentur particu-
lari nomine,non vnum legatum , ſed plura
legata conſtituuntur. Si verò nomine v-
1 niuerſali,vnum legatum dicitur.Præmitte
re primò oportebit , legatarium eiuſdem
rei legatæ partem accipere parte altera re-
pudiata minimè poſſe.l. legatarius pro par
te.ff.de leg.1.l. neminem .j. iſto tit.Idem eſt
in hæreditate.l.1.&.2.ff. de acquir. hæred.l.
quidam elogio.de iure deliber.Cuius ratio
ea videtur eſſe , quoniam minimè volun-
tas defuncti ſcindi poteſt. l. eum qui.§. pro
parte.ff.de his quibus vt indign. l.nã abſur
dum.ff.de bon.libert.Hoc ita præmiſſo di-
2 cit textus noſter, quòd ſi plures res legen-
tur ſeparatim , non cenſetur vnum legatú,
ſed plura , itaq; poterit vna res acceptari,
ſpreta altera: ſed ſi nomine vniuerſali lega-
tum ſit,cenſetur vnum legatum ,& ſi plu-
res res illud cótineat : veluti ſi quis leget ſu
pellectilem, argentum, ſeu peculium , hoc
enim vnum legatum eſt,in textu ibi ſupel-
3 lex,hoc quid ſit declarat tex. in. l.1. &. 2. ff.
de ſupell. leg. in quo illud notabis ex di-
cta.l.1.veſtem ſupellectili non annumera-
ri.Adde quòd nec capſæ , armaria ve veſtiú
ſeruandarum cauſa parata legato cedent
ſupellectilis.l.3.verſ.ſed ſunt qui rectè pu-
tant.ff.de ſuppe. leg . Adde quòd etiam ſi
paterfamilias ipſe ſuppellectili ,veſtem a-
ſcribere ſolitus eſſet , adhuc legatæ ſupelle-
ctili veſtis nó cederet.l.Labeo verſ. verùm
ſi ea.l. qui veſtem.de ſuppell.legat. licèt vi-
no legato, acetum quoque accedat, quod
vini

vini numero habuit teſtator.l.1.l. ſi quis vi
num.verſi.item actum.ff.de vino,tri.oleo.
legat. In textu ibi Inſtrumentum hoc quid
ſit, declarat textus in.l.inſtrumenta. ff. de
4 fundo luſti inſtr. Ex quo textu obiter no-
tabis appellatione inſtrumenti venire do-
lia quæ ſunt ſubtus terram defoſſa.& ita vi
detur probare textus elegans in.l.ſed & ſi
quid.§.proprietatis.ff.de vſufruct. vbi dici-
tur huiuſmodi dolia defoſſa partem inſtru
menti eſſe. Sed contrarium probat textus
in.l.cùm fundus.ff.de fundo inſtruct. Vbi
dicitur dolia defoſſa partem fundi eſſe.Za-
ſius in ſumma.ff.veteris.col.6.in tit.de vſu-
fructu.meminit huius contrarietatis,quam
tamen non eſt ille auſus decidere.
5 Tu dic, quòd ſi dolia ſunt ita defoſſa,vt
ibi perpetuò maneant, erũt fundi pars,non
inſtrumenti:ſi verò non ſunt repoſita vt ibi
perpetuò ſint, erunt annumeranda inſtru-
mento.argumento text. optimi in.l.3.§.fin.
verſic.in dolijs.ff.de vino tri.oleo legat. Ex
quo text.colligit Bar. in.l.ſciẽdum.in prin.
nu.5. ff.qui ſatiſdare cogã. ꝙ etiam ſi quis
nõ ſit poſſeſſor immobiliũ,ſi tamẽ poſsidet
mobilia, quæ ſui grauitate & difficultate
difficulter moueri poſſunt, excuſabitur ad
huc ab onere ſatiſdandi.Et fuit illa ante Bar
tolũ opinio Andreæ de Piſis, quam ibi præ
ter Bart.ſequitur Albericus nu.5.Ange.nu.
2.Paul.nu.8.Iaſ.nu.2.Socin.nu.4.Oroſcius
nu.9.item Angel.de Aretio in.§.ſed hodie.
de ſatiſd.Inſti.In textu ibi exprimũtur,ſup-
ple copula coniũgente: nam ſi alternatiuo
modo legẽtur illud aut illud, vnũ legatum
eſt, non plura.l.cùm illud aut illud.in prin.
ff.quãd.dies legat.cedat. quæ minimè ob-
5 *Item etiam ſi debito addatur hypotheca bonorum.*
6 *Etiam ſi debitum tẽporale legetur cum adiectione actionis perpetuæ.*
7 *Cui eſt electio cõmiſſa, an eligere teneatur ex neceßitate.*
8 *Declaratur tex.in.§.rogo.infrà ea.lege.*
9 *Et poſſe fieri hanc electionẽ actu etiã inter uiuos.*
10 *Iure potuiſſe Cæſarum omnium clarißimum Carolum primum Hiſpaniæ regem in uita ſua eligere in regnorum ſucceßionem excellentißimum filium Philippum.*
11 *Electio, de qua in hac lege tempore præuenta, poteſt ad mortem uſq; reuocari.*
12 *Grauatus pauperibus reſtituere poſt mortẽ ſuam, an poßit ſtatim reſtituere.*
13 *Declaratur tex.in.§.à filia.l.cũ pater.infrà hoc ti.*
14 *Declaratur textus.in.l.huiuſmodi.§.Stichum. ſuprà titu.proximo.*
15 *Ex electione facta ante tempus, nullum ius quæritur electo.*
16 *Ex teſtamento eligentis non debetur gabella pro electione, ſed ex primo teſtamento.*
17 *Qui regia facultate maioratum conſtituit, poteſt eum mutare, niſi nõinato rerũ traditione feciſſet.*

L. Vnum ex familia.

VNiuerſam legẽ hãc Bart. in ſex particulas diſcindit, in vnoquoq; legis huius paragrapho partem cõſtituens. Secũda eſt in.§. ſi de falcidia. Tertia in.§.ſi vno. Quarta in.§. ſi duos. Quinta in.§.ſed ſi fundum. Sexta in §.rogo. Et proſeqtur lex hæc ſecũdùm Bar. ſuã materiam ſolẽniter. Diuiditur hoc principiũ in tres particulas principales, ꝓut tres ponit quæſtiones & ſolutiões earũ cum ratione. Secũda eſt ibi, & ſi quẽ elegerit. Vltima ibi, vtrũ ergo. Ad euidẽtiam huius.l.gl. 1.& poſt eã Bart. præmittũt, ꝙ quidã teſtator nomine Sẽpronius Titiũ hæredẽ inſtituit, & eum grauauit, vt fundũ Botrianũ reſtitueret vni de ſua familia cum moreretur. quæ verba colligũtur ex.§.rogo.j. iſta lege. vel dixit teſtator, vt fundũ illũ Titius hæres relinqueret vni de familia, quod verbũ actũ vltimæ volũtatis ſignificat.l. 1.in. fi.ff. de tabul.exhibẽd.& ita colligitur facti ſpecies ad hãc legem. Ex qua dubitationes o-
1 riũtur. Collige primò cum Bartolo.1.notabili, ꝙ pauperes electi per executores neceſſarios nullã actioné habẽt ex electione, ſed ex primo teſtamẽto. Vnde iterum colligit Bar. alio notabili, ꝙ legatarij ex primo teſtamẽto, quãtũ ad hæredẽ in primo teſtamẽto inſtitutũ nõ dicũtur legatarij ſed creditores. ad idẽ Bart. allegat text. in.l.1.C.de
2 boni.auth.iud.poſſ. Collige ſecũdò ex tex. ibi, & ſi quẽ elegerit fruſtra legat. ꝙ iure nõ valeat legatũ factũ creditori. quod probat text. vulgaris in.l.ſi creditori.ff.de lega.1.in l.Meuius.in prin.verſi.debitor.ſ.iſto titu.in l.ſi debitor creditori.verſi.itẽ quæſitũ.ff.de libe.legat.in.§. ſi quis debitori ſuo.verſi.ex cõtrario.Inſti.de lega.l.1.§.ſi quis creditori.
3 ff.ad leg.falcid. Quæ iura ampliãda ſunt ex litera textus huius, vt procedãt non ſolùm in vero ac proprio, ſed etiã in ficto ac improprio creditore: nam is cui ex primi teſtatoris teſtamento debetur fideicõmiſſum, impropriè quidem creditor eſt, maximè cùm non illi nominatim ſit hæres obligatus re-

4 ſtituere,ſed cui voluerit de familia. Amplia
bis tu hãc cõcluſionẽ vt procedat,etiã ſi de-
bitum actione ſtricti iuris legetur,nã etiam
ſi iam peti poſſe videatur actione ex teſta-
mẽto,quæ actionibus bonæ fidei aſsimilan
tur.l.in minorũ.C.in quibus cauſ.in integ.
reſt.eſt neceſſar. ea cõſideratio non tãti eſt,
vt valere legatũ faciat.tex.eſt in.l.Aurelius.
§.fi.ff.de libe.lega.vbi probatur maritũ vxo
ri ſuæ legaſſe cẽtum quæ ipſe debebat ipſi
vxori ex mutuo, & dicit textus legatũ non
valere.& ita ex illo tex.colligũt hãc amplia
tionẽ ad regulam propoſitã Bar.in.l.ſi credi
tori.nu.3. ff.de leg.1.Cuius opinionẽ cõem
affirmat Iaſ.ibi nu.18.tametſi contrariã te-
nuit glo.quã oportet reprobari in.l. ſi cui
legetur.§. ſi Titio decem.in parte,nõ valet.
ff.de legat.1.cuius opinionẽ glo. non citata
ſequutus eſt Ioãnes Faber in.§.ex cõtrario.
de legatis.Inſti.col.1.nu.1.verſi.plus dico.Et
eſt ratio, qm̃ actio bonæ fidei nihilo plus
habet actione ſtricti iuris, niſi reſpectu vſu
rarum,quas bona fides facit currere à tẽpo
re moræ,nulla facta interpellatione. l.quia
tantũdem.ff.de negotijs geſt.ſed morã hãc
cũm delictũ ſapere videatur, ſperãdam hic
non eſſe Barto.in hac quæſtione propoſuit,
5 quare teneri oportet hãc opinionẽ. Secũdò
ampliabis regulã huius textus procedere,
etiã ſi debito perſonali adijciatur hypothe-
ca bonorũ, nam adhuc legatũ nõ valet . ita
em̃ voluit glo. ſingularis in.§.ſi quis debito
ri.in gl.nil amplius.de lega.Inſti. Cuius opi
nionẽ ſequuũtur Angel.de Peruſ.in.l.ſi cre
ditori.ff.de legat.1.in.fi. vbi idẽ tenet Imol.
& cæteri ſcribẽtes aſſerũt hãc eſſe cõem opi
nionẽ cõtra Bar.ibi Aretinus col.2. Iaſ. nu.
19.ſequũtur idẽ Bal.& Imol.in.l.Mæuius.in
princ.ſ.iſto tit.Angel. de Aretio in dict.§.ſi
quis debitori.nu.2.Tametſi cõtra teneat Fa
ber ibi.Aſſerit hãc eſſe magis cõem opinio
nem Alex.in.l.1.§.ſi quis creditori.ff.ad leg.
Falcid.Et pro hac oẽs cõſiderant,ꝙ etiã iure
ff.cõpetebat pro legatis hypothecaria.l.cre
ditoribus.ff.de ſeparat.& tñ quod leges ſu-
pra allegatæ dicũt, etiã ex iure illo propter
hypothecæ cõſiderationem legatũ non cõ-
6 ſiſtebat. Tertiò ampliabis vt procedat tex.
hic & ſibi ſimiles, etiã ſi debitũ actione ali-
qua tẽporali legetur cum adiectione actio
nis perpetuæ: neq; enim tũc legatũ cõſiſtet
propter cõſiderationẽ lõgioris vitæ actio
nis.Ita enim voluit Bar.cõtra gloſ.ibi in.l.ſi
creditori.nu.1. ff. de legat.1.cuius opinionẽ
cõem eſſe teſtãtur Alex.ibi col.fi.Areti.col.
2.qui illã legẽ legit ſub.l.ſin autẽ. Iaſ.nu.13.
Et ratio eſt, qm̃ hoc tẽporis interuallũ non
eſt in conſideratione.l. pater qui caſtrenſe.
in fin.ibi, quãuis tẽporis incurrat diſpẽdiũ.
ff.de caſtrenſ. pecul.gloſ.vulgaris in. l. qui
bis idẽ. ff.de verb.obli. Licèt cõtrarium te-
nuerit glo.in.l. ſi mãdauero tibi. §. interdũ.
7 ff.mãdati. Tertiò collige ex textu, ꝙ is, cui
eſt aliquid relictum vt illud reſtituat vni de
familia, tenetur eligere eum quẽ maluerit,
quaſi neceſsitatis actus ſit hæc electio. ver-
bum enim, debet, in textu poſitũ, importat
neceſsitatẽ.cap.oblatæ.verſi.ſuperior. de ap
pell.Ex quo textu ita colligit glo. notabilis
in clem.attẽdentes.in parte,debeãt, de ſta-
tu monachorũ. Cuius opinionẽ ſequitur
Iaſ.ex alijs in.§.curare. Inſtit. de actio. 1.no-
tab.Idem Iaſ.in.l.1.nu.3.ff.de iuriſd.omn.iu
dic.Tiraq.allegãs multos,ꝗ̃ vtroq; retract.
8 §.1.glo.15. Sed cõtrarium, imò ꝙ non teneа-
tur eligere,probat tex.in.§.rogo.ȷ̃.ead.lege.
Hanc difficultatem tollit Bart.nominatim
nu.4.dicẽs non teneri eum eligere præcisè.
Sed ſi velit vnũ alteri præferre, vel omni-
bus hãc electionẽ facere debet, quòd ſi nõ
eligat,oẽs eſſe admittendos. & ita loquitur
text.in.ſ.dict.§.rogo.& probãt idẽ iura opti
ma in.l.ſi quis Titio.§.fi.in.l.cũm quidam.
9 verſi.idẽ ait ſi neminẽ elegerit.ſ.iſto.tit.His
tu adde, ꝙ poteſt fieri huiuſmodi electio
perſonæ etiã in actu inter viuos.quod pro-
bat text.hic,dum dicit,ei quẽ elegit fruſtra
teſtamento ſuo legat. quaſi priùs elegiſſet,
deinde teſtamentũ feciſſet. Sed pro hac ſen
tẽtia eſt pulcher text. Pauli Caſt. in præſ.1.
col.in.l.ex facto. §. ſi quis rogatus fuerit fi-
lijs ſuis.ȷ̃.ad Trebel. vbi grauatus reſtituere
fundũ vni ex filijs ſuis quẽ elegerit, poteſt
facere hãc electionẽ, etiã ſi ſit deportatus,
& tamen

& tamen deportati teſtaméti factioné non
habét.l.eius qui apud hoſtes.§.1.verſi.inſu-
lam.ff.de teſtam. poterit igitur fieri electio
hæc etiá in actu inter viuos. Quare inquit
Paul.Caſtrenſ.in prǽſenti,vel corá duobus
teſtibus hác electioné ſeu nominationé fie
10 ri poſſe. Vnde iure optimo potuit inclytus
Carolus Imperator in regnorú ſuorú ſuc-
ceſsioné in vita eligere excellétiſsimú Phi-
lippú.Cuius rei ea ratio eſſe videtur,ꝙ cùm
dilatio hæc electionis faciédæ in tépus mor
tis grauati facta ſolú eius fauoré reſpiciat,
poterit ei grauatus renútiare.l. poſt morté.
C.de fideicó.l.eú q. ff.de annuis lega.l.cùm
tépus.ff.de regul.iur.Poteſt ergo præueniri
tépus electionis. Sed videbatur fieri electio
né nó poſſe ante tépus mortis,cùm verba il
la,cú moreretur,dié incertú continerent ac
ꝓinde códitioné.l.dies incertus.ff. d̄ cód.&
dem. & códitiones ſpecificæ ſint implédæ.
Sed huic difficultati reſpódet Bal. in. l. poſt
morté.col.1. C.de fideicó. dicés id eſſe verú
in códitionibus proprijs ſecùs aút ſin impro
11 prijs. Quartò colligé,ꝙ electio hæc tépore
præuéta poteſt iure optimo reuocari vſq;
ad tépus mortis, quaſi ita demú valeat ele-
ctio, ſiue nominatio, ſi in ea quis vſq; in fi-
né perſeueret. Cuius ratio ea eſſe videtur,ꝙ
cùm teſtator videatur habuiſſe reſpectum
ad eos qui ex familia ſua eſſent ſuper futu-
ri tépore mortis grauati in horú prǽiudiciú
electio,ſiue nominatio fieri nó poteſt.Ita vi
detur ꝓbare textus elegás in. l. cùm pater.
12 §.à filia.j.iſto tit.Vnde infertur grauatú cen
tum pauperibus reſtituere poſt morté ſuá
vel poſt certú tépus,nó poſſe pauperes præ
ſentes eligere in præiudiciú pauperú futu-
rorum.Quá opinioné tenet Bart.in illó.§.à
filià.vbi eam ſequútur Bal. & Imol.qui di-
cit hoc eſſe notádum, quia poteſt de facto
contingere.Bar.in.l.poſt morté.nu.2.de fi-
deicom.dicés ita ſe eo anno pluries de facto
reſpódiſſe,idq; multùm Bart.cómendat. ſe
quútur eum ibi Ange. in princ. affirmás ſe
ita multoties Peruſij practicaſſe Salicet.nu.
2.Iaſſ.affirmás Bar.opinioné cóem eſſe.nu.
7.Sequútur hanc opinioné Angel.in.l.ſti-
pulatio iſta habere licere.§.inter certam.nu
me.1.verſic.adde tamen. Imol.ibi. num.22.
Alexá. qui eú legit ſub.§.ſi quis dolú.nu.6.
ff.de verb.oblig.teſtátur hanc eſſe cóem o-
pinionem prætereá Philippus Decius in.l.
cùm tépus.nu.2.ff.de regu.iur. Epiſcop.Ci-
uitatenſ.in cap.tua nobis.num.5.de teſtam.
quá tenet Ripa in.l.ſerui electione.in prin.
nu.4.ff.de legat.1.Sed ante hos dixerat hác
opinioné eſſe cóem eam ſequutus Alex.in
l.recuſare.§.fin. ſub illa.l.ſed ſi ante.nu.13.ff.
ad Trebel. Pro cuius fundamento optimè
facit quod ex eodé.§.à filia.Bart.elegáter de
terminauit in.l.oés populi.nu.11.ff.de iuſti.
& iur. dicens,ꝙ ſi iudex vellet à principio
ſui officij ſtatuere certá pœná pro delictis,
quæ ipſe ſuo arbitrio perſequi poſſet, non
valiturú huiuſmodi arbitriú, imò licere illi
illud variare,cùm ex téporum ac cauſarum
qualitate pœnæ ſint imponédæ. l. Pædius.
ff.de.incend.rui.nauf.l.aut facta.§.fi.l.reſpi
ciendum.ff.de pœnis.& illam Bar.deciſio-
nem ſequútur ibi alij. quod idé probás te-
ſtatur Oroſcius nu.39.quá etiam ſequútur
Iaſ.in illa.l. poſt morté. col. pen. Decius in
cap.de cauſis.§.fi.nu. 5. de offic. delegat. Ve
rùm hæc non me mouét,quin contra Bart.
exiſtimem verius eſſe iuſſum bona quædá
diſtribuere poſt morté, poſſe diſtributioné
præuenire in vita ſua. quæ ſentétia Bald.eſt
in.l.poſt morté.nu.10.de fideicómiſ. qui li-
cèt dicat hác opinioné eſſe dubiá, affirmat
tń eſſe æquá ac probabilé. ſequútur eandé
opinionem Fulgoſ. ibi.nu.6. Paul. & Cor-
neus, vterq;. nu. 2. & ita ex facto conſultus
Anchar. reſpódit in cóſil. 202. & dicit eam
eſſe verióré Ioá.de Imol.in. l. filiusfamilias.
§.diui.cól.fi.Paul.ibi.nu.6.ff.de lega.1. & eá
ſequútur Decius in.l.cùm tépus.num.2.Ca-
gnol.ibi.nu.6. teſtatus hanc eſſe cóem opi-
nioné,quam veluti veriorem ſequútur Epi-
ſcop.Ciuitatéſ.in illo.c.tua nobis. Méchaca
§.7.nu.19.dicit eam eſſe verióré iudicádo &
conſulédo eam ſequutus Gomez. in. l. 17.
Tauri.nu.7.Cenſui olim,& núc quoq; cen
ſeo, opinioné hanc lógè altera eſſe verioré.
Primò ꝙ hæc opinio faueat animæ teſtato

ris,cùm illa plurimū adiuuetur ex præma-
tura hac diſtributione. c. animæ defuncto-
rum.13.q.2.Secūda ratio eſt, ꝙ ſi teſtator ſci
uiſſet hoc hæredē libēter laturū,ſtatim præ
cepiſſet diſtributionē.Tertiò legatū hoc vi
detur relictum pauperibus Chriſti Optimi
Maximi contēplatione.argu.text.in.l.filio
familias.ff.de cōd.& dem.& in. l. cùm ali-
quis.C.de iur.delib. nō igitur cēſetur hic te
ſtator habuiſſe reſpectū ad pauperes futu-
13 ros.Nec his obſtat text. in.§.à filia.ibi enim
erat facienda reſtitutio perſonæ incertæ de
certis vni ex liberis filię fideicōmiſſariæ,&
ad huiuſmodi perſonas poteſt haberi affe-
ctio, quare expectādū eſt tēpus à teſtatore
præfixū:at verò in diſtributione inter pau-
peres faciēda, teſtator vocauit perſonā in-
certā de incertis,ad quam nullā potuit ha-
bere affectionē, quare cōtra Bart. in hoc li-
benter teneo.tametſi eius opinionē ſeruari
in practica dixerit Claudius in.l.ſed ſi ante.
14 ad Trebell.Sed dū textus electionē hanc ſe
mel factam mutari poſſe permittit, oppo.
textum in.l.huiuſmodi.86.§.Stichum.ff.de
legat.1.in.l.ſtatu liberum.§. 1.ff.iſto tit.in.l.
apud Aufidium.ff.de opt.legat.in.c.publi-
cato.de elect.vbi ſi hæres ſemel elegerit, iā
illi non permittitur variare.Glo. fin.& poſt
eam Bart.in vltima oppoſitione ſoluūt hāc
difficultatem, dicentes factā fuiſſe hìc ele-
ctionem ante tempus.quare mutari eā po-
tuiſſe,in legibus contrarijs fuit legitimo tē
pore facta,quare mutari nō poterit.Hāc ſo
lutionem dicit eſſe tenendā Barto. & bene.
idem Cynus & hūc referens Ioān.de Imol.
in præſen.nu.6.reiecta altera ſolutione gloſ
ſæ,dum hìc cōſtituit differentiam inter ele-
ctionem perſonarū ac rerū.Et hanc etiā ſo-
lutionem ſequitur ad hūc textū Iaſ. in.l. hu
15 iuſmodi.§.Stichū.nu.4.ff.de legat.1. Cuius
ratio ea eſt, quoniā ex electione facta ante
tēpus,nullū ius quæretur electo,quare pōt
electio reuocari, cū ceſſet ratio legis. apud
Aufidiū.ff.de optio.leg.& nullū ius inde cō
petit:quoniam cùm electio competat hæ-
redi cùm moreretur, non poteſt ipſe huic
iuri conditionali renūtiare.l.ſi ita ſcriptum.
§.ſi ſub conditione.ſupra iſto titu. Quare ſi
hæres ante hæreditatem agnitam vel bono
rum poſſeſsionem permittat legatario au-
ferre rem legatā, cùm tempore incompetē-
ti hoc permiſerit, poterit adhuc agere pro
recuperādo legato interdicto quorū lega-
torum.l.1.§.quod ait prætor. verſi. quod ſi.
ff.quorum legat. Vltimò contra textum
hunc oppono tex.in.§.ſed ſi fundum. infrà
iſta lege. vbi poſtquam elegit aliquis eum
cui fieri vult reſtitutionem, poteſt illi lega-
re.Sed reſpondet Bart. valere legatū in vim
16 electionis,non in vim legati. Quare ſi ali-
qui,quibus eſt commiſſa aliqua electio ſeu
diſtributio dicant ſe eligere tales, valebit
electio,non tamen debebitur gabella ex in
ſtrumento huius electionis, ſed de primo
teſtamento.
17 Vltimò adde,quòd is, qui ex regia facul
tate conſtituit maioratum, poteſt nomina
tionem ſemel factam reuocare, niſi iam rei
traditionē feciſſet.Ita enim probat textus.
in.l.44.Tauri.

¶ *Summa rerum. §. ſi de falcidia.*

1 *ELectus ab herede teſtatoris, uidetur nominatus in primo teſtamento.*
2 *Eligens non poteſt eum nominare quem non poſſet primus teſtator.*
3 *Eligens poteſt eligere filium ſuum etiam ſpurium.*
4 *Ex legato conuerſo in uſus eccleſie an Epiſcopus quartam habere debeat.*
5 *Expeditur glo.1.& numero ſequenti. glo.neceſſe.*
7 *Succeſſor in maioratu an teneatur ſoluere debita prædeceſſoris.& nu.8.9.10.&.11.*
12 *Succeſſor maioratus an teneatur ſtare locationibus prædeceſſoris.*
13 *Et an eius morte conductores etiam hoc caſu poſſint relinquere ſucceſſori res conductas.*
14 *Succeſſori maioratus an præiudicet ſententia lata contra prædeceſſorem.*
15 *Succeſſor maioratus uiuo poſſeſſore in iudicio cōparet pro eo quod ſua intereſt.*
16 *Succeſſor in maioratu antiquo an poſſit ab eo exheredari à poſſeſſore propter ingratitudinem.*
17 *Succeſſor in feudo antiquo poteſt eo per dominū priuari propter ingratitudinem.*
18 *Volūtatem teſtatoris omnino tacitam non attēdi.*
19 *Fundator maioratus poteſt filium ingratum maioratu exheredare.*

10 *Succeſſor maioratus an teneatur ſtare conuentionibus ac tranſactionibus factis à prædeceſſore.*

11 *Epiſcopus conferens beneficia an exerceat liberalitatem.*

12 *Epiſcopus dicitur prebendam dare, non donare.*

13 *Epiſcopus an poßit beneficium quod confert penſione prægrauare.*

24 *Neceßitas etiam quam uocant cauſatiuam facit ne actus uideatur exercitus liberaliter.*

§. Si de falcidia.

TExtus hic eandem materiam
proſequitur, quam in princip.
legis Papinianus intrauit. Di-
uiditur text. hic in duas partes
principales. In prima ponitur vnũ dictum,
alterum in ſecunda, quæ eſt ibi, ita. Rurſus
prima diuiditur in tres particulas. In prima
ponitur deciſio. In ſecunda deciſionis ra-
tio. In tertia rurſus alia ratio ſubijcitur. Se-
cunda eſt ibi, non enim facultas. Tertia ibi,
quid enim eſt. Rurſus ſecũda pars principa-
lis diuiditur in duas partes. In prima poni-
tur dictum. In ſecunda dicti ratio, quæ eſt
ibi, nam poſtquam paritum eſt voluntati.
Summatim hoc continet textus, quod Bar
to. lõgiuſculo ſummario eſt proſequutus.
1 Collige primum ex tex. quòd electus vi
detur nominatus in primo teſtamento. Idẽ
probat textus in. l. item eorum. §. ſi decurio
nes. ff. quod cuius vnius nom. vbi electus à
Duumuiris, quibus populus electionis vi-
cem cõmiſerat, ab ipſo populo electus eſſe
videtur. tex. in. l. municipibus. ff. de cõdi. &
dem. glo. rubr. C. quę ſit longa cõſue. quare
electio poteſt compromitti. c. cauſam. c. in
cauſis. c. cum iure. de electi. c. ſi cõpromiſſa-
rius. de elect. lib. 6. Quoniã electus hic à cõ-
promiſſarijs, videtur electus ab illis, qui in
2 eos cõpromiſerũt. Vnde infertur primò nõ
poſſe eum cui teſtator cõmiſit huiuſmodi
electionẽ, eligere eũ in fideicõmiſſum, quẽ
ipſe teſtator eligere nõ poſſet, puta filiũ ſpu
rium teſtatoris. ita enim voluit ex hac lege
Bar. in. l. fi. nu. 7. ff. de ijs quib. vt indig. Ber-
tachinus, qui tamẽ Bart. nõ meminit lib. 4.
de Epiſcopo par. 6. nu. 39. Secũdò ex hac ra-
3 tiõe legis huius infertur elegãter, ꝙ ſi quis
fuerit grauatus diſtribuere cẽtum in paupe
res, poſſe filio ſuo ſpurio aliquid diſtribue
re, etiã ſi ex ſuis bonis nil poſſit filio relin-
quere, cùm hic filius videatur electus in hu
ius eleemoſynæ ſubſidiũ non à parẽte ſuo,
ſed ab illo, qui eum fecit executorẽ. Ita de-
terminat Paul. de Caſt. in. l. ſi is qui. nu. 5. ff.
de vulg. & pupill. Cuius opinionẽ ſequun-
tur ibi Alex. nu. 8. Iaſ. nu. 7. qui textũ hunc
in Pauli ſentẽtiam cõſiderarũt. Hinc infert
4 Barto. in præſenti, ꝙ cùm epiſcopus omniũ
relictorũ eccleſiæ quartam portionẽ cano
nicam habere debeat. c. certificari. de ſepul.
c. requiſiſti. de teſtam. niſi ſint ad certos vſus
deputata, ꝙ ſi centũ diſtribuẽda per Sẽpro-
niũ Titius leget eccleſię, & ille ea diſtribuat
in certos ac determinatos vſus, ex illis epi-
ſcopus quartã habere debet, ac ſi eſſet illud
legatum ab ipſo teſtatore in illos vſus deſi-
gnatũ. & ita dicit Barto. determinaſſe Dy-
nũ ex hac lege. Bartoli opinionẽ ſequitur
Bald. in præſenti, Rayneriũ allegans. eiuſdẽ
opinionis authorẽ, ſequũtur etiã Imol. nu. 8
Paul. de Caſt. nu. 3. idẽ tenuit Corſetus ſin-
gulari verbo, cõpromiſſarius. & dicunt eſſe
communem opinionem Barbatius. 4. col.
Epiſcopus Ciuit. num. 7. in. c. fin. de teſtam.
5 Glo. 1. admonet hunc verſiculũ. ſi de fal
cidia. non eſſe. §. quoniã eandem materiam
proſequatur, ſed. §. poni gratia euidentioris
intelligẽtiæ: quare diligẽter aduertit Ioan.
de Imol. non quẽuis verſiculum tanquã. §.
eſſe computãdum, ſed duntaxat eum, qui
diſtinctã à lege materiã habeat. Glo. ſecũda
in pręſenti allegat quaſdã ad hãc noſtram
6 legem legẽ concordãtias. Glo. neceſſe, col
ligit neceſſum eſſe, vt hic, cui cõpetit hæc
facultas eligẽdi, eligat, alioquin proximio-
res de familia eſſe admittẽdos. Vult igitur
glo. ſingularis, nõ oẽs de familia eſſe admit
tẽdos, ſed eos ſolùm, qui ſunt proximiores.
Et gloſſæ opinionẽ in hoc cõiter teneri affir
mat Imol. in præſ. nu. 10. tametſi cõtra tene
7 re velit. Vltimò facit tex. hic in argumentũ
qũonis illi⁹, qua quęri ſolet, an ſucceſſor in
maioratu teneatur perſoluere debita cõtra

cta à ſuo prædeceſſore, ſi nulla alia bona hæreditaria ab eo habuerit. Et in hoc duas ſtatuo cóclusiones, quarũ eſt prima. Si debita maioratus ſint cõtracta ꝑ ipſum q fundauit maioratũ, tũc ſucceſſor in maioratu tenetur quidẽ ad illa ꝑſoluẽda. argu. text. optimi in l. cùm fidei hæredis. ff. de fideicõm. libertat. vbi ſeruus alienari prohibitus, poteſt alienã pati ſeruitutẽ, ſi id fiat ex cauſa obligationis ipſius alienari prohibẽtis. Idẽ probat textus in. l. filiusfamilias. §. diui. verſi. quid ſi liberis. ff. de legat. 1. Ad idem ſolet allegari tex. in. l. peto. §. prædiũ. ff. iſto tit. iuncta glo. hęredis. licèt tex. ille hoc non probet neceſſariò. l. alienatiões. ff. familię erciſc. l. ſenatus. in prin. ff. de legat. 1. ibi, quãuis vt non vẽdat detraxerit, ſed vt exoluat. Et ita hãc opinionẽ tenet Ioãnes Lopius in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxo. §. 16. nu. 14. ad fin. vbi dicit valde ſingularẽ eſſe in hoc text. in illa. l. cùm fidei hæredis. Quod tu intellige, ſi non ſupeꝛſunt bona libera, nã illa alienari oportebit, nõ vinculata, ex tex. in. l. pater filiũ. in princ. & ibi notat Bar. ff. de lega. 3. Secũda concluſio verſatur, quãdo maioratus venit ab antiquo. In quo videtur dicẽdum, ꝙ cùm ſucceſſor in maioratu illũ capiat ex teſtamẽto primi teſtãtis, quòd minimè tenetur ad ſolutionẽ debitorũ, quę cõtraxit vltimus poſſeſſor, per textũ noſtrũ. Contrarium tñ in hac ſpecie determinat tex. egregius. in. l. 4. tit. 15. par. 2. vbi cauetur teneri quidẽ ſucceſſorẽ in regno ſoluere debita ſui prædeceſſoris. idẽ igitur in cæteris dignitatibus & maiorijs dicendum erit. Hoc enim argumẽti genere vſus eſt Paul. Caſtren. in ſpecie. cõſil. 164. in præſ. cauſa. col. 1. volu. 2. vt exẽplo capitis reliqua mẽbra regantur. c. cùm nõ liceat. de præſ. & firmat hãc opinionẽ generaliter Oldraldus conſi. 94. nu. 16. vbi generaliter ille determinat teneri ſucceſſorẽ hoc caſu creditoribus eius, cui ſuccedit. Et hãc opinionẽ dicit eſſe veriorẽ eam ſequutus Ioan. Lecirier de primogenitura. lib. 2. q. 5. nu. 3. tenet hanc opinionẽ ex lege partitæ Caſtellus in. l. 40. Tauri. nu. 26. Michaël Ciſontanus ibi. q. 16. qui ita ait tenere doctores. Boërius deciſ. 204. nu. 41. illud Oldraldi cõſilium ſequutus. Tu tñ ſemper tenebis firmiſsimè, ꝙ cùm hic ſucceſſor in maioratu ſolùm videatur electus ac nominatus ab ipſo primo fundatore, huius ſolius debita, nõ aliorũ poſſeſſorẽ debet perſoluere. & ita tenent hãc opinionẽ tenet Bald. conſi. 271. volu. 1. Alex. conſi. 19. nu. 13. vol. 5. Grego. in. l. part. col. 2. dicit hãc eſſe verã reſolutionẽ Gomecius in. l. 40. Tauri. nu. 72. Carolus Molin. in cõſue. Pari. 1. p. §. 11. nu. 8. dicẽs hoc eſſe indubitabile. pro quibus eſt tex. in. c. 1. an agna. vel fil. defunct. ibi, nec de debito hæreditario aliqd feudi nomine ſoluere cogitur. licet enim arguere de fundo ad maioratũ, vti aſſeuerant Paul. vbi. ſ. Socinus in cõſi. 47. lib. 3. verſ. 4. Epiſc. Ciuit. lib. 3. vari. reſo. c. 5. nu. 5. verſi. quintò feuda. Nec his obſtat. l. regia, quę (iudicio meo) honeſtatẽ continet, non neceſsitatẽ, nam id interdũ importat verbũ, debet, in illa. l. poſitũ. c. 1. cum glo.
8 de ſpõſat. impub. Quã concluſionẽ tu limitabis, niſi talia debita, quæ vltimus poſſeſſor cõtraxit, cõtracta eſſent nomine dignitatis, quo caſu tenetur ſucceſſor illa ſoluere. text. eſt in. c. ſignificauit. de reſcript. vbi niſi adeſſet defectus iuriſdictionis Comes quædam poſset cõueniri pro debitis à ſuo fratre cui illa ſucceſsit in dignitate cõtractis. & ita textũ illũ intelligũt ibi Butrius & Ancharranus nu. 2. & ibi Barb. nu. 21. dicẽs hoc eſſe cõedictũ. facit optimè text. in. c. 1. de ſolutio. Secun-
9 dò limitabis, niſi in vtilitatẽ rerum vinculatarũ debita cõuerſa eſſent, tũc enim tenetur ſucceſſor ad eorũ ſolutionẽ. argu. tex. in. c. 1. §. ſi vaſallus. Hîc finitur lex, deinde cõſue. in-
10 cip. in vſibus feudorum. Tertiò limitat Gregorius ex Andrea de Iſernia id minimè procedere, ſi debita eſſent parua, & tangerent exonerationem animæ defuncti, quo caſu cõpelleretur ſucceſſor illa perſoluere. Et ita accipi poſſet ſecundo loco intellectus legis regiæ, quanquam tertiò eam declarat quoque Gregorius fortaſsis procedere, quando hæres fuit ſucceſſor in regno cũ alijs rebus præter ipſum regnũ. Quartò limita id non procedere, ſi filius ſe obligaſſet ad debita ſua perſoluenda. c. licèt. de voto.

Quintò

11 Quintò videtur nobis propoſitio hæc limitanda, quando debita ſunt cõtracta pro neceſſaria ſuſtentatione perſonæ poſsidentis maioratum, quoniam & ſucceſſor in beneficio tenetur ad debita contracta pro ſuſtentanda perſona ſui prædeceſſoris. Panormita. in. c. ex præſentiũ. nu. 5. de pignor. vbi hoc ille dicit eſſe ſingulariter notandum. idem Panor. in. c. ſi quorundam. nu. 2. de ſolutio. Pro quo facit quod ipſe poſt alios notaui in auth. resq́; C. cõmunia de lega. Sextò limita hoc non procedere in impenſa funeris, quã ſucceſſor maioratus tenetur perſoluere, ſi non ſint bona libera. quod in feudo firmauit Matthæus de Afflict. in capitul. 1. num. 15. an agn. vel filius. ne tanta iniuria mortuo inferatur. l. quòd ſi nulla. ff. de relig. & ſump. fu. Secũdò infertur ex ſupradictis, ſucceſſoré in maioratu non teneri ſtare conductionibus ac locationibus factis ab ipſo vltimo poſſeſſore, ſi antiquus maioratus ſit. Queádmodũm hæres fructuarij nõ tenetur ſtare locationi factæ per fructuariũ. l. ſi quis domũ. §. hîc ſubiũgi poteſt. ff. locati. ita nec ſucceſſor maioratus tenebitur. Quo argumẽto colligit Panor. in. c. 2. nu. 6. de decim. ex illo. §. hîc ſubiũgi poteſt. nõ licere Canonico ſuam prębẽdam obligare vltra tẽpus vitæ ſuæ. Idem tenet Romanus in l. ſi filio. §. ſi vir in quinquenniũ. nu. 22. ff. ſolut. matr. quare non trãſibit locationis obligatio hoc caſu in hæredẽ regulariter cõtra l. ſed addes. §. pen. verſi. hæredẽ. ff. locati. §. fi. inſti. de locat. & cõdu. Hãc illationem tenet Gregorius in. l. 2. in gl. *el heredero*. tit. 8. part. 5. Tenetur tñ ſucceſſor in maioratu locationi ſtare, ſi alia bona habuiſſet à defuncto, hæc enim maximè ſi eſſent hypothecę ſubiecta, pro ſecuritate huius contractus obligatum reddunt ipſum ſucceſſorem. argu. text. in. l. cùm à matre. C. de rei vẽdic. in. l. ex qua perſona. ff. de reg. iur. pro quo allego ipſe textũ elegãtẽ in. l. 9. tit. 17. par. 1. vbi probatur hæredẽ canonici, q̃ vltra tẽpus q́d vixit locauerat fructus ſuæ p̃bendæ, teneri cõductori ſoluere dãna quæ paſſus eſt propter extinctã conductionẽ: quod ſi ibi obligatur hæres canonici, qui etiã ſi vellet nõ poſſet ſtare colonõ, multò magis hæres vltimi poſſeſſoris in maioratu cõtractui ſtare tenebitur, q́ ſi vellet, poſſet eum approbare. Superioribus obſtare videtur, q̃ creditor ex authoritate iudicis in rẽ aliquã ſuccedens, vel in poſſeſsionẽ rei petitæ miſſus, tenetur ſtare locationi factæ per debitorẽ, etiam ſi minoris illa facta ſit. l. in venditione. §. 1. verſi. ſed hoc ita. ff. de bonis auth. iudic. poſſ. Sed tu reſpõde teneri ibi creditorẽ, quià iudice cauſam habeat, qm̃ ab ipſo debitore cauſam habere videtur, æquiparatur enĩ illi factũ iudicis. l. ſi ob cauſam.
13 cũ alijs. C. de euictioni. Sed vidi aliquãdo ex cauſa agitari, an ſi ipſe ſucceſſor in maioratu velit ſtare locationi factæ per eũ, cui ipſe ſucceſsit, conductores verò contendant ſolutioni eſſe legẽ conductionis quare ipſos eſſe liberatos ſicut & ipſe ſucceſſor, an ſint audiẽdi? Et ego reſpõdi poſſe hos rerũ vinculatarũ cõductores hoc caſu conductionẽ deſerere, ne inæqualitas hic reperiatur inter ipſũ ſucceſſorem maioratus. vulg. tex. in. l. fin. de fruct. & lit. expẽſ. & cõtractus hic claudicare videatur. cõt. tex. l. Iulianus. §. ſi à pupillo. ff. de act. emp. Sed quibus caſibus ſucceſſor tenetur ſtare colono? Et ipſos conductores exiſtimo eſſe obligãtos, q́ ſi aliter dicerem, cõtractus claudicaret. Eſſet itaq; remedium hoc caſu, vt filius primogenitus cõſenſum præſtaret huiuſmodi locationi: licèt enim videatur ille cõſenſiſſe, nil pro illius tẽporis ſtatu operari, vtpote præſtit' ſuper re aliena ſuperueniente iure illi filio ex morte patris, nõ poterit ipſe conſenſum ſuũ reuocare. ex tex. elegãti in. l. cùm vir. ff. de vſucapio. Tertiò hinc determinãda videtur quæſtionis illius deciſio, qua quæri ſolet, an ſentẽtia lata cõtra poſſeſſorẽ maioratus præiudicet ſucceſſori nõ citato. Nã cùm nil iuris ſucceſſor habeat ab hoc poſſeſſore, ſed à primo inſtitutore, videtur nil ei obeſſe iudicium cum hoc agitatũ. Quam opinionẽ tenet Bart. in l. filiusfamilias. §. diui. nu. 9. ff. de legat. 1. vbi ſubdubius animi hoc Barto. determinauit ex tex. in. l. in cõcedẽdo. ff. de aqua plu. arcẽ. & in. l. ſæpe. ff. de re iudic. Et ſequũtur hanc

Bartoli opinionem Andreas de Iſernia in cap. ſi vaſallus. ſi de feud. fuerit controu. inter. domin. & agn. vaſall. Aluarotus ibi fin col. Matth. de Afflict. nu. 20. quam opinionem continere in ſe maximam æquitatem affirmat Alex. in illo. §. diui. nu. 9. & cómunem affirmat Decius conſi. 445. nu. 29. Verùm contraria opinio in hac ſpecie mihi placet magis, vt fraude & colluſione ceſſante, omnibus maioratus ſucceſſoribus in infinitum præiudicet ſententia lata contra poſſeſſorem maioratus. Quæ opinio Bart. eſſe videtur in. l. ad diem. num. 1. ff. de aqua plu. arc. vbi ille eleganter ſcribit non eſſe citandum ſubſtitutum ad examinationem cauſæ, quæ agitur cum inſtituto. & Bart. opinionem ſequútur ibi Ange. & Roma. quare præiudicare ſentétiam latam ſuper primogenio vel maioratu ſucceſſoribus tenent Ange. in illo. §. diui. num. 4. & ſequitur Cuma. ibi nu. 3. Imol. nu. 12. Alexan. dicens hanc eſſe veriorem opinionem. nu. 10. dicit ab omnibus approbatam Iaſſ. ibi. 1. lectione. nu. 49. & in. 2. nu. 82. communem eſſe teſtantur Ripa. nu. 60. Loazes nu. 308. ſequitur hanc opinionem alios allegãs Gometius in. l. 40. Tauri. nu. 73. tenet hanc opinionem Menchaca. §. 6. nu. 28. vbi eam limitat non procedere in ſententia lata per arbitrum, vel à iudice ordinario, iuris ordine prætermiſſo. Aſſerit eam magis cõmunem opinionem Epiſcopus Ciuitatenſ. optimè eam ſuſtentans libr. practicarum quæſtionum. cap. 13. nu. 6. aſſerit eſſe magis communem opinionem eam ſequutus Pinelus in l. 1. C. de bonis matern. 3. part. num. 48. Quæ opinio veritatem habet ex eo, quòd cùm defenſio huius cauſę ad ipſum poſſeſſorem priuatim ſpectet, non oportet citari alios, qui ſecundariò lædi poſſent. glo. inſignis in l. de vnoquoq; negotio. ff. de re iudic. in gl. quos tangit. quam ibi omnes receperunt. Secundò facit optimè textus in. l. ex contractu. ff. de re iudic. vbi valuit iudiciũ factum cum inſtituio nó citato ſubſtituto. Tertiò adeſt textus in. l. ſi patroni. §. fin. ff. ad Trebel. vbi cauſa mota contra hæredem, non requiritur vocare fideicómiſſarium. Quartò facit optimè textus in. l. qui repudiantis. §. fi. & in. l. ſi ſuſpecta. in princ. ff. de inoffic. teſtam. & ita ſequitur hãc opinionem, alioquin nullus eſſet litium finis, ſi poſt tranſactam ſententiam in rem iudicatam liceret nouo ſucceſſori maioratus iterum litem ſuſcitare.

15 Poſſet tamẽ hoc caſu ſubſtitutus vel vocatus ad maioratum comparere in hoc iudicio pro eo quod ſua intereſt, atque probationes in defenſioné primogenij adducere. l. principaliter. C. de libe. cauſ.

16 Præſtat præterea text. hic argumentum ad decidendam frequentem quæſtionem illam, an poſſeſſor maioratus à maioribus cóſtituti poſsit filium ſuum natu maiorem qui eſt poſt mortem poſſeſſoris legitimus ſucceſſor propter ingratitudinem exhæredare: nam cùm maioratus hic non veniat ſucceſſori ex manu huius vltimi poſſeſſoris, ſed à primo, qui eum inſtituit, inepta videtur exhæredatio. Poſſe tamen hoc caſu filium primogenitura exhæredari, non leue argumentum eſt, quòd & à legitima exhæredari poſsit filius ingratus, quam ille non cóſequitur à patre, ſed à lege. l. ſi arrogator. ff. de adoptio. Quare & primogenitura etiã vetuſta propter hanc cauſam filium priuari poſſe exiſtimant Oldral. conſi. 94. nu. 16. vbi hoc vir doctiſsimus probat ciuilis & diuinæ philoſophiæ teſtimonijs Martinus Laudenſis de primogenitu. quæſt. 19. dicẽs ex omnibus cauſis enumeratis à Iuſtiniano in. §. cauſas. ex quibus patri licet filium priuare legitima, ex eiſdem poſſe primogenitum priuare primogenitura. Fráciſcus Ripa in. l. nemo poteſt. num. 7. ff. de lega. 1. Curtius iunior in authen. non licet. nu. 4. C. de libe. præte. vel exhære. Fernãdus Menchaca. de ſucceſſ. creat. §. 21. num. 146. Emanuel ab Acoſta, acutiſsimi ingenij vir, in libello de ſucceſſ. regni Portug. pagi. 149. dicens hanc opinionem communem eſſe Carolus Moly. in conſuet Pariſ. 1. part. §. 8. glo. 3. nu. 12. Et filium poſſe priuari ex cauſa iuſta primogenitura, tenuerunt etiam Innocentius

centius & Ioànnes Andr.in cap.licet.de vo
to.& hos duos referens Philippus Francus.
in rubrica de teſtamen.in.6.q.5.nu.63.Albe
ricus in procemio.ff.§. diſcipuli. vbi plura
in hoc fundamenta mutuatur ab Oldral-
do in conſilio ſup. allegato. idem Alberic.
in.l.donationes quas parentes. C. de donat.
inter vir.& vxo.nu. 4. Panor. conſil.3.nu.3.
volu.2.Alex.cõſi.87.nu.4.vol.6.Guillelm.
Benedictus in.c.Rainútius.in parte.in eodẽ
7 teſtam.nu.203.de teſtament. Quorum opi
nioni & illud maximè ſuffragatur, quòd
feudo etiam antiquo poteſt dominus pri-
uare feudatarium propter eius ingratitudi-
nem.c.1.§.prædictis. quæ ſit prima cauſa be
nef.amit.in vſib.feud. quẽ text.in hoc dicit
eſſe terribilẽ Iacobinus. de feudis.nu. 65. &
ſequũtur idem Curtius de feudis.2.part.3.
part. prin. q.3.num.6.Caccialupus in tract.
de feud.cognit.articulo.5.num.9.Zaſius de
feudis.8.part.num.17.Martinus Sillanianus
de feud.ſub rubri.qui.mo.feud.amit.num.
116.Præterea hæc opinio ex eo iuuatur,ꝙ is
qui maioratum conſtituit, videatur huic
priuationi atq; exhæredationi conſentire.
Quis enim non videat ægrè laturum eum
fuiſſe ingratum hunc nepotem in poſſeſſo
rem maioratus rogatus deniq; de hoc per-
mitteret exhæredationem: igitur & hoc vi
detur diſpoſuiſſe, vt ille poſſet exhæredari.
argumento text.vulg.in.l.tale pactum.§.fi.
cum glo.ff.de pact. Sed ipſe in contrarium
procliuior ſum: exiſtimo enim exhæreda-
tionem hìc non eſſe admittendam, niſi illa
fundetur in cauſa aliqua, quam inſtituens
ipſum maioratum expreſsiſſet. Mouet me
text. hîc: nam cùm ſucceſſori huic nil tri-
buat poſſeſſor, nil eſt quod eum poſsit ex-
hæredare. Secundò mouet me tex.in auth.
de nupt.§.ſed hæc quidem.coll.4. ibi. & li-
cet decies millies cõtrarium aliquid velint
morientes. Tertiò moueor ex text. elegan-
ti in.l.Paulus.2.verſic. fin. ff. de bon.libert.
vbi exhæredatio patris non nocet filio in
bonis libertorum, quos filius non habuit à
patre, ſed ab auo. tametſi text. ille non lo-
quatur in propria exhæredatione, ſed in
præteritione facta à milite, cuius ſilentium
ex priuilegijs diſciplinæ militaris habetur
pro exhæredatione. Quartò mouet me ſin-
gularis ſententia Bart.in.l.ſi liberatus. ff. de
adoptionibus. vbi Bartolus inquit emanci-
patum ab auo, non poſſe à patre in poteſta
tem reuocari, etiam ſi ingratus patri fuerit.
atque Bartolo & Oroſcius ibi conſentit.
Neque obſtat, quòd patri permittatur filiũ
exhæredare à legitima, quam ille conſequi
videtur ex ipſa legis prouidẽtia. Quoniam
cùm patris diligentia & opera vel minua-
tur, vel augeatur legitima filiorum, atque
parentes in hoc ſedulam operam nauare ſo
leant, vt ampliores facultates liberis ſuis re
linquant, hocq; ſit commune parẽtum vo-
tum.l.penult.ff.de bon.libert. permiſit lex,
vt poſſent à patre illi exhæredari: ſed maio-
ratus neque augeſcit, neque minui debet
ex induſtria poſſeſſoris, tenetur enim eius
commoditate vti, ſalua rerum ſubſtantia,
atque huius rei etiam ex cauſa cautionem
interponet. l. Imperator Adrianus. ff. ad
Trebell. Sed neque argumentum quod de
feudi cauſa adduxi ſecundo loco conuin-
cit: nam in illo caſu expreſſum ius eſt, quod
pœnale cùm ſit, non eſt temerè trahẽdum
ad conſequentiam, quanquam non per o-
mnia exęquata ſint feuda maioratibus.

18 Tertiò non obſtat argumentum. l. tale
pactum.§.fi. quoniam illud accipi oportet,
ſi vel aliqua coniectura etiam tacita teſta-
tor vel per tranſennã (quod aiunt) mẽtem
ſuam ſignificauerit. Quod probat text. pul
cher in.l.quidam cùm filium.ibi, neq; quic
quam ab eo petitũ eſt.ff.de hære.inſtituen.
vbi elegãter Bal. colligit.col.1.verſic.tertiò
nota. quòd non ex omni voluntate teſtato
ris agitur, ſed ſolùm ex ea, quæ tranſit ad
diſpoſitionem, atque ideo non ſufficere te-
ſtatorem velle, niſi diſponat. Atque idem
ex eodem text. colligit Alexand. allegans
Bald.in.l.ſi quis filium.nu.4.C.de filijs præ
te.& exhæred. Corneus ibi nu.4.ad fin. Iaſ.
col.2.verſic.limita primò.idem Iaſ.in.l.quic
quid aſtringendæ.nu.7. ff.de verb.obligat.
idem in.l.3. ff.ſi cer.pet.1. lectione.num.17.

Bb 5 vbi

vbi Curtius.nu.10. teſtatur hanc eſſe communem opinionem: Quare cùm primus ille parens primogenij nil in hoc ſignificauerit tacitè vel expreſsè, non eſt curandum quid interrogatus hic eſſet reſpóſurus. Ná & in.l. quidam cùm filiú.rogatus teſtator reſpódiſſet ad illum filiumfamilias voluiſſe ſe hæreditatem peruenire, & quoniá id minimè ſignificauit, non poteſt filiusfamilias agere ex illo teſtamento, atq; ita ipſe tenendum cenſeo.

19 Limitabis tu hanc opinioné vt non procedat in ipſo primo fundatore: licèt em cóſtituens maioratum inſtruméta tradidiſſet filio, quo caſu irreuocabile iure noſtro efficitur primogenium.l. 44. Tauri.poſſet tamen ex poſt facto filium ſibi ingratum à maioratu illo exhæredare. quod Anto.Gome. notauit in.l.40. Tauri.nu.71.

20 Præterea ex hoc tex.videtur argumentú conſtare, ne ſucceſſor maioratus teneatur ſtare tranſactionibus vel conuentionibus factis ſuper illo maioratu à prædeceſſore, à quo cauſam non habet, vt ex cauſa tranſactióis aliquid ille ex maioratu ipſo promiſiſſet, vel partem aliquá decidiſſet in fauorem alicuius, & ita nominatim admonet Anton.Gome.in.l.40.Tauri.nu.86. Tametſi in feudo tranſigere vaſſallus poſsit. c.t. §.ſi vaſallus feudum. Si de feu. defunct.cótét.ſit inter domi.& agnat.vaſal.lib.feudor. Sed neq; valere videntur cóuentiones illæ, quæ apud nos iniri ſolent tépore quo dominus maioratus ducit vxorem habentem alium maioratum: ſolet enim inter eos cóuenire, vt filius natu maior ſuccedat in vno maioratu patris, ſecundò genitus in maioratu matris, his enim conuentionibus primogenitus ſtare non tenetur, cùm à parentibus ſuis in hac parte nil ſit conſequutus, ſed à primis maioratus conditoribus: quare cóuentiones hæ omnes vt valeant, principis noſtri facultate expediédæ erunt, quo caſu valere eas conſtat, ex tex. in.c.t. de tráſact.ext. & ita eas ſuſtinet Pinel.in. l.1.C. de bo.mater.3.part.nu.50.penult.col.

21 Vltimò collige ex illis verbis tex. huius. Nó enim facultas neceſſariæ electionis propria liberalitatis beneficiú eſt, quòd actus geſtus ab eo qui tenebatur actum illum facere non dicitur liberalitas. Et hoc eſt, quod dici ſolet, in neceſsitatibus nemo liberalis exiſtit.l. rem legatam.cum alijs.ff.de adim. legat. quare prælatus conferens beneficia in ſua diœceſi vacantia, non dicitur facere liberalitatem, cùm ea ille cóferre teneatur, neque poſsit ſibi retinere. c. vt ſingulæ. de offic. archipresby. Sed contra pugnant tex.in.c.conſultationibus.de donat.ibi, donationes. vbi conceſsiones atq; collationes præbendarum donationes appellat Alexá. tertius.c. venerabilis.de præbé. ibi. donatio eius erat ad ſedem apoſtolicam deuoluta. c.ſi.de offic.vica.lib.6. Sed & lex regia.3.tit. 16.part.1.has beneficiorú collationes donationes appellat. Item.l.7.& iterum lex.10.eiuſdem titu. Hanc difficultaté explicat glo. ordi.in.c.relatum.in glo. liberaliter.de præben.dicens liberalitatem in hoc conſiſtere, an prælatus conferat huic vel illi neceſsitatem in eo quod conferre tenetur. & illam ſequuntur ibi Calderi. & Cardina. & hos referens Imol.nu.7.Anto.de Butr.Anchar. num.3. Panor. nu. 4. Panor.in cap. cùm olim.de maior.& obedi.Dec.conſi.224. nu. 3.Ripa in.l.ſi.num.160.C.de reuo.dona.idé in.c.eam te. de reſcript. Andreas ab Exea de pact.nume.244.

22 Quare Epiſcopus cenſetur dare præbendam, non verò præbendam donare. glo.in cáp.ſi.in glo.inuitus.23. q.6.donari enim videtur, quod nullo prorſus iure cogente datur.l.t.in ſi.ff. de dona.l. donari.ff. de regu. 23 iur. Vnde epiſcopus conferens beneficium non poteſt aliqua péſione illud prægrauare, quod concilium Lateranenſe ſtatuit, vt in.c.ſi qs præbédas.1.q.3.c.1.§.ſi. verſ. cùm in Lateranenſi concilio.vt Eccleſiaſt. beneſi.quibus cóuenit.l.regia.5.titu.16.par. 24 1.text.in hac parte tu accipe etiam in neceſſitate cauſatiua (quam vocát) nam & illa facit, ne liberalitaté quis videatur exercuiſſe.l.ſi quis pro vxore. verſ.non enim.ff.de donat.inter virum & vxorem.

Vltimò

Vltimò facit Barto. aduerſus textum hunc quaſdam oppoſitiunculas, quæ nil prorſus habent difficultatis.

¶ Summa rerum. §. ſed ſi vno.

1 *Qvare ſit inducta confuſio actionum inter hæredem & teſtatorem.*
2 *Ius excipiendi tranſire etiam in ſingularem ſucceſſorem.*
3 *Qui facit partem, non admittitur ad partem.*
4 *Expediũtur glo. omnes.*

§. ſed ſi vno.

Diuiditur in tres particulas. In prima ponitur vnum dictum. In ſecunda ponitur aliud dictũ. In tertia ponitur ratio huius ſecundi dicti. Secunda eſt ibi, verum. Tertia ibi, nanque ratio. Summatim hoc continet. Si in propoſita ſpecie vnus de familia inſtituatur, & extraneo fundus alienari extra familiam prohibitus legetur, omnes de familia petent, excepto hærede inſtituto. In primis Bartolus aduerſus textũ hunc opponit textum in. §. ſed ſi fundum. eadem lege. vbi nos difficultatem hanc diſſoluemus, Deo volente.

1 Collige tu modò in verſiculo. nanq; ratio, rationem hîc videri aſsignatam, quare inducta fuit cõfuſio actionum inter hæredem ac teſtatorem, nempè ex quadam tacita compẽſatione: ita enim vult teſtator me hæredem inſtituere, ſi ego illi actionẽ, quæ mihi centum eſt, aduerſus eum remittam. Idẽ probat textus in. l. filiusfamilias. §. cùm pater. in verſi. ſed ſi cum duos. iuncta gloſſ. in parte, exhæredatos. ff. de legat. 1. Ex quo textu ita colligit Rodericus Suarius in. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam. ampliat. 7. num. 2. Sed contra hanc textus particulam opponit glo. fin. deinde Barto. textum in. l. 1. ff. de compen. vbi ea ſola dicitur compenſatio, quæ eſt crediti ac debiti contribútio. Glo. ac Bar. reſpõdent impropriè hîc eſſe compenſationem, ſed vel retentionem dici, vel admittũt etiam glo. & Bar. dici compenſationem, quoniam ſaltem in genere vtrunque videtur debitum.

2 Secundò collige ex litera textus huius, ius incipiendi trãſire etiam in ſingularem ſucceſſorem, hic enim legatarius, qui iuris ſucceſſor non eſt. §. legatarijs. Inſtitu. de teſtamen. habet ius excipiendi aduerſus hæredem fundum alienari prohibitum volentem reuocare. idem probat textus in. l. ſi tibi decem. §. pactum conuẽtum. ff. de pact. in. l. etiam. ff. de iur. iur. in. l. ſi mater. §. item Iulianus. ff. de except. rei iudic. Barto. in. l. ſi tertius. §. ſi prius. nu. 6. ff. de aqua plu. arcen. Item competit etiam cõtra ſingularem ſucceſſorem. l. idemque. §. fi. ff. pro ſocio.

3 Tertiò collige ex textu, ꝙ qui facit partem, nõ admittitur ad partem: nam hîc hæres inſtitutus facit partem, quoniam illam cæteri de familia non habent, & tamen ad partem nõ admittitur, quoniam loco eius ſucceſsit portio ei à teſtatore relicta, ſicuti ſeruus, cui factum legatum eſt ſine libertate, licèt partem legati nõ habeat, inutiliter enim illud datum fuit, partem facit, vt impediat ius accreſcendi, cùm portio illa non vacet omni iure ſaltim naturali debeatur. l. planè. §. ſi coniunctim. ff. de legat. primo.

4 Gloſſ. 1. in parte, inſtituto, ponit caſum ad hũc tex. & eſt clara Gl. 2. in parte ille fund⁹, declarat quis ſit fundus, quem teſtator reliquit extraneo, & dicit fundum Botrianum eſſe, cuius alienatio extra familiam fuerat prohibita. Glo. 3. in parte, ex teſtamẽto, eſt expoſitiua. Glo. 4. in parte, petitur. dicit eos hoc fideicommiſſum petere poſſe, qui non ſunt inſtituti ab eo qui eſt rogatus reſtituere, & dicit petere eos poſſe hoc fideicommiſſum actione ex teſtamento, quæ eſt perſonalis, poſſeque agere contra legatarios actione reali. Glo. 5. in parte, hæres extitiſſet, opponit contra textum hunc text. in. §. ſed ſi fundum. & ſoluit eius difficultatem. Cuius ſolutionem nos repetemus in illo. §. ſed ſi fundũ. Gloſſ. 6. in parte, doli exceptionis, colligit id quod nos in ſecundo notab. diximus.

ximus. Gloſ. 7. in parte, parte intelligitur, dicit in effectu vendicãdas eſſe omnes partes fundi huius Botriani à legatario, præter partem ipſius inſtituti. Vult autem textus hic dicere hæredem inſtitutum facere partem cæteris, hoc eſt, partem quam ipſe ex fundo alienato eſſet habiturus, ſi non eſſet hęres inſtitutus illis impedire eã, & vice cuiuſdam compenſationis apud legatarium remanere. Glo. fi. in verbo, quæ ratio. ponit quare hanc appellat compenſationem textus. Et reſpondet impropriè dici compenſationem, cùm illi de familia, & teſtator grauatus illis reſtituere, non eſſent inuicẽ obligati, hoc eñ oportebat eſſe. vt vera diceretur compenſatio: ſed illi non ſunt obligati, non eſt igitur vera compenſatio, ſed impropria, quod gloſ. inquit: neque enim plures eãdem rẽ poſsidẽtes ſunt inuicem obligati. In quo glo. hæc notabilis & expenſa per Bald. & Imol. contra glo. in. l. ſi poſt diuiſionem. C. de iuris & facti ignor. Vel ſecundò reſpondet gloſ. admitti hìc cõpenſationem debiti in genere, quod dicit glo. ſatis concedi poſſe ex textu in. l. qui non militabat. ff. de hæred. inſtit. licèt hoc lege iſta non probetur ſecũdùm Azon. Vltimò colligit Bar. ex hac. l. quòd ſicut teſtator poteſt legare rem hæredis, ita legare poteſt rem hæredi à ſe debitam.

❡ *Summa rerum. §. ſi duos.*

1 *Electio, de qua in hac lege, poteſt fieri in teſtamento.*
2 *In teſtamento etiam poſſe celebrari contractum ultro citroq; obligatorium.*
3 *Delictum etiam committi poteſt in teſtamento.*
4 *Iuſſus reſtituere uni de familia, poteſt duobus reſtituere.*
5 *Pater poteſt duos etiam filios aut nepotes meliorare.*
6 *Iuſſus reſtituere duobus, non poteſt uni ſoli reſtituere.*
7 *Si is cui eſt commiſſa electio faciat eam in parte, & negligat in parte, electio ualet ſolùm in illa parte.*
8 *Iuſſus eligere, uidetur eligere, ſi hæredem inſtituat.*
9 *Expediuntur gloſſæ.*

§. *Si duos de familia.*

Textum hũc diuiſit nemo, poſſet fortè diuidi in tres particulas. In prima ponitur factum. In ſecunda deciſio. In tertia eadem deciſio declaratur. Secũda eſt ibi, pro ijs quidem. Vltima ibi, pro alia verò parte. In text. ibi, non æquis vel etiam æquis, nam in hoc non eſt vis ſecundùm Dinum ac Baldum. Summatim hoc cõtinet. Pluribus ex familia hæredibus inſtitutis, & parte fundi Botriani extraneo legata, illa pars vendicabitur, excepta parte, quæ competeret inſtitutis. Et ſummatim quod textus in. §. ſed ſi vno. diſpoſuerat quando fundus totus extra familiã legatur, diſponit text. hic, quando pars tantùm extra familiam alienatur.

1 Primò tu collige ex litera textus huius, electionem reſtituendi fundi in teſtamento fieri poſſe, hic enim teſtator duos inſtituit hæredes in fundo Botriano, & ex huiuſmodi inſtitutione electio reſultauit.

2 Adde contractum etiam vltro citroque obligatorium in teſtamento fieri poſſe. gl. vnica in. l. hæres palàm. in. §. fin. gloſſ. alienum. ff. de teſtament. quam ibi ſequuntur Dyn. & Cynus, & hos referẽs Bart. nu. 1. dicit eſſe cõem Alexan. in his quæ ad Bar. adiecit ſequuntur prætereà gloſ. illius opinionem Oldrald. conſi. 114. num. 2. Tiraquel. alios allegans poſt. ll. connubiales. glo. 3. nume. 94. & in tract. de conſti. 1. part. nu. 23. dicit glo. opinionem eſſe communiter approbatam Roman. conſi. 171. col. 1. inducẽs pro glo. textum in. l. Pantonius. ff. de acqui. hæ

